RHODOLOGIA

—

J.C. ROSENBERGIUS

1631

E E RR m 19

X12

K
30

The Library of the
Wellcome Institute for
the History of Medicine

MEDICAL SOCIETY
OF
LONDON
DEPOSIT

Accession Number

Press Mark
ROSENBERG, J.C.

X 12

pH4

XI

65743/A

XI 2

Gratia

Perpetuus virtutis flos æterna corona

Gloria

IOAN. CAROLI ROSENBERGI RHODOLOGIA

ſeu

Philoſophico-Medica generoſæ Rosæ deſcriptio:

Floſculis Philoſophicis, Arcanis Politicis, Chymicis, &c. adornata.

Editio nouiſſima, correcta, & infinitis ferè locis aucta.

Francofurti ad Mœnum,

Sumptibus Wilhelmi Fitzeri, typis hæred. Hartmanni Palthenij.

Anno M. DC. XXXI.

Virtute in Solo

Felicitate in Cœlo

Sapientia.

Conſtantia.

Inter Spinas Rosa, inter aculeos invidiæ Virtutis flos exurgit ac Vireſcit. Hoc flore floreſcamus.

306

DIVO FERDINANDO II. ROMANO IMPERATORI AVSTRIACO XII. ſemper Auguſto, Opt. Max. Domino Clementiſſimo,

Perpetuò floridam felicitatem.

MEDICAL SOCIETY

SAcræ Maieſtati Tuæ, FERDINANDE MAGNE, Cæſar invictiſſime, Domine clementiſſime, cuius ad pedes ſupplex deuolutus humillime procumbo, recognitam & omnino nouam de nouo conſecro Rhodologiam, eâ victus inuictâ tamq; deuotâ quam debitâ pietate, quâ *Sacram Cæſ. Maieſt.* T. cum vniuerſa patria ſanctè ſemper colere me cœlitus iubet is, qui ſupremum in Orbe Vicarium, communem Patriæ Patrem,

dominantium Dominum, humani generis caput & conſtituit & omnibus commendauit: inprimis verò roſeo literatorum choro, qui tot tantiſque à ſummo chorago priuilegiis dotatus, beneficiis ditatus, laudatricum alaudarum more meritò ſubindè collaudat Optimi Maximi Præſidis magnificentiam, floridumque diuino Patrono ſternit iter ad æternam gloriam, ſibi ad vlteriorem gratiam. Vrget me literatorum & *Sacræ Caeſ. Mai. T.* laudatorum minimum quidem, amatorum verò atque admiratorum haud poſtremum, ſingularis illa clementia, quâ magnorum virorum conſilio *Sacræ Caeſ. Maieſtati* T. à me ſubmiſſiſſimè dicatam debitæ gratitudinis teſſeram, graphicè depictam Roſam, florum ſcilicet principem Principum Flori iure conſecratum, ſereniſſimâ fronte ſacratiſſimâque manu non ſolùm ſuſcepit, ſed & per Archiatrum nobiliſſimum, Dn. D. Rechbergerum, miſſis ad me literis Cæſaream clementiſſimè promiſit gratiam, protectionem ac remunerationem. Quas pro tanta gratia gratias agam ſufficientes, equidem haud inuenio. Quid ſperem? quid petam? quid impetrem vlterius? Nil niſi deſideratam communi Patriæ, peccanti non ſolùm, ſed & pœnitenti, ſed & innocenti, veniam ac refloreſcentem auream pacē, rerum optimam optatiſſimamque; cuius reſtitutionem cuncta reliqua ſubſequerentur bona, iam diu, proh dolor! diſſipata, tantùmque non perpetuò exulantia. quæ redintegrata, confido, tum in Diuinæ, Cæſareæque Maieſtatis gloriam certò

cedent,

cedent, tum vel ingratiſſimo cuiq; gratias extorquebunt maximas, propagabunt quin etiam fidem, obedientiam, concordiam, iuſtitiam, atque vniuerſi Chriſtiani corporis, licet haud vndiquaque ſibi conſimilis, conſtantem harmoniam: quâ florente, me IESV. faciliùs feliciuſq; communis profligabitur ac funditùs extirpabitur hoſtis. Atq; hæc *Maieſtatis* T. nunc primaria cura. Quare etiam toto paſſim Orbe aget in ore, in oculis, in animis omnium, infinitis ornata præconiis, onerata muneribus. Cuius heroica virtute ac felicitate non aduerſarius modò varius, ſed & victor animus proprius innatâ clementiâ victus apparet, aliâs inuictiſſimus. Adeò feliciter concurrunt mutuòque ſeſe amplectuntur *Maieſtas* & *Manſuetudo*. Qua dignitate, qua diuinitate ipſum cœleſtem atq; æternum imitatur Imperatorem, qui paternâ potiùs veniâ quàm perpetuâ vindictâ ſubditos proſequitur Mundicolas; quos in gratiam recipere quàm reiicere, corrigere quàm corrumpere mauult. Equidem miſerari omninò humanum eſt, miſereri verò plus quàm humanum & heroicum. Profectò clariſſimâ *Maieſtatis* T. benignitate permoti plerique omnes Cæſarem FERDINANDVM ceu beneficum, ſalutare, ac neceſſarium quoddam ſydus è cœlo in terras demiſſum credunt; quod inuerſo peruerſoq; planè Mundo ſubueniret atque indeſinenti ferè iuſtitio & ἀναρμοςία laborantibus rebus humanis, extremè ſyncopticis, mederetur: præſtigioſiſq; cunctipotentis Numi technis corruptum perſanaret ſeculum,

 quo

quo virtus ipſa vitio vertitur & vitium virtutis arripit encomium atq; præmium. O digniſſimum, ô diuiniſſimum Æſculapium! cuius throno cœlitùs extructo, publicâ ſalute ſtipato, communibus tot piorum precibus & conſiliis ſtabilito, nullum maius, nullum melius inferre poſſum donarium, quàm Rhodologiâ meâ inuolutum ſimpliciſſimum, at ſanctiſſimum, votum; quo vno vniuerſa bonorum omnium continentur: Diuus FERDINANDVS omnium bono conſtantiſſimè floreſcat vnâ cum Imperatrice ſacratiſſima, gnatis, agnatis, & affinibus sereniſſimis, tum & vniuerſo Cæſareo Auguſtali ampliſſimo. Quod animitùs & ſpero & opto à ſummo Imperiorum atq; Imperatorum ſatore & ſtatore, DEO.

Perſcript. Wormat. 24. Maij, Anno Chriſti. DIVVS FerDInanDVs *Cæſar* gratIs rosIs fretVs VIrebIt.

Sacræ Cæſ. Maieſt. T.

ſubiectiſſimus ſeruus

IOANNES CAROLVS
Roſenberg / M. & P. D.
Reip. Worm. Poliat.

Præ-

Præfatio dedicatoria prioris editionis.

Potentiſsimo & Inuictiſſimo,

FERDINANDO II. ROMANO IMPERATORI SEMPER AVGVSTO, SACRATISSIMO

Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, &c. Regi, Archiduci Auſtriæ, &c. Domino clementiſſimo,

Perpetuam felicitatem.

GEneroſam Roſam, florum principem, principum Princeps florentiſsime, IMPERATOR *ſacratiſsime, Potentiſsime, inuictiſsime, Domine clementiſſime, cum pro viriculis meis deſcribere & Botanologicam eius hiſtoriam tum Philoſophicè tum Philiatricè pertra-*

ſtatam publicæ luci committere in animo haberem: atq́ſ ſimul vnâ ex parte maximi illius, quo Sacra Cæſarea Maieſtas Veſtra *ipſam non ſolùm Argentinenſem tum Remp. tum Academiam, ſed & me humillimum clientem, in prima, feliciſſimo ſuo auſpicio inſtitutâ, promotione doctorali participem beauit, beneficij & priuilegij, nullâ vnquam in perpetuum obliuione obliterandi, gratiſſimo animo anxiè recordarer, ſed quâ ratione mentis meæ, gratiarum debito veluti grauidæ, & enixè iam parturientis, gratitudinem declararem, dubius hærerem; ex altera verò parte in animum reuocarem id, quod ex Plin.* lib.21. c.3. & l.16.cap.4. *Tolozanus* lib.6.de Rep.cap.20.t.34. *refert; coronas nimirùm floridas, & maximè roſaceas, olim in honorem Deorum fuiſſe concinnatas, ſummamque floridarum eiuſmodi coronarum fuiſſe authoritatem; in eâ ſtatim acquieui ſententiâ.* S.Cæſ. Maieſtati V. *quæ dignitatis diuinitate præpotentem in hoc orbe* DEVM *repræſentat, nullo officij, gratificationis & libaminis genere me pro tenuitate mea magis inſeruire poſſe, quàm ſi Rhodologiam meam, tanquam roſeam corollam, papyraceis licet roſis & floſculis (ſed & Papyri Ægyptiaci floribus vtuntur Ægyptij ad* DEOS *coronandos, teſte Plin.* lib.13.c.11.) *concinnatam Eidem ſumma ſubmiſſione ac devotione nuncupatim conſecrarem; haud ſterili ſpe fretus,* Sacram C. M. V. *pro eâ, quâ diuinitùs prædita eſt, Heroica virtute animum pro manu, voluntatem pro viribus cum bono* DEO *ſuſcepturam: Artaxerxis Perſarum & Ludouici* XI. *Galliæ Regis exemplo, qui minima etiam munuſcula, pio affectu oblata, non tam ſuperciliosè reiecerunt quàm ſerenâ fronte receperunt.*

ceperunt. Miſes Artaxerxi pomum in Vanno obtulit, & eidem Sineta lympham in volâ manus, Æliano autho-re: *Regi Galliæ verò ruſticellus quidam marcidum rapum, vel vt alij volunt, raphanum, Ægydio Corrozeto teſte de dictis & factis memor. Auguſto verò Imperatori, vt Hiſtoriæ tradunt, agricola quidam calamum. Quos omnes nihilominùs tum ſingulari gratiâ, tum inſignibus donis maximi illi Heroes affecêre. Roſas* Sacræ Cæſ. M.V. *ego humillimè offero Rhodologiâ meâ contentas, haud nobiles quidem ex auro formatas, notas tamen eas & natas ad mortalium ſalutem; quæ fragrantiæ ſuauitate virtutumq́ efficacitate maximè excellunt; vtpote ex quibus præſtantiſſima quæq; medicamina, cordialia præſertim, refrigerantia & reficientia, confici ſoleant. Equidem cùm Imperatrix & Regina florum Roſa ſit, quo reſpectu Imperatorem atque principem ei etiam in ipſo libello haud præter rationem comparaui, Botanologicam eiuſdem hiſtoriam nemini, præterquam* Sacratiſſimo, virtutibus victoriiſque verè Imperatoriis florentiſſimo Imperatori, Regi ſummo (*cui etiam deuinctiſſimum gratiſſimumque animum vt debeo, ita dedico humillimè*) *dicandam & ad pedes ſtatuendam arbitratus ſum: non quòd vel vanâ perſuaſione vel intempeſtiuo deſiderio ſperem,* Sacram C.M.V. *tot tantiſque Imperialibus negotiis grauiſſimis, hoc turbulento præſertim ſub Diuinâ ferula conſtituti Imperij ſtatu, ad auream, optimam & optatiſſimam omnib. pacem reducendo, occupatam, exiguum eiuſmodi libellum (tam Auguſti nominis etiam altitudine atque amplitudine repulſum) ad manus ſumpturam aut lecturam. Neque enim is fortaſsis earum virium eſt, quarum Q. Curtij*

Hiſtoricus de Alexandri Magni rebus geſtis liber, qui & ſpem authoris & expectationem lectoris feliciſsima efficacia ſuperauit; etiamnum vel eo nomine Regibus commendatus, quòd iucunda eius lectio priſtinæ Regem ſanitati reſtituerit. Alphonſus enim Arragoniæ Rex, vt memorat Antonius Panormita de reb. geſt. Alphonſi, *& Æneas Syluius de eius dictis, Capuæ laborans aduerſæ valetudine, medicis fruſtrà negotioſiſsimis, Q. Curtij hiſtorias de Alexandri Magni rebus geſtis legere cœpit: cuius lectione delectatus, cùm omnem morbi vim ſuperaſſet; valeat, inquit, Hippocrates Imperator, Galenus Rex, Auicenna princeps (hiſce enim epithetis Coriphæos ſuos medici exornare conſueuerunt) viuat Curtius reſtitutor ſanitatis meæ. Quanquam alij hiſtorias eas ſanatrices Liuianas fuiſſe, Ferdinandum verò Regem Hiſpaniæ,* Sacræ C.M.V. *abauum, Hiſtoriæ Curtianæ lectione reſtauratum ſcribant. Non, inquam tantæ authoritatis, aut virtutis eſt Rhodologia mea, præmatura ignobilis ingenioli fœtura, ea intentione* Sacræ C.M.V. *à me deuotiſsimè dedicata, vt poſteaquam* Sacræ C.M.V. *vel à longè radiantem gratiæ lucem aſpexerit, excellentiſsimi, quorum officiis vtitur ordinariis, Archiatri & Medici Aulici (quos meritiſſimos ac celeberrimos Artis Medicæ Anteſignanos, meorum arbitros ſcriptorum, iudices laborum, lubentiſsimè agnoſco, veneror, ſuſpicio) perlecta illa pro occaſione atque beneplacito conſiderent & atteſtentur; maximas infinitaſque ferè roſis a benigno Creatore inditas eſſe vires ad ſalutem atque recreationem hominum: me proindè (tenuem vix quidem nobiliſsimorum eiuſmodi virorum vmbram) operæ pretium forſitan feciſſe, neque oleum & operam omninò perdidiſ-*

ſe, vti-

ſe, vtilitati tamen aliorum potiùs quàm propriæ conſuluiſſe, quòd sereniſſima illius florum reginæ Botanicam Hiſtoriam ea, qua nuſquam hactenus à quoquam deſcripta prodiit, ratione & forma fideliter, ſi non feliciter, pertractarim. Cæterùm qui me quam maximè à propoſita dedicatione deterrere ac deterritum diutiùs detinere primùm videbatur Sacræ C.M.V. *ſplendor, quem vix quidem condignis encomiis efferre, nedum perferre, vel adire propiùs ignobilioris fortunæ mortalibus conceſſum, is iam, deſperata priùs & religioſo horrore ſuppreſſa, refloreſcente alacritate animum irradiauit, vt eo clariſſimo ſplendore de nouo animatus veluti animus meus, ſummaque* Sacræ C.M.V. *virtute (quam cum pari fortuna feliciſſimè coniunctam non tam immodico pudore vereri quàm debito honore reuereri decet) cumprimis verò ſingulari benignitate ſuſcitatus, tum in* Sacræ C.M.V. *laudis nunquam ſatis laudatæ celebrationem, tum in gratiæ, æterna gratia digniſſimæ, acquiſitionem, tum vlteriorum motricum cauſarum, quæ me ad præſentis opuſculi dedicationem impulêre, declarationem expeditus, reſolutus & iam in procinctu conſtitutus eſſet: niſi omnibus non dicam huius vel illius vrbis, ſed totius Orbis incolis conſtaret,* Sacræ C.M.V. *laudem omnem omnium ſuperare laudationem, & longè tranſcendere triuialia encomiorum prædicamenta; quamque ab aliis alij emendicare gratiam aſſolent, ea gratioſiſſimè* Sacram C.M.V. *indignos potiùs etiam quàm non etiam dignos dignari, ac proindè in euehendis laudibus* Sacræ C.M.V. *longè maiori laude me cunctas laudationes ſupprimere, quàm illas inſufficienter exprimere. Adeò inenarrabilis eſt* Sacræ C.M.V. *tum gloria tum gratia.*

tia. Quam tamen cum præter alios innumeros Imperij ſubditos Argentinenſes etiam perſentiant ſummiſque extollant elogiis; quo in numero nobiliſs. conſultiſs. & clariſsimus Ioannes Fridericus Schmidius. V.I.D. Sacræ C.M.V. Palatij Comes, Patriæ Conſiliarius & Aduocatus celeberrimus, *cognatus meus chariſſimus, tum & piè ſancteque venerandus parens.* VRBANVS ROSENBERG, *olim primarij Senatus Argentoratenſis Aſſeſſor, optimè de Rep. meritus, nunc ἐν ἁγίοις, atque etiam oculiſsimus frater,* Ioannes Georgius Roſenberg, *V.I.D. præluſtribus animatus exemplis, penetrantibus agitatus ſtimulis, omnes viriculas ſummi Principis ac Domini deſtinans & mancipans honori, chartaceum hoc munuſculum, licet indignum,* Sacræ C.M.V. *optimo conatu, ſi non optato ſucceſſu conſecrare auſus ſum: vt ita ſub tutelari* Sacræ C.M.V. *numine ac nomine, ſub ipſis Imperatoris Aquilæ alis ſecura Rhodologia mea vnâ mecum, quorumuis ſiue ſubtiliorum ſiue craſſiorum, Momorum, Mimorum, Zoilorum, Sycophantarum & ſine κρίσει Criticorum aduerſa peruerſaque iudicia vel euitare vel euincere poſſit. Nec deſpero: cùm certiſsimus ſim,* Sacram C.M.V. *laudatiſsimis illis, quas & Auum Ferdinandum I. Imperatorem Auguſtiſsimum, ſacratiſsimæ memoriæ, decoraſſe nobiliſsimus Mynſingerus in Epiſtola nuncupatoriâ Apoteleſmatis ſui in Inſtitutiones Iuſtineaneas teſtatur, virtutibus (iuſtitiâ, liberalitate, animi magnitudine in aduerſis, moderatione in ſecundis, innatâ Auſtriacæ Proſapiæ clementiâ &c.) exornatiſsimum pectus habere. Vt Imperio non ſolùm gratulari, ſed & gloriari omninò liceat, Cæſarem ipſum tum patriæ Patrem, tum litera-*

rum literatorumque Patronum eſſe inter illuſtriſſimos ſapientiſſimum, inter ſapientiſſimos illuſtriſſimum; facultatum doctores, vndique ferè preſſos, ſingulari patrocinio tueri ac defendere: Medicinam, ſanitatis vitæque Reginam (ſed ab impiis, ac infidelibus Chriſti Chriſtianorumque aduerſariis, temerè ſeſe nobiliſſimis facultatibus ad neſcio quàm occaſionem quâ occaſione verſutiſſimè immiſcentibus atque aliis empiricis medicaſtris, miſerè proſtitutam) & veros Medicos. Naturæ conſultos, ſummo fauore fouere: id forte an conſiderare, quod Hiſtoriæ teſtantur; tantam nimirùm olim Medicinæ fuiſſe dignitatem, vt plurimi etiam Reges & Principes eam excoluerint, exercuerint: quo in numero præter Salomonem & Hermetem Triſmegiſtum, Gentius Rex Illyricus, à quo Gentiana inuenta, Mauritaniæ Rex Iuba, Artemiſia Regina Cariæ, à qua denominata herba Artemiſia. Fridericus III. Imperator hortis plurimùm oblectatus herbarum ſummam cognitionem habuit, vt medicos ſuæ ætatis facilè ſuperaret omnes in ea noticia, teſte Cuſpin. *Plutarchus memorat, fortiſſimum Heroem, Herculem Medicinæ peritum fuiſſe: à quo genus ſuum deducens Hippocrates, Medicorum ſummus, in tanta ab Athenienſibus dignitate fuit habitus, vt ſtatua ei in æternam memoriam erecta fuerit. Petrus Vlyxiponenſis, Epiſcopus Tuſculanus in Medicina doctiſſimus Pontifex factus Ioannes XII. dictus, teſte Platinâ theſaurum pauperum conſcripſit. Hadrianum quoque Imperatorem Medicinæ ſtudioſiſſimum fuiſſe referunt. Alexandrum Magnum medicinâ adeò imbutum atque de-*

lecta-

lectatum fuiſſe ſcribit Plutarchus, *vt multis amicis ſuccurrerit in morbis certaque remedia & victus rationem ordinârit. Imò ipſe DEVS, Rex Regum & Dominus dominantium, medicum ſeſe profeſſus eſt.* Exod. cap. 15. verſ. 26. *Et Dominus IESVS varios etiam nullis herbis, ſed viuificis ſolummodò verbis perſanauit morbos inſanabiles mortuoſque vitæ reſtituit. Quorum omnium conſideratione permotus* Sacræ Cæſ. Maieſt. V. *Rhodologiam meam, quâ poſſum, ſubmiſſione, obſeruantia, piâ ſanctaque veneratione in clientelam offero; & oro, vt, qua manſuetudine ſupplices ſubditorum libellos quotidiè ſuſcipit ſerenâ fronte, eâ etiam Rhodologicum meum libellum ſuſcipere haud dedignetur; atque vt veteres non tantùm è roſis nexas coronas capiti imponere, ſed & pauimenta ſæpè roſis conſternere refrigerationis ac recreationis gratia ſoliti ſunt (veluti Medicorum Archidux & Angelus Galenus* lib. 10. meth. med. cap. 8. & l. 1. de art. cur. ad Glauc. cap. 14. *teſtatur) ita* Sacra Cæſ. Maieſt. V. *oblatas à me chartaceas roſas infimo ſaltem in ampliſſimæ Bibliothecæ ſuæ pauimento recreationis gratia ſtratas velit. Quod dum ſpero,* DEO OPT. *MAX. cœleſti Imperatori* Sacram Cæſ. Maieſt. V. *vnâ cum Imperatrice auguſtiſſima, Filiis ſacratiſſimis, familia vniuersâ ſereniſſimâ (diuinitùs benedicto Imperatorum & Regum ſeminario) atque etiam Aula ampliſſima, inclyta, ardentiſſimis votis deuotiſſimè commendo, vt conſtantiſſima optatiſſimæ pacis, ſanitatis, felicitatis fructione viuant, valeant, ac in æternum floreant. Ita precor animitùs.*

W*ormat.*

Wormat. III. *Calend. Febr. Anno* CHRISTI:
F*Loreat* ſ*a*L*te*M *pa*X *atq*V*e* V*er*I*tas* DI*eb*V*s noſtr*I*s.*
Eſai.cap.39.

Sacræ C.M.V.

Humillimus ſubditus & ſeruus

IOANNES CAROLVS
Roſenberg / M. & P. D.
Reip. Vormat. Poliat.

INDEX

IOAN CAROLUS ROSENBERG. D.



Scaligeri genius roſeus Roſebergius hic est ;
Miraclum Clary ſpesq; ſalusq; chori.
Argentina iſtum genuit, Verona ſed illum.
Cœlicus utriq; est patria vera polus.
Invida utrumq; haud ſors, at flos virtutis in ævum
Doctrinæ fructu, laude, beare valet.

P. I. F.

INDEX IN RHODOLOGIAM

IOANNIS CARO-LI ROSENBERGII.

Prior numerus librum indicat, ſecundus caput, tertius capitis Principium, Medium, vel Finem.

A.

ABortus Rhodopharmacis præcauetur. 2.33
Acetum roſaceum puriſſimum ſine aceti additamento, ex ſolo Roſarum ſucco. 2.17
Acetum roſ. commune. 2.32
Acetum Citro-Roſaceum & Granato-Roſaceum. 2.32
Acida, vt ſpiritus vitrioli, tinctura roſ. &c. an febrićtibus commoda? 2.26
Adamas præſtantiſſimus & pretioſiſſimus Caroli Ducis Burgundiæ. 1.13.f.
Aetij de Roſarum qualitatibus doctrina. 2.20.m.
Aculei veſparum aculeis roſarum euocantur. 2.33
Alabaſtri roſarum. 2.8.m.
Aloe Roſata. 2.24
Ambuſtis auxiliantur roſacea medicamina. 2.33

†† Angina

Angina Rhodopharmacis expugnatur. 2.33
Angelicæ pilulæ. 2.24
Anima rationalis diuinitùs homini conceſſum clinodium, certiſſimum immunitatis à mortalitate ſymbolum.
Anerexiæ ſeu proſtratæ appetentiæ cura Rhodopharmaceutica. 2.33
Anthera Roſ. 2.8.m.
Apoplecticis non incommoda Rhodopharmaca quædam. 2.33
Anglicæ familiæ duæ Regiæ: quarum altera roſa rubra, altera roſa candida vocata. 1.3.p.
Aqua roſ. ſtillatitia varia. 2.22
Aqu. roſarum noua parandi ratio, quâ color ſeruatur proprius, vt & odor & ſapor. 2.22.m.
Aquæ roſarum vires & vſus. in prælud. & 2.22.m.
Aqua panis roſacea, ſeu quinta eſſentia artorhodina. 2.22.m.
Aqua Cinamo-Roſacea. 2.22.m.
Aqua roſarum Caryophyllata. 2.22.m.
Aquâ roſarum piſcinam impleuit Heliogabalus pro lauacro. 2.22
Aqua roſarum abuſu noxia. 2.22.f.
Aquæ roſarum hauſtus an febricitantibus conueniens? 2.22.f.
Arbor mirabilis, Roſas, vuas, arantia poma & ceraſa proferens. 2.10.m.
Arthritis roſaceis pellitur remediis excellentiſſimis. 2.33
Aſcaniis principibus ex Aſcania deductis primam dedit originem Aſcanes ſeu Aſcenaz. 1.3.m.
Auarus parcus eſt viuens, porcus moriens. 1.13

Auicennæ iudicium de roſarum qualitatibus. 2.20
Aureum lac roſaceum optimum in Eryſipelate. 2.33
Aurum potabile verum. 2.23
Aurum potabile pauperum Zapatæ, Itali. 2.23
Auſtriaca domus ſacrum Imperatorum & Regum ſeminarium feliciſſimos ac principes Principum produxit floſculos. 1.11.p.

B.

BAlthaſar Epiſcopus, Senator Argentinenſis, poma ferre nequibat. 2.13.m.
Baſam. Roſ. 2.27
Baſia num inficiant vel afficiant? 1.12.m.

C.

CAchexiæ cura Rhodopharmaceutica. 2.33
Calculum excellentiſſima pellunt rhodopharmaca. 2.33
Calidum natiuum & humidum non ſufficiunt ad vitæ ſanitatisq; conſeruationem, ſed & natiuum ellychnium requiritur. 2.33
Calori innato perperam adſcribunt corporis languorem ac virium defectionem. 2.33
Calyx Roſæ quid? 2.8.m.
Cancer Rhodopharmacis mitigatur. 2.33
Canirubus. 2.6.m.
Canum rabidorũ morſib. medetur Roſa. 2.19. & 2.33
Cantharides cur roſas ferre nequeant? 2.14
Cantharidum malignitatẽ euincit Roſa. 2.19. & 2.33
Cardanus refellitur. 2.8.m.
Cauſarum abſtruſarum inquiſitio difficilis ac periculoſa. 2.10.f.
Catarrhus Roſaceis cedit remediis. 2.33
Capitis dolores roſacea mulcent remedia. 2.33

In capitis vulneribus & cranij fracturis vtiliſſimum roſaceum mel & oleum. 2.33
Chabatſcleth non tam Roſam quàm Lilium ſignificat. 2.3.p.
Charitatem inter & Roſam ſimilitudines. 1.9
Chymicaſtri deceptores crumenimulgi. in Prælud.
Color Roſæ. 2.6.m.12.m.
Comitum inſignia Roſam continentia. 1.3.f.
Compoſita medicamenta Plinius inconſideratè damnat. in Prælud.
Conceptio roſaceis promouetur medelis. 2.33
Colica Rhodopharmacis curatur optimis. 2.33
Contuſis & conquaſſatis partibus vtiliter imponuntur Rhodopharmaca. 2.33
Conchæ deliciarum ac diuitiarum non minùs ac margaritarum conchæ periculoſa captatio. 1.13.f.
Cor cur vltimò moriatur? 2.33
Cordis affectus roſaceis feliciſſimè curantur medicamentis. 2.33
Conſerua roſarum. 2.30
Conſerua roſ. quare febrientibus poſt catharticorum vſum exhibeatur? 2.33
Corpulentiores, craſſiores & carnoſiores rhodopharmacis vtiliter vtuntur. 2.33
Corroborantia vera. 2.23.f.
Coronæ roſeæ in conuiuiis vſitatæ. 2.15.f.
Coronæ roſaceæ cephalalgiæ medetur. 2.33.
Coryzam excitant roſæ recentes, abigunt exiccatæ. 2.19. & 2.33
Coſmetica roſacea. 2.33
Cremor Diagridij. 2.30
Crocus Martis Roſaceus cachecticis vtilis. 2.33

Creatore ſolo fruimur, creaturis vtimur. 2.1.f.
Cryſtalli roſarum. 2.33
Cryſtallus mineralis roſacea. 2.33
Culturâ opus habet vt roſetum ita & homo. 1.14.p.
Cynosbatorum conditum. 2.29
Cynosbatorum puluis vtilis in Eryſipelate. 2.33
Cyperus Bezoarticus odorus, radix Contrayerua Hiſpanorum. 2.33

D.

DÆmoniacis aduerſæ Roſæ. 2.19
Dæmoniaci rhodopharmacis ſanantur. 2.33
Decoctum roſarum. 2.25
Dentium dolor egregiis ſiſtitur rhodopharmacis. 2.33
Dentium mobilitas roſaceis corrigitur medelis. 2.33
Diabeticis opitulantur rhodopharmaca. 2.33
Diuitiæ ac Deliciæ roſis comparantur. 1.13
Ditare quam diteſcere diuinius & nobilius. 1.13
Diuitiis ſoli piè ſapientes non abutuntur. 1.13.f.
Diureticum in intermittentibus febrib. 2.33
Dodonæus quid ſenſerit de diuerſis roſarum qualitatibus. 2.20.f.
Dyſenteria præſtantiſſimis curatur rhodopharmacis. 2.33

E.

EBrietati oppoſita prophylactica rhodopharmaca. 2.33
Eccleſiam inter & Roſam ſimilitudines. 1.5
Ecthymata & exanthemata roſaceis curantur. 2.33
Efficiens vniuerſalis Roſæ cauſa. 2.1
Efficientes Roſæ cauſæ ſpeciales. 2.9
Electuarium è ſucco roſarum. 2.31

Electuarium Roſaceo-Paſſulatum. 2.31
Eliſabethæ Angliæ Reginæ Rhodopharmacum corroborans. 2.23.& 2.33
Ellychnij animalis fibroſi conſtitutio proba vel praua, ſanitatis, ægritudinis, vitæ necisq; cauſa Phyſ. 2.33
Ellychnium vitale conſtituunt fibræ venoſæ, arterioſæ & neruoſæ. 2.33
Ellychnij deprauati duplex emunctio. 2.33
Emulſiones lacteæ. 2.22.& 2.33
Epilepticis roſacea proficua medicamina. 2.33
Eryſipelatis cura Rhodopharmaceutica. 2.33
Ephemera febris rhodopharmacis facile ſuperatur. 2.33
Extractum Roſarum. 2.29

F.

FErnelij ſententia de Roſ. facultatibus. 2.20.m.
Febris continua nil aliud quàm perpetuus calor febrilis & nunquã interruptus paroxyſmus. 2.22.f.
Febres intermittentes & continuæ rhodopharmacis curantur. 2.33
Febricitantium panacea Roſa. 2.33
Febricitantibus an acida, vt tinctura Roſ. Spiritus Vitrioli, &c. vtilia? 2.26.& 2.33
Febrientes de ſyruporum, etiam acidorum, dulcedine conqueri ſolent. 2.26
Fibræ venoſæ, arterioſæ & neruoſæ vitale conſtituunt ellychnium. 2.33
Fibræ corporis Microcoſmici benè diſpoſitæ ſanitatis, malè affectæ morborum cauſæ ſunt. 2.33
Fides cum Roſa confertur. 1.8
Finalis vniuerſalis Roſæ cauſa. 2.1

Finalis ſpecialis Roſæ cauſa. 2.12.p.
Fiſſuras ſanant roſacea medicamina. 2.33
Flores Rhabarbari. 2.30
Floris nomen vndè? 2.4.m.
Flos paſſionis Chriſti Ieſuitarum. 2.6.p.
Formarum cognitio difficilis & intricata. 2.5.p.
Formalis Roſæ cauſa. 2.4.p.2.5.p.
Fortunæ nulla fides. 1.3.m.1.10.f.1.14.f.
Fortunius Licetus Philoſophus Patauinus. 2.13.f.
Frigida qua ratione odorata? 2.15.m.
Fructus Roſ. 2.8.m.

G.

Galenus opes hodiè nec dare poteſt nec accipere ſolet: & ipſe Geber mortuus aut morbidus. 1.13
Galeni dilucidatio de roſarum qualitatibus. 2.20.p.
Galli Coryzæ amatores. 2.19
Gallicus morbus rhodopharmacis debellandus.2.33
Genuēſes legato Sforziano ſcitè reſponderūt.2.15.m
Germani argentanginâ correpti degenerāt, & à maiorum morib.recedunt, qui non tam ſacro Numo quàm virtuti præmia præconiaq; ſtatuerūt.1.13.f.
Gonorrhæa roſaceis curatur remediis. 2.33
Gumi Indici cathartici natura, doſis, & vſus.2.22.m.
Guſtus deprauatio roſaceis corrigitur medicamentis. 2.33

H.

Habdanckorum illuſtrium vel pauci vel nulli ſuperſtites. 1.13
Hæmoptoicis ſuccurrunt roſacea medicamina. 2.33
Hæmorrhagiā nariū rhodopharmaca cōpeſcūt. 2.33
Hęmorrhoides dolentes roſacea ſanāt remedia.2.33

Hecticæ cauſas nouâ declarat author ſententiâ. 2.33
Hecticæ febris curatio rhodopharmaceutica.
Heliogabalus triclinia, lectos ac porticus roſis conſpergi iuſſit. 2.15.f.
Heliogabalus aquâ Roſarum piſcinam impleuit pro lauacro. 2.22.m.& 2.33
Hepar roſarum catharticum. 2.23
Herniam roſacea ſanant medicamina. 2.33
Hippocrates non omninò Ethnicè imò omninò non Ethnicè de DEO eſt loquutus. 1.9.f
Homo cum Roſa confertur. 1.14
Hominis innnocentis & Roſæ ſors ſimilis. 1.14.m.
Homo ſpecioſè coloratum lutum. 1.14.m.
Homines plures vino quàm aquâ ſuffocantur. 1.14.m.
Homo, vt Roſa, breuis æui modò floreſcit, modò flacceſcit; aliquando dum oritur, moritur. 1.14.f.
Hydrops Rhodopharmacis curatur. 2.33
Hydrophobia roſaceis auertitur remediis. 2.33
Hypochondriaca melancholia roſaceis cedit pharmacis. 2.33

I.

IESVS CHRISTVS cum Roſa comparatur. 1.4
IESVS ſolus verus ſanator & ſaluator, Medicus & Medicina. 2.23
Infuſio Roſarum. 2.25
Ingenium acutum & pyramidale, memoriam rotundam & circularem reddunt rhodopharmaca. 2.33
Inflammationes roſaceis abarcentur remediis. 2.33

Iracundia

Iracundia rhodopharmacis mitigatur. 2.33
Inſignia familiarum illuſtrium & nobilium roſam continentia. 1.3.p.
Intertrigines emendant roſacea medicamina. 2.33
Inuidiæ genealogia. 1.14.m.
Inuidia virtutem imperterritam dum ferit firmat. 1.14.m.
Iulepus roſarum. 2,28
Iuleb roſarum febrientibus prodeſt & aliis quamplurimis ægrotis æſtuantibus. 2.33

L.

Labiorum tumores ac fiſſuræ rhodopharmacis tractandæ. 2.33
Lac aureum roſaceum vtiliſſimum in Eryſipelate. 2.33
Lac Lunæ. 2.33
Lac Sulphuris. 2.33
Lectos veteres è roſarum foliis conficiebant. 2.15.f.
Lepra roſaceis pellitur medicamentis. 2.33
Laudanum opiatum ſimplex, at optima, præparandi ratio. 2.33
Laudanum opiatum variis in affectibus vtiliſſ. 2.33
Ligni Rhodij oleum. 2.27
Linguæ vulnuſcula rhodopharmacis coaleſcunt. 2.33
Linguæ durities & ſcabrities rhodopharmacis emendatur. 2.33
Lipothymiæ præſtantiſſima remedia roſacea. 2.33
Literati tectâ ſubtilique tyrannide premuntur & ſe ipſos inuicem inuidiâ ſupprimunt. 1.7.m.

Lues venerea roſaceis infringitur medicamentis. 2.33
Lumbricos enecant & expellunt rhodopharmaca. 2.33

M.

MAchiauelli ſublimior & nobilior ſcientia quam conſcientia: ſalſa quidem, at minùs ſancta, doctrina. 1.11.m.
Magiſterium Scammonij. 2.30
Mamillarum vitioſa moles rhodopharmacis auertitur. 2.33
Maniæ cura rhodopharmaceutica. 2.33
Marcoris & mortis veras cauſas Phyſicas nouâ ſententiâ declarat autor. 2.33
S. Maria Deipara Roſa vocata. 1.1.m.
Martis Crocus roſaceus cachecticis vtilis. 2.33
Medicamenta compoſita iniquè reiicit Plinius. in Prælud.
Medicamenta roſacea compoſita vſitata. 2.21
Medici tyrones, & Heroes. in Prælud.
Medici roſas & roſacea ſolent offerre, ſpinas reportare. 1.13
Medicaſtros indoctos doctis Medicis præferre ſolent inſcij, inuidi, iniqui. 1.14.m.
Medicus Naturæ comes eſt, conſiliarius, miniſter, & adiutor; non tortor, non agaſo. 2.33
Medicorum potiùs ſapientiâ quàm medicamentorum violentiâ morbi vincuntur. in Prælud.
Medicina agnata Theologiæ, Iuriſpr. Philoſ. 1.11.p.
Mel roſaceum. 2.28. & 2.33
Melancholiæ curatio per roſacea medicamina. 2.33
Memoriam firmant Rhodopharmaca. 2.33

Men-

Menſtruorum & exceſſus & defectus rhodopharmacis curatur. 2.33
Meſuei ſententia de roſarum qualitatibus. 2.20.m.
Morbillis & variolis medẽtur medicamina roſ. 2.33
Morbi quamplurimi roſaceis vincuntur medicamentis. 2.33
Morborum gigantes medicamentorum pigmæis haud cedunt. 2.33
Morſibus rabidorum canum, forſan & Momorum, medetur Roſa. 2.19.2.33
Muccharum Roſaceum. 2.24
Mundus culturâ opus habet. 1.14.p.

N.

NEphritis roſaceis mitigatur remediis. 2.33
Nobilitas emptitia vana. 1.14.m.
Nobilitatis mater virtus, teſtimonium meritum, licet indonatum. 1.14.m.
Nobilitatem frequenter experiri mobilitatẽ. 1.3.m.
Nobilium inſignia roſis armata & ornata. 1.3.f.
Nobiles nobilium parentes. 1.14.m.
Nobiles ab ignobilibus, ignobiles à nobilib. 1.3.m.
Nouis delectantur homines, vt veſtibus, verbis, fabulis, ſic & medicamentis & medicis. in Prælud (2.33

O.

OBſeſſi à demone rhodopharmacis reſtituuntur.
Odor ſeu fragrantia Roſæ. 2.13
Odor res diuina. 2.15.f.
Odores frigidi an calido cerebro cõueniant. 2.13.p.
Odoratiſſimorum florũ plantæ cur inodoræ? 2.15.p.
Oleum artorhodinum. 2.22.m.
Oleum ligni Rhodij. 2.27
Oleum Roſarum commune. 2.32
Oleum Roſ. ſtillatitium. 2.27

Ophthalmica rhodopharmaca præſtantiſſima. 2.33
Opij optima præparandi ratio. 2.33
Oris vitioſus halitus roſaceis emendatur. 2.33
Oxyrrhodinum. 2.32.& 2.33

P.

PAlpitatio cordis rhodopharmacis ſiſtitur. 2.33
Parentatio Vrbano Roſenberg dicata. 1.14.f.
Paronychia roſaceis corrigitur medic. 2.33
Peſtem fugat Roſa. 2.33
Peſtis curatio Rhodopharmaceutica. 2.33
Petrarcha Poeta laureâ coronatur ab Vrſino. 1.3.p.
Phalangiorum ictibus occurrit ictisque ſuccurrit Roſa. 2.33
Philtris roſa reſiſtit. 2.33
Phlegmone rhodopharmaca fugit. 2.33
Phrenitis curatur roſaceis. 2.33
Phthiſin Roſa vel ſola expugnat. 2.33
Phthiſicis Roſarum conſerua vtiliſſima. 2.33
Phthiſicum deploratum rhodopharmacis optato ſucceſſu reſtituit autor. 2.33
Pili rhodopharmacis prolongantur. 2.33
Pilulæ Angelicæ. 2.24
Pilulæ roſarum. 2.31
Plinius accuſatur & excuſatur. in Prælud.
Plinius corrigitur. 2.4.m.
Pleuritidis cura Rhodopharmaceutica. 2.33
Podagra roſaceis curatur remediis præſtantiſſimis. 2.33
Pomeraniæ Ducum inſignia roſis decorata. 1.3.p.

Pontifex

PontifexRomanus roſâ aureâ donat Reges ac Principes. 1.2.f.
Præfocatio vteri roſacea nonnunquam requirit pharmaca. 2.33
Præmium virtutis ac doctrinæ nullum hodiè. 1.13.m.
Princeps flos hominis cum Roſâ, florum principe, comparatur. 1.11
Principia rerum mole minima virtute maxima. 1.14.m.
Principum inſignia roſis ornata. 1.3.p.
Priapiſmus rhodopharmaco ſupprimitur. 2.33
Pulchrum omne bonum; bonum autem amabile. 2.12.p.
Pulchritudinis Idea DEVS. 2.12.p

Q.

QVartana febris rhodopharmacis evincitur. 2.33
Quinta eſſentia artorhodina, ſeu aqua panis roſacea. 2.22.m.

R.

REnibus inflammatis competunt roſacea medicamina. 2.33
Rhabarbari flores. 2.30
Rhodocrator quinam ex Planetis. 2.9
Rhodopium. 2.33
Rhodologia ſecundum 4.cauſ.genera diſpoſita. 2.1
Roſa vtilitate omnia ſuperat ſimplicia medic. in Prælud.

Roſa

Roſa Pharmacopæorum panacea. in Prælud.
Rhodopharmacopœa. in Prælud.
Roſæ vſus in Magirica ſeu Coquinaria. in Prælud.
Roſam cur Creator non paucis regionibus, vt alios multos flores, ſed omnibus Orbis vniuerſi partibus excreſcere voluerit. in Prælud.
Roſa virtute potiùs quàm precio precioſa, cunctis nata, cunctis nota. in Prælud.
Roſellâ ſæpè feliciùs quàm validiſſimo medicamine morbi ſuperantur. in Prælud.
Roſæ encomia. 1.1
Roſæ epitheta Poëtica. 1.1.f.
Roſa Auroræ dicata. 1.2.p.
Roſa Veneri & Cupidini conſecrata. 1.2.p.
Roſâ Harpocrates donatus. 1.2.p.
Sub Roſâ, prouerbium vndè. 1.2.p.
Roſam Turcæ ſumma deuotione honorant. 1.2.m.
Roſam Turcæ Mahometis è ſudore natam fabulantur. 1.2.m.
Roſas S. Dorothea brumali tempore Theophilo transmiſit è Paradyſo. 1.2.m.
Roſa aurea honorarium principale Pontificale. 1.2.f.
Roſâ nobilium atque illuſtrium cur inſignita inſignia? 1.3.p.
Roſis olim honorati benemeriti. 1.3.m.
Roſæ comparatur Dominus IESVS. 1.4
Eccleſia. 1.5
Verbum DEI. 1.6
Theologus. 1.7
Fides. 1.8
Charitas. 1.9
Spes. 1.10

Roſæ

Roſæ comparatur Princeps. 1.11
Verecundia,
Virginitas,
Virgo ſeu viriſſa. 1.12
Deliciæ ac Diuitiæ. 1.13
Homo. 1.14
Roſis aſſidere, prouerbium. 1.14
In Roſis potare. 2.3.f.
In Roſis dicere. 2.3.f.
Roſam præteritam quærere. 1.14.f.
Roſæ pungentem puniunt, captantē capiunt. 1.2.m.
Roſam iniquè accuſant & ſuperbiæ inſimulant humillimam, merdamicus fungus, ſcarabeus, & cantharis. 1.14.m.
Roſa non naſcitur è Squilla. 1.14.m.
Roſæ cauſa finalis vniuerſalis DEVS. 2.1.m.
Roſa Diuinam declarat & prædicat potentiam, ſapientiam ac bonitatem. 2.1.f.
Roſæ cauſa efficiens vniuerſalis. 2.2.p.
Roſa vndè dicatur? 2.3.m.
Roſeum & Roſaceum differunt. 2.3.m.
Rhodia radix. 2.3.m.
Rhodus Inſula à Rhodia puella. 2.3.m.
Roſæ homonymia. 2.3.f.
Roſa nobilis & nubilis. 2.3.f.
Roſæ definitio. 2.4.p.
Roſæ formalis cauſa, anima & facultates. 2.5.p.
Roſæ nomen variis plantis tributum. 2.6.p.
Roſa volubilis Mexicana. 2.6.p.
Roſa montana. 2.6.p.
Roſæ communis deſcriptio. 2.6.m.
Roſæ differunt odore, colore, ſapore, &c. 2.6.m.

Roſarum color vndè Poetarum ſententiâ? 2.6.m.
Roſæ ſatiuæ differentiæ. 2.6.m.
Roſæ ſylueſtris differentiæ. 2.6.m.
Roſæ principium materiale. 2.7.p.
Roſæ tria Chymica principia. 2.7.m.
Roſæ anatomia & ſuccincta partium enumeratio. 2.8
Roſa cur ſpinoſa? 2.8.m.
Roſeta num fuerint creata ſpinoſa? 2.8.f.
Roſæ floreſcunt vere, æſtate, & autumno, maximè tamen in fine veris. 2.9.f.
Roſæ vt hyeme producantur. 2.9.f.
Roſæ efficientes cauſæ ſpeciales. 2.10
Roſa culturâ opus habet: quomodo colenda. 2.10.p.
Roſa vt præcox reddatur? 2.10.p.
Roſa ſemine tardiſſimè prouenit. 2.10.p.
Roſæ alliis, propè roſaria plantatis odoratiores redduntur. 2.10.m.
Roſæ vt incorruptæ ſeruandæ. 2.10.m.
Roſæ rubræ vt ex tempore candidæ fiant. 2.10.f.
Roſæ finalis ſpecialis cauſa. 2.10.p.
Roſarum odor nonnullis lipothymiam, aliquibus catarrhum ciet. 2.13.m.
Roſas cur ferre nequeant cantharides & ſcarabei? 2.14.p.
Roſa trita cur non vt integra gratum ſpiret odorem? 2.15.m.
Roſeæ coronæ in conuiuiis vſitatæ. 2.15.f.
Roſeæ coronæ cephalalgiæ medetur. 2.33
Roſis veteres pauimenta conſpergere ſolebant. 2.15.f.

E Roſa-

E Roſarum foliis lectos veteres parabant. 2.15.f.
Roſæ ſapor ſuauiſſimus, tametſi ſubamarus. 2.16.p.
Roſa vtiliſſimum & vſitatiſſimum ſimplex med. 2.17.p.
Roſæ qualitates ac vires. 2.17.2.18.2.19
Roſa calida, frigida, humida, ſicca. 2.17
Roſa partes harmonicè continet heterogeneas. 2.17
Roſa lecto ſubſtrata venereas compeſcit concupiſcentias. 2.17.m.
Roſa cantharidum euincit malignitatem. 2.19
Roſa rabidorum canum, forſan & Momorum, morſibus medetur. 2.19
Roſæ dæmoniacis aduerſæ. 2.19
Roſa variarum Microcoſmi partium inſculptam à Natura gerit ſignaturam. 2.19
Roſæ recentes coryzam excitant, aridę compeſcunt. 2.19
Roſæ diuerſas qualitates ac heterogeneas partes dilucidat Galenus. 2.20.p.
Roſenbergiorum Principum inſignia roſam fouent. 1.3.p.
Roſenbergij Vrſinis Romanis, Vrſini Aſcaniis oriundi. 1.3.m.
Roſenbergij Dynaſtæ in Roſenberg, Petrus, Henricus, Vlrichus, Copius, Guilhelmus, Petrus VVock. &c. 1.3.m.
Petrus VVock à Roſenberg vltimus Regulorum in Roſenberg. 1.3.m.
Vrbano Roſenberg à filio dicata parentatio. 1.14.f.
Roſâ ſignatæ monetæ. 1.3.f.2.3.f.

Roſeæ crucis profeſſores ac ſectatores. 1.3.ff.
Roſacea medicamenta compoſita vſitata. 2.221
Roſa quâ ratione corroboret ſimul cerebrum & cor
2.23
Roſarum ſuccus. 2.244
Roſarum decoctum. 2.255
Roſarum infuſio. 2.255
Roſaceum vinum. 2.25.& 2.277
Roſarum tinctura. 2.266
Roſam inter & Vitriolum magna affinitas. 2.266
Roſarum tinctura an febrientibus vtilis? 2.26. &
2.33
Roſarum oleum ſtillatitium. 2.277
Roſarum balſamum. 2.277
Roſaceum Iulapium. 2.288
Roſaceus ſyrupus. 2.288
Roſaceum mel. 2.28.f.2.333
Roſarum extractum. 2.299
Roſarum conſerua. 2.300
Roſarum conſerua phthiſicis vtiliſſima. 2.333
Roſaceum electuarium. 2.311
Roſarum pilulæ. 2.311
Roſarum puluis. 2.31.& 2.33
Roſarum tabulæ. 2.311
Rotulæ roſ. 2.311
Roſæ quemadmodum optimè ſiccandæ. 2.311
Roſarum hepar catharticum. 2.311
Roſata nouella. 2.311
Roſarum ſal. 2.31.2.333
Roſaceum acetum an in omni lipothymia conueniens? 2.333

Roſarum oleum commune. 2.32
Roſæ virtutes ſingulares. 2.32
Roſa cunctis ferè ſuo modo medetur affectibus. 2.33
Roſacea medicamina quamobrem omnium ferè in morborum cura requirantur? 2.33
Roſa mineralis ſeu roſa vitæ. 2.33
Roſacea ſudorifera. 2.33
Roſa peſti reſiſtit. 2.33
Roſeæ placentæ poſt roſarum deſtillationem in cucurbitæ fundo reſiduæ variis medentur affectibus. 2.33
Roſeta num fuerint creata ſpinoſa? 2.8.f.
Roſetum frutex ſit an ſuffrutex? 2.4.m.
Roſetum & vitis certâ ratione conueniunt. 2.8.p.
Roſetum gaudet locis ſiccis. 2.9.m.
Roſeta quandoque feriantur. 2.10.f.
Roſeta patiuntur inſectarum & frigoris iniuriam. 2.10.
Roſatum qua de cauſa flores odoratiſſimos, inodora verò folia producat? 2.15.p.
Rudolphi II. Imp. rhodopharmacum corroborans. 2.23
Ruſticus aquâ roſ. penè exanimatus, pſeudobalſamo caballino occidentali reſuſcitatus. 2.14.m.

S.

SAccharum cand. roſaceum. 2.33
Saccharum roſatum quem vſum habeat poſt cathartica ſumptum. 2.33

Saccharum roſatum tabulatum dictum Hecticâ laborantibus conducit. 2.33
Sal Roſarum. 2.31.& 2.33
Saltus S. Viti rhodopharmacis ſiſtitur. 2.33
Sapor Roſæ ſuauiſſimus, tametſi ſubamarus. 2.16.p.
Sapor nonnunquam etiam fallit. 2.17.m.
Satyriaſis rhodopharmaco cedit. 2.33
Saxones dicti quaſi Saſſi Aſcanes. 1.3.m.
Saxoniæ Ducum inſignia roſam complectuntur. 1.2.p.
Scabiem profligant rhodopharmaca. 2.33
Scaligeri ringentibus à cerberis allatrati. 1.3.ff.
Iulij Cæſaris Scaligeri ſententia de frigidis odoribus cerebro conuenientibus examinatur. 2.13.p.
Scaligeri nobilis locus de acidis febrienti non inutilibus. 2.266
Scammonij magiſterium Chymicis dictum. 2.300
Scarabei cur roſas ferre nequeant? 2.14
Scanderbegi robur ac fortitudo. in Prælud.
Schoſchannah Roſam & Lilium ſignificat. 2.3.p. & f.
Scorbutus roſaceis cedit medicamentis. 2.33
Semina roſarum. 2.8.m.
Singultus roſaceis ſiſtitur medelis. 2.33
Sitim mulcent roſacea medicamina. 2.33
Smyndirides Sybarita iniquus ineptusque roſarum accuſator. 1.14.m.
Species Arom. Roſ. Gabr. 2.31
Diarhod. 2.31
Roſatæ nouellæ. 2.31
Spes roſæ comparatur. 1.10

Spinæ

Spinæ Roſ. 2.8.m.& 2.33

Spinæ roſeti an partes ſint? 2.8.m.

Spinæ roſ. cur figuræ pyramidalis? 2.8.m.

Spinæ an roſeta caruerint antè lapſum protoplaſtorum? 2.8.f.

Spiritibus meris haud ſanamur, nec ſpiritibus meris ſaturamur. in Prælud.

Spiritus Roſarum. 2.23

Spiritus Citro-Roſaceus. 2.23

Spiritus Rhodoſaccharinus. 2.23

Staminula Roſarum. 2 8.m.

Sternutatio nimia ſedanda rhodopharmacis. 2.33

Strumæ & ſcrophulæ rhodopharmacis auerruncantur. 2.33

Studia cur infirment ac deforment? 2.10.f.

Succus roſarum. 2.24

Sudor ſymptomaticus rhodopharmacis cedit. 2.33

Sudorifera roſacea. 2.33

Sudorifera quare pleraque ſiccantia? 2.33

Sugillatis medetur rhodopharmacum. 2.33

Syrupus Roſ. varius. 2.28

Syruporum vſitatorum, etiam acidorum communium, dulcedinem accuſare ſolent febrientes. 2.26

T.

TAbulæ Roſ. 2.31

Tarantularum ictibus occurrit ictisque ſuccurrit Roſa. 2.33

Teneſmo laborantibus auxiliantur roſacea. 2.33
Tertiana febris roſaceis pellitur medicamentis. 2.33
Teſtibus vtiliter accommodantur rhodopharmaca. 2.33
Theologus variis parœmiis confertur cum Roſa. 1.7
Tinctura roſarum. 2.26
Tinctura Roſ. an vtilis febricitantibus? 2.26. & 2.33
Trochiſci roſacei. 2.31
Turcæ Roſas religioſè honorant. 1.2.m.
Turcæ Mahometis è ſudore natam Roſam fabulantur. 1.2.m.
Tuſſis elegantiſſima & efficaciſſima remedia roſacea. 2.33

V.

VArietas alimentorum varietatem peperit & morborum & medicamentorum. in Prælud. & 2.33
Variolis & morbillis medentur rhodopharmaca. 2.33
Venenis acerrimis, vt Arſen. Auripig. Merc. ſublim. feliciſſimè atque efficaciſſimè occurrunt rhodopharmaca. 2.33
Venenis repugnat Cyperus odoratus Bezoarticus. 2.33
Venerea lues rhodopharmacis impugnatur. 2.33
Venetiis Roſa precioſior eſt binis margaritis Milij Solis magnitudine. 2.6.f.

Ven-

Ventriculi inflammatio roſaceis extinguitur pharmacis. 2.33
Ventriculum roborant & vomitum ſiſtunt rhodopharmaca. 2.33.
Verbum DEI ab Oriente ad Meridiem, à Meridie ad Septentrionem, à Septentrione ad Occidentem progreſſum, tandem iterum in Orientem æternâ manſione migrabit. 1.6.m.
Verbum Domini comparatur cum roſa. 1.6
Vermes enecant & expellunt roſacea med. 2.33
Vertiginis curatio rhodopharmaceutica. 2.33
Vigiliæ rhodopharmacis ſe dedunt. 2.33
Vinum roſaceum. 2.25.& 2.27
Virtus mater nobilitatis. 1.14.m.
Virtutis & Doctrinæ nullum hodiè vel pretium vel præmium. 1.13.m.
Viriſſa ſeu virgo cum roſis confertur. 1.12
Viſus incommoda varia rhodopharmacis auertuntur. 2.33
Vitæ & mortis veras cauſas Phyſicas nouâ ſententiâ dilucidat autor. 2.33
Viuentium vnicuique neceſſarium eſt lumen ſeu calor ſpirituoſus, liquor ſeu humor, & ſtamen ſeu mediocriter ſolidum ellychnium. 2.33
Vrbano Roſenberg dicata parentatio. 1.14.f.
Vrſinorum Romanorum inſignia roſâ clarent. 1.3.p.
Vrſinorum Romanorum familiæ origo, progreſſus, & propagatio. 1.3.p.
Vrſini Aſcaniis, Roſenbergij Vrſinis oriundi. 1.3.p.
Vrſini in Italia, Bernburgij priùs in Germania dicti. 1.3.m.
Vrſini

Vrſini Romani in Germaniam reduces Roſenber-
gij vocati. 1.3.m

Vngues roſarum. 2.8.m.& 2.33

Vteri præfocatio roſacea nonnunquam requiri
pharmaca. 2.33

Vteri prolapſum roſacea corrigunt medicamina
2.33

Vulnera & vlcera rhodopharmacis ſanantur. 2.33

FINIS.

IN NOMINE IESV.

PRÆLVDIVM IN RHODOLOGIAM.

FLORUM princeps, generoſa Roſa (ſic à ſubtiliſſimo Naturæ Secretario, Iulio Cæſare Scaligero, ſanioris ſcientiæ aligero, nominata) inter alias, quas DEVS OPT. MAX. omnium rerum conditor pro ſumma ſua potentia, ſapientia, ac bonitate Microcoſmi gratia in Macrocoſmo fabricavit creaturas, Medico uſui deſtinatas, excellere unanimi omnium excellentiorum tum Philoſophorum tum Philiatrorum conſenſu videtur. Nullum namque ſimplex vel vernaculum nobiſque conterraneum vel exoticum & peregrinum, quod in Medicina magis neceſſarium, magis vtile, magis iucundum. Nullum metallum, planta nulla, nullum animal, è quo tot & tanta, quot & quanta è Roſa, medicamina, tum interna tum externa conficiantur; vt meo quidem iudicio Pharmacopæorum Panacæa merito dici queat. Omnes amœniores horti roſetis ornati, reſperſa roſis ſcrinia, conclauia ijſdem decorata, tabulata roſaceis referta medicamentis. Et ſanè ſi quæ Pharmaceuticis in officinis vel præſcribi, vel diſpenſari, vel diuendi videntur, tertium ferè quodque roſaceum, id eſt, è roſa vel omnino vel ex parte conſtitutum obſeruatur. Imò poſſet integra ferè ad omnis generis morbos accommodata Pharmacopæia inſtrui & inſtitui, & ſolis è Roſa paratis artificiosè pharmacis, tam Galenicis quàm Hermeticis (deſtillatis ſcilicet aqua, ſpiritu, oleo, ſale, aceto, tinctura, ſucco, infuſo, Iulepo, ſyrupis varijs & ſpeciebus, electuariis, conſeruis, extractis, pilulis, tragæis, tabulis, rotulis, oleis, vnguentis, ceratis, empla-

ſtris, balſamis, &c.) adornata Rhodopharmacopœ nominari. Tam latè extendunt ſeſe multipotentis R ſæ facultates. Ne prolixius de eximio & frequentiſſim eius in Arte non ſolùm Spagyrica, ſed & Magirica ſi coquinaria vſu diſſeram; delicatum quodpiam deſid tas edulium, ſuaue pulmentum? inditâ aquâ roſace voto tuo ſatisfaciet coquus. Appetis emulſiones vu garibus excellentiores? Aquam addet iſte roſaceam Regias requiris paſtas omnium gratiſſimas? roſacei l quoris non obliuiſcetur. Aquam deguſtas perlaru cordialem ſeu lac margaritarum? Roſeo rori tum fr grantiam tum virtutis adſcribes præſtantiam. Alia pr pinantur corroborantia? Roſeum vel liquorem vel ſp ritum vel oleum vel iulapium iis admixta percipie Subitò delinquentes animo reficiendi, collapſæque v res reſtaurandæ? Lympha producetur roſacea vel vu tui aſpergenda, vel pectori imponenda, vel artuum a teriis applicanda. Certo certius eſt, optimum maxim Roſæ præ reliquis omnibus ſimplicibus vſum eſſe conficiendis tum alimentis tum medicamentis nobili ſimis. Quibus motus animum meum (aliâs diſcen potius quam docẽdi cupidum, omnis certè inanis gl riolæ lucellique cupiditatis expertem) appuli ad deſc bendum pro ingenioli tenuitate nobiliſſimum flore plantariam illam Panacæam; cuius vſus quotidianu maximè neceſſarius, vtilis, & iucundus (colore, odo ſapore, virtute) ſummam apud mortales & gratiam gloriam promeruit: præſertim cùm viribus precioſiſ ma exiguo tamen precio comparari poſſit ac ſoleat. E enim vernacula nobis, conterranea ſeu ſympatrio princeps licet planta, non ſolis tamẽ principibus & m gnatibus, ſed & infimis ruſticellis nata & nota, tan etiam magis grata eſt: nec proindè minori in exiſtim tione habenda. Nã hic reprobãda potiùs quã approb da futilis illorũ opinio, opinione obdurata cõſuetud quâ neglectis reiectiſq; iis, q̃ natura alma mater nob in patria monſtrauit, donauit, cõmendauit, medicam tis ſimplicibus, præ pedibus noſtris excreſcentib. &

floreſce

ioreſcentibus, ad exotica, quandoque etiam exitioſa,
ẽu ſacerrimam quandam anchoram vnicè cõfugiunt:
.c ſi noſtratia mera eſſent zizania, oculis elegantia pa-
cendis tantùm & narib. fragrantiâ titillandis à rerum
mnium parente Deo & huius diſpenſatrice Natura,
quam iuſtiſſimam æquè ac ſapientiſſimam vbique vo-
at venerandus ſenex noſter Hippocrates) fruſtra data
ut alendis ſolùm vermibus, erucis, blattis, limacibus,
raneis nata? Nimirùm vt veſtimentis, ita & medica-
nentis raris, nouis & nothis; repudiatis notis, ſunt qui
gaudere ſolent: quemadmodum & ipſorum medicorũ
ouitate ac varietate plurimùm delectantur; neglectis
onnunquam odio & inuidia eruditiſſimis, electis cõ-
rà maleſano fauore, propr o verò plerumque damno,
udibus, ſemidoctis ſemicoctis, impudentibus, impru-
lentibus medicaſtris. Perperam itaque faciunt, qui
ognitis & cognatis poſthabitis ſimplicibus, incogni-
a, incerta, barbara, precio ſæpenumero magis quàm
irtute precioſa ſuſpectaque omninò tantoperè com-
nendant. Quibus & vitæ & fortunarum aleâ incertâ
ubricâque conquirendis

Impiger ad Græcos, Mauros, Babylonas & Indos
Velis ac remis pharmacopola volat.

Quod temerè fieri Plinius (quamuis malè-informatus
tque parùm-ſanus aliquandò rerum medicarum æſti-
nator) etiam Medicis obiicit; dum inquit *lib.* 22.*c.*24.
Nos nec Indicarum Arabicarumque mercium aut ex-
remi orbis medicinas attingimus. Non placent reme-
ia tam longè naſcentia: non nobis gignuntur, imo ne
llis quidem, alioqui non venderent. Quanquam ille
ffectibus correptus arbiter immaturum & iniquum
ideatur tuliſſe iudicium, dum exotica omnia omnia-
ue compoſita & ipſam medendi artem reiicere con-
endit. Sed (vt ipſum & ipſius aſſeclam Antonium Mi-
aldũ in Alexicepi ſui præfatione ex Theoderi Zvvin-
eri & Colladonis latâ ſententiâ condemnatum potiùs
uàm commendatum omnium iudicio ſapientum ſi-
tam) Plinius cum ex libris & Commentariis veterum

medicamenta varia in opus ſuum Hiſtoriarum (fab-
larum nonnuſpiam farraginem) naturalium conge-
ſſet, eaque infallibilia & nunquam variabilia crede-
(quod idem tyrannibus, audaculis, empiricis, & a-
contingit, vt quemuis oblatum ſibi morbum facilè
leuiculis floſculis abſterſuros ſe confidant) medi-
damnare fuit auſus *lib.* 24. *c.* 1. quod compoſitis me-
camentis vterentur, cum ſimplicibus vti poſſent, qu-
que remedia ex vltimis Indiis petita abhiberent, c-
vulgatiſſimis æquè felici ſucceſſu vti poſſent. Sed c-
credulus hac in re diligentiſſimus aliâs naturalium
rum promus-condus, Plinius fuerit, cuiuis vel medi-
criter in arte verſato liquere poteſt. Non rem, ſed-
tem, ſe damnare regerit. At non videt, æquè minus a-
que arte rem, ac artem ſine re ſubſiſtere poſſe, nec
ſine arte certum aut verum vſum dari. Quod ſi Me-
cinam propter abuſus nonnullos damnat, damnet e-
vinum, quo plurimi ad ebrietatem abutuntur; dam-
Venerem, quâ tamen, licet aliquando non ſine præp-
ſtero vſu, genus humanum conſeruatur, propagat-
damnet cauſidicinam, Politiæ Medicinam. Plinio ce-
etiam indigna illa argumentatio. Si ad vſum quempi-
vel nobis vel Indis nata eſſent Indica ſimplicia, n-
venderent ea. Cancrina ſanè conſequentia. Imò n-
venderentur, nec emerentur inutilia. Triticum, vinu-
optima quamplurima alia alias mittimus ad gen-
Germani: an verò tanquam reiectanea atque infrugi-
ra vel nobis vel illis? Indicarum rerum vires nobis c-
gnitæ atque expetitæ Barbaros Indos ipſos vel late
vel parum afficiunt. Sed & Mauritanis, Americanis
liiſque diſconuenientia conuenientiſſima eſſe que-
Europæis. Diuerſis namque diuerſa ſæpè compet-
temperamentis medicamenta. Minimè tantis tamq-
contumacibus affectibus tam frequenter ægrotant a-
tipodes illi. Simplici victus ratione contenti ſimpli-
bus, nec ita complicatis, pertentantur morbis. Ap-
nos verò varietas alimentorum varietatem peperit
morborum & medicamentorum. Aliâs omnibus

mn-

nia,ſed non omnimodè, ſua quodque cuiq; ratione, ommodare valent & incommodare. Verùm quemadodum non omne fert omnia tempus,ita etiam non onis fert omnia tellus. A benigniſſimo ſapientiſſimoıe creatore mirè diſtributa ſparſimque conceſſa doı ſunt mortalibus longè lateque diſſitis, vt arctioriıs amicitiæ vinculis, commerciis, ſibi inuicem dencirentur,& humanam exercerent charitatem, vnius xleſtis Patris filii, conciues in vnâ vniuerſali Repub. am miſelli illi quid agant indigenæ, qui ſterilibus, peris,& incultis locis, deſertis,montoſis iugis aciuεribus quum habitent, domeſtica non inueniunt, ſi ec peregrina recipiant medicamenta? quid agant,vbi auiſſimis afflicti morbis vel purgantibus vel ſudoferis vel corroborantibus efficacioribus opus habuent remediis, nuſquam in patria viſis? Anne cunctipontem triuialibus ex oleribus conſtituent panacæam? tio qualiacunque nonnullos confingere ſuccedanea, d ea, vt verum fatear,partim aliena & inepta, partim nperfecta atque inſufficientia, partim æquè difficilè ε ea,quibus ſubſtituuntur, comparanda. Quale verò gumentum illud eſt, quo *lib.* 22. *c.*24. cuncta mediorum reiicit empiaſtra, malagmata, cerata, collyria, ntidota; quòd Natura ſimplicia omnia crearit? Anon pari ratione Spagiricam, Magiricam, & pleraſque ias Mechanicas artes tollet? Cæterùm quia Mediciam nunquam exercuit Plinius; iccirco vim illius inorauit,nec conſiderauit, compoſito morbo compotum medicamentum, ſimplici ſimplex, extremo exemum eſſe opponendum. Adde quod Plinii libri cum on tàm Philoſophici, acroamatici & Medici, quàm hilologici, exoterici & Hiſtorici, vanas narrationes liquando potiùs quàm veras rationes, caſus quàm auſas, nobis exhibeant, pluribus nonnunquam menis quam medicamentis referti, non etiam adeò ſint uthentici, vt à Plinianis quibuſdam mancipiis habenır. Nihilominùs, (vt,quod res eſt, edicam, & vt acueatas nimis vtriuſque Theodori, Zvvingeri quidem in

Theatro, Colladonis verò in animaduerſionibus, lat
de Plinio ſententias cæteris huius magni viri meriti
permotus æquanimitatis limâ pauliſper obtundam
exæquem, cumque Plinium ferum abuſum modò, m
himè verum vſum Medicinæ, medicaſtros empirico
haud medicos Dogmaticos, triuiales clinicos, hau
Naturæ conſultos perſtringere videam, eundem etiam
aliorum authorum conſenſu muniam,) multò tutiu
fuerit, veluti ſcripſit ad Antigonum Regem Diocle
Caryſtius, medicus ab Hippocrate fama & ætate ſecū
dus, à Galeno tantopere commendatus, iis vti, quibu
delinqui facilè non poteſt: è quorum claſſe cumprimi
innocentiſſima Roſa. Quare nec peregrinis & ince
tis ita ſubſcribamus, vt certa & probata proſcribamu
Fallax eſt medicus, inquit Arnoldus Villanouanu
aut ignarus, qui quærit inuſitata & rara, cum poſſi
communibus ſubuenire languenti. Cui adſtipulatu
alterDioſcorides, Andreas Matthiolus, fideliſſimè mo
nens, hoc æuo ſyncera haud facilè inueniri medicam
na, quæ ex Barbaria & omnium maximè ex Alexandr
& Syria ad nos conuehuntur. Siquidem cùm omn
per Mauritanorum, Turcarum, Iudæorumque manu
tranſeant, qui nobis Chriſticolis dolos perpetuò frau
deſque moliuntur, Deo (velut Indi deaſtro ſuo Vizl
puzli) gratiſſimum ſacrificium facere ſibi perſuadent,
nos quacunque tandem & vel ſubtiliſſima ratione fa
lere, inficere, interficere poſſint. Vt ob id ineptè qu
dam peregrina pharmaca cum barbaris nomenclatu
ris ſuis tantis extollant elogiis, vernaculis inſuper a
que auitis hortorum noſtrorum omninò præferan
remediis, cum tamen illa ſæpiùs obſoleta, putrid
arida, à muribus, araneis, vermiculis, tineis, muſc
vitiata, marcore ſituque corrupta, vetuſtate & longa
ua repoſitione exſucca, corrugata, flaccida, eneru
ta, reuera nonnunquam expiatione magis ind
geant, quàm vt corpora rite expiare ſeu purgare
pſa queant. Verùm enimuerò mediâ hic proc

de

endum viâ & nec iis, qui ſolis nec iis qui nullis exoticis vtendum cenſent pharmacis, applaudendum. Vtraq; tum conterranea tum exotica à benigniſſimo DEO propriam ad gloriam, hominis verò vtilitatem creata. Sicubi tamen nobiſcum ſata & nata nobis obuiam veniant ac pro voto noſtro ſatisfacere valeant, cur aliena magno nec neceſſario precio & diſpendio conquiramus? præſertim cùm illa nobis ſint familiariora & conuenientiora. Vt quid opus habeam Rhabarbaro vel Diagridio, vbi Syrupus roſaceus ſolutiuus ſimplex ſit ſufficiens? Quid accerſam nondum plenè cognitum vtrumque Been, anacardia, & Vnicornu nonnunquam fictitium, nonnunquam factitium, vbi vel familiariſſima roſarum conſerua vel aqua roſarum perlata ſatis ſuperque corroboret? Quid conquiram auſterum draconis ſanguinem, vel ex Indiis petita ſtyptica, vbi ſolus rubearum roſarum puluis ſatis adſtringat. Atque ob hanc ipſam conſiderationem omninò etiam ſtatuo, tamdiu à mineralibus & metallicis remediis violentioribus (ſuum alias in Medicina locum obtinentibus, ceu extremis remediis in extremis affectibus) nobis abſtinendum eſſe, quamdiu lenibus, & innoxiis è claſſe vel animalium vel plantarum blandiorum petitis ſimplicibus ſcopo & intentioni ſatisfieri poſſit. Infinita fœdis è quorundam vagabundorum ciniflonum fornacibus excreta medicamina, ſubtiliſſimis colorata fucis denſiſque prætextuum & promiſſionum inuolucris palliata, paſſim hodiè circumferuntur à circumforaneis non ſolùm, ſed & aliis neſcio quibus medicaſtris clinicis, qui ſolius quæſtus gratia certiſſima quæque remedia incertiſſimis atque obſcuriſſimis ſuis, ſed creberrimo nouellorum titulorum ornatu prælustriſſimis ſecretis poſtponere & obſcurare conantur, vt ita credulis neſcio quibus nouitatis amaſiis illudant, nummos emungant, famam ex fumo captent, in elementũ ſuum mox reſoluendã.

Arcana iam ſua quiſque iactat vnicè, crepat experimenta, commendat artificia, extollit miracula: nec ſola hodie ſimplicia, ſed compoſitorum componuntur cõpoſita, nataque natorum & quę naſcuntur ab illis pharmaca. Corrumpuntur ſæpè ſimplicia naturâ ſuâ bona, pſeudo-Chymicorum verò tortorum ac tyrannorum violentis machinationibus imminuta, deprauata, macerata, eò reducuntur, vt quæ mitiſſima prius eſſent ſimplicia, duriſſima inferant ſupplicia. Sacroſancta reputantur Cabaliſtarum neſcio quorum (merito gabaliſtarum) incantamenta, ſoli mundano deaſtro, Denario, dicata. Sic callidi diteſcunt deceptores, creduli ſtabeſcunt nouellarum inſaniarum ſuſceptores, buccinatores, decantatores. Quilibet hodiè non dicam deſtillator ſed lutoſus & cubito emungens ſe furnarius eminentiam in Chymicis iactat exercitiis & experimentis, vix carbones accendere vel vitra confringere doctus, at ſolidorum Artis fundamentorum prorſus ignarus, de manuariis gloriatur operis & operibus; clariſſimis ſeſe longè præfert Naturæ-conſultis, ſapientiſſimis inſultat dictatoribus, ac ſi potiores ſint lutationes ſordideque coctiones præſtantiſſimis conſiliis, ac ſi cœmentarius haberet, quod architecto, apparitor quod conſuli, iure obiiceret. Non in medicamentorum vel copia vel violentia, ſed Medicorum ſapientia & dexteritate verum conſiſtit medendi artificium. Non inſtrumento, non malleo, ſed architecto laudabilis adſcribenda fabricæ ratio. Non latent remedia, ſi non latent morbi vel affecta membra. Non in machæræ magnitudine, ſed manus firmitate, non enſis, ſed mentis acie vera fortitudo reſidet; non in medicamenti robore, ſed medici virtute felix ſucceſſus conquieſcit. Non vnus vnius eſt remedii vſus. Vnum idemque varij variè tractant & accommodant pharmacum. Sunt heroes, ſunt tyrones medici. Poterat fortiſſimus heros, Scanderbegus, Turcarum terror, Chriſtianorum amor, prægrandi ac ponderoſo acinace ſuo (quem aduenis in θαυματοταμείῳ monſtrant Veneti) medios Turcas proſcindere, tranſ-

tranſuerſos diuidere, & ſæpe per ceruices integros cum humeris artus detruncare, ſingula taurorum colla vno ictu præſecare: Mahometes, Turcarum princeps & ipſe robuſtus ſatis de immanis violentiæ acinace Scanderbegiano multa audiens, quem videre percuperet, præſtita cautione à Scanderbego Conſtantinopolim tranſmiſſum accipiens eodem vix medium tauri collum omni conamine penetrare valuit, eò quod acinacem quidem non etiam brachium Scanderbegi haberet, ſicut ab hoc ipſo de ſuppoſititio ad terrorẽ acinace, dolo, ac deludendi arte, ſuſpicans fuit admonitus, re ipſa quoque certior factus. Multum intereſt, quâ mente, qua manu quid ſuſcipiatur. Validiſſimis ſæpè quis exiguum remediis haud expugnet morbum, quem alius vel leni perſanet euincatque roſella: certus cui, quantum, quomodo conueniat. Non in acerrimis omnis quærenda ſpiritibus, præſertim inconſideratè propinatis efficacia feliciorué ſucceſſus. Quàm facilè morbum tam facilè nonnunquam & nobile membrum in perniciem aggredi ſolent, niſi ſumma perſpicacia ſint tum præparata tum exhibita. Si meri ſpiritus eſſemus, meris ſpiritibus frueremur. Tantò magis tuta ſunt remedia, quantò magis naturæ noſtræ familiaria. Poſſunt autem & ſolent minus familiaria, imò per ſe damnoſa, diuinò nobiliſſimæ Chymiatriæ beneficio tum familiariſſima tum fructuoſiſſima reddi, modò verus obſeruetur vſus, feruſque videtur abuſus.

RHODOLOGIÆ
PARS I. PHILOLOGICA.
Varia continens Roſæ encomia &c.

CAPVT I.

CVM ſimplicia, vt modò in Præloquio declaratum, ab omni antiquitate maximè ſint celebrata in medendi arte, vtpote quibus potiſſimum tutò, tum & pro neceſſitate citò atq; iucundè multorum magnorumque morborum cura perfici poſſit ac ſoleat; eadem etiam tanquam naturæ noſtræ familiaria cumprimis in Medicina noſtra commendata habeamus: & plantarum reginæ, Roſæ, beneficentiſſimæ fauiſſæ, ſuauiſſimæ ſenſuum amaſiæ Botanologicam hiſtoriam tum Philoſophicè tum Philiatricè nunc pro tenuitate deſcribamus; facto exordio ab illius encomio, quo eam antiqui pariter ac neoterici Iatro-Philoſophi ad ſupremum vſque cœlum extulerunt. Equidem cum generoſa Roſa raro floris ac odoris priuilegio nobilitata ſummum hortorum noſtrorum ornamentum ſit & habeatur, non mirum eſt, venerandam antiquitatem eam adeò celebraſſe, vt Anacreon Poëta vetuſtiſſimus ſequentem in modum ipſam decantare auſus, imò coactus fuerit:

Roſa beneficentiſſima fauiſſa.

Anacreontis encomiaſticum de Roſa carmen.

Roſa flos odorque Diuûm,
Hominum roſa eſt voluptas,
Decus illa gratiarum,
Florente amoris horâ
Roſa ſuauium Diones.
Quid plura? nonne multis
Medicina certa morbis?

Huius

Huius ſenecta ſuauem
Seruat iuuentæ odorem.

Quos verſus Henricus Stephanus eleganter ita œcinit:

Roſa honor decuſque florum:
Roſa cura amorq; veris:
Roſa cœlitum eſt voluptas &c.

Scite igitur & appoſitè apud Achillem Statium lib. de Leucippæ & Clitophontis amoribus ſtatuitur, ſi Iupiter floribus Regem imponere vellet, Roſam inter flores regnum obtenturam: cum hæc oculis, naribus & palato, imò & cordi & capiti acceptiſſima ſuauiſſima ſpirituum fauiſſa, ſenſuum amaſia, verè ſit & habeatur florum regina, tinctura Veneris, lampas amoris, ornamentum terræ, plantarum decus, oculus Floræ, prati rubor, horti gloria, terræ riſus, pulchritudo coruſcans, rutila viridantibus in paradyſis ſtella, floridus Pyropus, carbunculus Paradyſiacus, verus Phœnix, Naturæ vexillum, pompa, triumphus, amor & delitiæ mortalium. *Roſa Regina florum, terræ ornamētum, Naturæ vexillum, &c.*

Hinc Æmilius Macer de materia medica lib. 1. cap. 27. Roſas aureolas vocat, & antecedente cap. 26. ita canit: *Roſa aureola.*

Dici flos florum nobis Roſa iure videtur. *Flos florum.*

Et alius quidam:

Dici iure ſolet Roſa florum gloria prima.

Et Iulius Cæſar Scaliger *libro* 2. de Plantı Florum, inquit, Roſa princeps eſt. Quod etiam habet exerc. 125. ſ. 13. Item exerc. 287. Roſa tum precioſior tum elaborατιor, quam quæuis gemma. Et exerc. 141. ſ. 4. Roſæ fragrantia omnium iucundiſſima. Nec fragrantiâ ſolùm, ſed & elegantiâ atque virium excellentiâ celebratæ Roſæ. Candore nitent, rubore rutilant, odore & ſapore recreant, virtute reficiunt. Quare ſi quis omnibus laudibus ſit dignus, roſa nuncupatur. Vndè Sanctus Hieronymus *lib.* 2. *Epiſt.* 15. de puella laudatiſſimâ ſcribens, Vniuerſa, inquit, propinuitas roſam ex ſe natam gaudeat. *Florum princeps.*

Et

S. Maria. Roſa.

Et beatiſſima ſanctiſſimi IESV genitrix, Virgo Maria roſa metaphoricè & myſticè nominatur à Theologis. Hinc S. Bernhardus. Maria eſt Viola humilitatis, Lilium caſtitatis, Roſa charitatis. Quibus ac ſimilibus encomiis fortaſsè motus excellentiſſimus Medicus Auguſtanus, Raymundus Mindererus, Roſam & verè deperire & ferè adorare videtur in Aloedario ſuo Marocoſtino, ſequente alloquio. Tu terræ ornamentum plantarumque decus, florum ocellę, horti rubor & amænitas, pulchritudo coruſcans & formoſis foliis comata nobilibuſque frondibus luxurians Roſa, Rhodopharmacis admixta noſtris, vires tuas exere. Tu purgantia rectificabis, aliorum calorem minues ac temperabis: tu ſanguinem, aduſtos humores elidens, depurabis; tu viſcera præcalida ad commoderationem reduces: tu ea flaccida firmabis, humores naturales conſeruabis, præternaturales & peccãtes expurgabis, medios ſeu neutrales emendabis, vniuerſos putreſieri ac corrumpi prohibebis: tu nauſeam fugabis fluctitantemq; ac in ventriculum regurgitantem bilem abiges: tu cordi robur afflabis eaque omnia præſtabis, quæ de tuis donis à ſummo creatore tuo tibi conceſſis omnis ætas experimentorum copiâ ducta huc vſque præſumpſit. Non eſſet, inquit idem Mindererus, vel lux vel luxus apothecis, ſi Roſa pharmacopæis deſideraretur. Quapropter tot tantiſque diuinæ Roſæ donis ac meritis moti Philologi infinitis eam ferè deſcripſerunt elogiis, vt operæ pretium me facturum exiſtimem, ſi vel ea, quę ab elegantia, fragrantia & ſuauitate petita potiſſimum Roſæ tribuerunt epitheta Poetæ, coronidis & auctarij loco hic recenſeam. Dicitur autem Roſa roſida & roſcida, aureola, flammeola, pulcra, paradyſiaca, amæna, formoſa, iucunda, amabilis, Elyſia, luteola, florens, florida, fulgens, fulgida, lepida, picta, odorata, verna, tenuis, ſubtilis, mollis, fragilis, humens, punicea, micans, rorans, rorida, virens, candida, candidula, rubella, purpurea, incarnata, auricoma, mollicula, tenella, ſuaueolens, munda, hyblea, ſpargens purpureum colorem,

Epitheta Roſæ à Poetis tributa.

ſpirans

ſpirans ſuauem odorem, ſpinoſa, quæ primos moritur ad Auſtros, ſæpè manè viget; marcida nocte cadit, oblectans, delectans, alliciens, placens mille modis, florum gloria prima, lutea purpurei reparans crementa quotannis vbertim floris, tantum qui protinus omnes herbarum viciſſe comas virtute & odore dicitur, vt meritò florum flos eſſe feratur, quam vernus aër parturit, explicans decus ſuum manè rigata auroræ rore, quæ fulget amicta natiuis comis, quæ ſplendidos floret ad radios ſolis & moriens flectit caput ſole cadente, quæ manè viget alta lenibus pruinis, & vix primo veſpere arida cadit, cui color eſt nullâ vnitabilis arte, quæ ſpeciem perdidit in medio æſtu, quæ aduſta medio Solis calore pendula deciduo flore ponit comas, quam tempore verno vna dies naſci vidit & vna mori.

CAPVT II.

AB Ethnicis olim, variarum plus quam Poëticarum ſuperſtitionum authoribus dignæ habitæ erant roſæ, quæ Auroræ dicarentur. Vnde apud Ouid. 2. Metamorph. legitur, *Roſa Auroræ dicata.*

---ecce vigil nitido patefecit ab Ortu
Purpureas aurora faces & plena roſarum
Atria.

Imò etiam Veneri, vel potius Cupidini, ſacrata fuit Roſa. Hunc namq; tota facie repræſentare videtur, quemadmodum ſcripſit Philoſtratus. Etenim Roſa recens ex iuuenis apparet in ſuo roſario; nec non blanda vt Cupido: aureis præterea comata eſt capillis, vt ille: ſpinas pro telis ſeu iaculis geſtans, pro facibus fulgorem, pro alis folia, breuiſſimæ vt ipſe Cupido durationis: addo, ſicuti roſam abſque læſione pauciſſimi aſſequuntur, ita Cupidine abſque corporis vel animi vel fortunarum læſione & iacturâ pauciſſimi potiuntur. *Roſa Veneri & Cupidini conſecrata.*

Verùm Roſam Cupido Veneris filius, vt Poetæ fabulantur, Harpocrati, ſilentii Deo, digito labia compeſcenti, donauit.

Vndè

Sub roſa dictum, prouerbium vndè.

Vndè mos ille cumprimis Septentionalium, fluxiſſe videtur; vt in cœnaculis Roſa lacunaribus ſupra menſarum vertices affigatur, quo quiſque ſecreti tenax eſſet, nec facilè diuulgaret ea, quæ ſub roſa, id eſt, ſilentij fide dicta. Qua de re elegantiſſimus Poeta ſequentem in modum canit:

Eſt roſa flos Veneris, cuius quo furta laterent;
Harpocrati matris dona dicauit Amor.
Indè Roſam menſis hoſpes ſuſpendit amicis,
Conuiua vt ſub ea dicta tacenda ſciant.

Qui marmori inſculpti Verſus innuere videntur; Roſam Veneri cumprimis eſſe dicatam; id eſt, amorem vel amicam conuerſationem floridam ſemper requirere gratiam, quà dicta facta; ſyncerâ mente ſuſcipiantur, intimo cordis ſcrinio condita reſeruentur; nec vlli ſcrutinio proditoriè ſubiiciantur, exponantur: tam & roſeam deſiderare verecundiam, cuius intuitu ea tantum libeant, quæ liceant. Veneris autem ſeu furta, ſeu, vt alii leniùs quidem legunt, facta ſeu facinora, vno verbo ſecretiora amoris peccatilla, ne propalentur, filium Cupidinem, Voluptatis profeſſorem roſeis, id eſt; gratioſis Verecundiæ floſculis, ſilentio commendare. Morem hinc antiquum inualuiſſe, quo ſeruandi in ſecretis ſilentii ſymbolum, Roſa, conclauium lacunaribus apud Aquilonares vel inſculpitur vel appingitur, adſcriptis quandoque ſequentibus verbis. Vnder der Roſen. Indè tritum Germanorum prouerbium. Ich rede es vnder der Roſen: quod diuerſum tamen eſt ab illo Ciceroniano: in roſis dicere vel loqui. Sic enim illud potius exprimendum: ſub roſa dictum. Equidem priſcis illis temporibus frequentiſſimum roſarum vſum in conuiuiis & amoribus fuiſſe, vetereſque conuiuas ad ſympoſiorum finem ante digreſſum ſub roſâ tranſacta ſeſe velle omnia conteſtari ſolitos, legimus. Quem in ſenſum alii aliis vſi ſunt diuerbiis: quale iſtud etiam, odi memorem compotorem, id eſt,

Id eſt, conuiuam & combibonem, qui liberiùs dicta liberaliùs foras eliminat: item illud; menſæ fines ne tranſgrediantur diſcurſus. Cæterùm quòd roſam Veneris donum ſtatuunt, hàncque roſis coronatam introducunt Poëtæ, eo ipſo floridum ruborem ſeu roſeam verecundiam amores pariter ac amicos decere, innuunt. Vt ita etiam ſub Roſa dictum idem ſit, ac ſub roſeo verecundiæ ſigillo, ſub veniæ & honoris teſſera prolatum, actum. Venerem, etiam licitam, etiam liberam, verecundia decet. Quadrant huc Theo. Iouian. Pontan. in primo Eridani verſus.

Plectebat Cytheræ comas madidumq; capillum
Siccabat, Charites carmina lecta canunt.
Ad cantum Satyri properant, ad carmina Nymphæ,
Carmina de tacitis ſepibus hauſta bibunt.
Hinc aliquis petulans auſus prodire, Dionem
Intuitus, doctâ dum linit ora manu.
Erubuit pudibunda, roburque per ora cucurrit,
Occupat & teneras, purpura grata genas.
Mox interque roſas interque roſeta refugit;
Delitet & molles ſpirat ab ore crocos.
Dum ſpirat funditque crocos, dum purpura fulget,
Concipit afflatus Dædala terra Deæ.
Hinc & purpureum flores traxere colorem,
Quæque priùs candor purpura facta roſa eſt.
Has legite, his teneræ crines ornate puellæ,
Pæſtano niteat lucida rore coma.
Vere roſas, æſtate roſas diffundite Diuæ,
Spirent templa roſas, ipſæ & olete roſas.

Turcæ, vt refert Augerius Busbequius in itinere Conſtantinopolitano, Mahumeti ſuo roſam ceu ſingulariſſimum honorarium deferunt & roſarum folia humi iacere minimè patiuntur, quod, vt Veteres Roſam ex ſanguine Veneris, ſic iſti ex ſudore Mahumetis natam ſibi perſuaſerint. Itaque ſi fortè vel *Turcæ roſas honorant.*

Roſæ

Roſæ (vel etiam chartæ) folium repererint, erectum & oſculo exceptum ſæpius in rimam aliquam parietis poſitum obſtruunt & reſeruant. Quaſi verò flos tam fragrans ex tantâ tam ſordidi athei ſpurcitie demum ſuccreuiſſet, eum tamen roſa ſordidis plerisque etiam inſectis, cantharidibus, ſcarabeis, &c. aduerſari ſoleat, teſtibus Theophraſt. Plin. Scal. &c.

S. Dorothea roſas hyeme è Paradyſo tranſmiſit Theophilo.

Cæterùm illud è roſis paratum donum ſeu munus honorarium, quo S. Dorothea poſt exantlatum martyrium Theophilum dignata eſt indignum, mirabile pariter atque memorabile videtur. Dorothea namque virgo beatiſſima, vt refert Marulus, Cæſareæ, Cappadociæ oppido, pro Chriſti nomine à Fabricio præfecto, diu torta, cùm tandem ad capitale ſupplicium duceretur, gaudebat, quod ſe ad ſponſum ire diceret, cuius paradyſus omnium florum omniumque fructuum feracitate multò amœnius quam dici poſſit, vernet, ſuauius fragret, copioſius exuberet. Tunc Theophilus ſcriba ioco illam rogauit, vt cum eò perueniſſet, indè ſibi roſas aliquot mittendas curaret. Cui ipſa: ne quid, inquit, impoſſibile eſſe credentibus credas, quod petis, efficiam. Poſtquam ergò decollata fuit, Theophilo in curia verſanti puer cum ciſtula recentium roſarum plena apparuit, & quidem brumæ tempore, quo nihil florere ſolet, eaſque ipſi à Dorothea de ſponſi ſui paradyſo miſſas dixit. & cùm obtuliſſet, ex oculis euanuit. Videns ergo ille ſeriò factum, quod ioco popoſcerat, quia fieri non poſſe credebat, & altiùs rem ſecum conſiderans Chriſtianus ſimul & martyr factus eſt: poſt roſas fructum quoque veræ perfectæque beatitudinis percepturus.

Roſa munus honorarium principale.

Solet inſuper & roſa principes apud viros & magnates cedere in munus honorarium. Sic Pontifex Romanus, vt notat Theod. Zvvingerus in Theatro vitæ humanæ è libro ceremoniarum, ſingulis annis Dominicâ quartâ Quadrageſimæ, Lætare Hieruſalem, roſam auream, pretioſis odoribus delibutam, inter Miſſæ ſolemnia conſecrat eamque ſacro peracto principi alicui

Chri-

Chriſtiano aut præſenti offert aut abſenti mittit honoris ergò, vt cùm nihil roſâ quidem magis ſit caducum, præſentis vitæ fragilitas agnoſcatur, cumque nihil ſuauius, immortalis ſuauitatis (cuius etiam ſymbolum in hoc Mundo aurum eſt, metallum æternitatis cuiuſdam atque incorruptibilitatis particeps) deſiderium accendatur & confirmetur.

Guilielmus Scotorum Rex legatos ad Pontificem Romanum, Alexandrum III. cui nomine ſuo obedientiam declararent, Romam miſit. Alexander viciſſim roſam auream balſamo oppletam, indicium ſingularis aduerſus Regem charitatis, per eoſdem dono miſit, priuilegii inſuper compluribus donauit, teſte Hectore Boethio *lib.*13.

Eberhardus primus Dux Würtembergicus Aurei velleris Eques, à Sixto Quarto Pontifice Maximo aureâ Roſâ Romæ donatus eſt Anno 1482. Leo X. Fridericum Saxoniæ Ducem initio reformationis à Luthero in Germania inſtitutæ, aureâ roſâ donauit Anno 1518. Et poſtea ann. 1524. Alexander VI. Henrico IIX. Angliæ Regem, qui contrà Lutherum ſcripſerat. Sleid. *lib.* 1. *&* 4.

CAPVT III.

IMperatores Romani pij, felices, inclyti, victores ac triumphatores ſemper Auguſti, plurimorum illuſtrium generoſorum, ac nobilium virorum inſignia Roſis olim decorarunt, quibus etiamnum gaudent antiquiſſimæ familiæ. Nec immeritò:

Imperatoriis priuilegiis inſignita roſis inſignia.

Namque Roſâ roſeorum armata inſignia fulgent, tum propter floris nobilitatem, tum quòd illa olim vel nobilis cuiuſdam virtutis & victoriæ vel notabilis lætitiæ ſignum fuerit, vt colligitur ex Plinii *lib.*21.*c.*3. vbi refert, L. Fuluium argentarium bello Punico ſecundo, quod funeſto eo tempore ex pergula ſua roſis coronatus in forum proſpexiſſet (vndè cæteris mœrentibus ſolus lætari videbatur) in carcerem tamdiu coniectum fuiſſe, donec bellum finiretur. Atque vt quorundam

ſaltem illuſtrium & nobilium Germaniæ noſtræ familiarum inſignia, clementiſſimis à Cæſaribus ipſis conceſſa commemorem (obliuioni tradito Achillis ſcuto quod, (vt & caſſides Hectoris & Æneæ, roſis inſignitum fuiſſe legitur) inſignia illuſtriſſimorum Saxoniæ tum Electorum tum reliquorum Ducum celſiſſimorum continent roſam rubram in area candida.

Inſignia ducum Saxoniæ.

Roſam etiam inſignia Brandeburgica recipiunt.

Ducum Brandeburgenſium.

In Anglia duæ celebrãtur familiæ ab ipſa Regia proſapia deductæ: alteram roſam rubram, roſam albam alterã nuncupant. De quibus Polydorus *lib.* 16. his verbis. Henricus tertius Anglorum Rex genuit ex Aleonora filios mares, Edouardum Valliæ principem, qui in eius locum ſucceſſit, & Edmundum, comitem Lancaſtrium. Extiterunt longo poſt tempore, qui tradiderunt, hunc Edmundum fuiſſe maiorem natu Henrici Regis filium, ſed quia deformis eſſet, idcirco Edouardum Regnum obtinuiſſe. Hinc poſteà duæ nobiliſſimæ familiæ ortum habuerunt; quarum vulgus etiam nunc alteram roſam rubram, alteram albam appellant quod roſa alba vnius, & rubra alterius inſigne ſit familiæ. Atque iſta commentati ſunt, quo Henricum IV. iure Regnum repetiuiſſe probarent, qui ad Edmundum genus ſuum referebat.

Regiarum in Anglia familiarum.

Inſignia Ducum Pomeraniæ complectuntur roſam rubram in area citrina.

Ducum Pomeraniæ.

Inſignia Principum à Roſenberg roſam rubeam comâ citrinâ viridantibus foliolis è coronâ aureâ efflorеſcentem fouent. Nam & Vrſinorum (liceat hîc mihi non infrugifera digreſſione in ampliſſimum omnium antiquiſſimæ & nobiliſſimæ familiæ theatrum expatiari) Romanorum, à quibus prædicti Principes, olim Dynaſtarum titulo celebres, originem traxerunt, inſignia Roſam complectuntur; ac ſi à roſis Roſini, vt ab Vrſis Vrſini dicti ſint: poſteaquam nimirùm anno Saluatoris DLXXXVIII. à S. P. Q. R. vt Volaterranus memorat, vel, vt alii malunt, anno DCXLII. ab Imperatore Conſtante iuniore roſa eorum ornata eſſent inſignia, quo-

Vrſinorum & Roſenſiũ inſignia.

rum

um roſea viderentur ingenia, gratioſiqueſloridarum irtutum fructus. Quanquam Ioannes Annius Viterienſis in Commentariis ſuis in fragmenta M. Catonis e originibus cum pleriſq; omnibus aliis autorib. non m Roſinorum quam Vrſorum, Vrſinorum & Vrſentiorum illis attribuat nomen, & eos ſtatuat quidem anquiſſimos eſſe Tuſcanienſes ſeu vici Tuſci colonos, eſt, in vico Tuſco Romæ Vrſinam familiam conſeiſſe, atq; adeò nullam primæ, in Germania potiùs quã alia fundatæ, radicis & originis mentionem faciat. aphael Volaterranus *Com. Vrb. lib.* 22. (qui eſt Anthroologicus) ſecundum aliorum ſententiam ab eo Vrſo rſinorum repetit primordia, qui Maximum, tyrannũ nefarium Valentiani III. Imperatoris, licet etiã cruleliſſimi, trucidatorẽ, nimio zelo motus interfecit, an. hriſti 455. circiter: Sed & aliã præmittit Vrſinæ famiæ deductionem, Franciſci Petrarchæ communitam uthoritate; qui ex antiquiſſimo codice ſequentia rert. Anno DLXXX. Mauritio Imperatore, & Pelagio . ſedente, Longobardi ſub Autharo Flauio Rege Saurniam in Etruria poſt longam obſidionem diripue-; fruſtrà auxiliantibus Gabinio & Sorano & Roſcio nguillario, nobilibus tunc ducibus. Cumq; Romam inde obſidione cinxiſſent, Vrſinus & Primienius fraes) C. Vrſino geniti, qui Spoletũ tuebantur, cum exertu auxilio venerunt, potitique à S. P. Q. R. inſigniis, uæ nunc geſtant, pręterea ciuitate ſunt donati locumue in regione Arenulæ iuxta Tiberim ad habitandum onſecuti. His alii quinque fratres fuêre. Tarquinius, uintiolus, Sextinus, Carentius & Secundinus. Ex his indè deſcendêre Conſtantinus & Ramundus Vrſini: ui ſub Carolo Magno aduerſus Longobardos militaunt: præterea Pitilius, qui Pitilianum in Ethruria ondidit. Hæc ex Petrarcha Raphael. Certo quidem rtius eſt, multis ſeculis per Italiam Vrſinos claruiſſe que etiam hodierno die Romæ, Venetiis & aliis locis clareſcere. Nam vt paucorum ſaltem mentionem faã, præter anteà nominatos ipſe Pont. Max. Nicol. III.

ex hac Vrſinorum Roſigerorum prognatus eſt pro-
pia, Vrſinus compoſitus vulgo appellatus ob ſummam
modeſtiam: qui fratrum & agnatorum amantiſſimus
ann. 1277 Iordanum fratrem in purpuratorum patrum
collegium cooptauit. Propoſuerat, inquit Æneas Syl-
uius *lib.* 8. ſuper Decad. Blondi, hic Pontifex, Nicolaus
tertius, duos Reges, alterum in Hetruria, alterum in
Lombardia creare: vtrumque Vrſinum: qui indè Teu-
tonicos, hinc Gallos Siciliā tenentes cohiberent. Quid
dicam de amœniſſimis ac munitiſſimis locis, quorum
bellicoſiſſima gens illa olim tum circa Romam, tum in
ipſa vrbe Roma, non tyrannica inſeſſione, ſed iuſta poſ-
ſeſſione, domina fuit? de mente nimirum Iordano,
theatro Pompeiano, Marino, Antio, Nola, quam annis
circiter quadringentis Vrſini cum laude gubernarunt.
Bertholdum producam, Romandiolæ Comitem. Pro-
ducam Raynaldum, qui Florentinis ſuccurrens vel pro-
pria morte vitam amicorum & ſalutem promouere ſ..
tegit? Producam verè roſeum Vrſinum, Conſulem Ro-
manum, Anguillariæ Comitem, qui Franciſcum, Pe-
trarcham, florem illum Italiæ delibatum Suadæq; me-
dullam, in Capitolio laureâ Poëticâ redimiuit, anno
1342. Producam Ioannem, Petrum, Paulum, qui Picci-
ninum ducem fortiſſimum fortiſſimè profligauit? Pro-
ducam Ramundum, principem Tarentinum, cuius vi-
duam è Baltiana familia duxit Rex Ladislaus? Produ-
cam illius filium, Ioannem Antonium, Tarenti, Nolæ
& Aſculi principem, Alphonſo Regi amiciſſimum? Pro-
ducam Franciſcum Grauinæ ducem, intimum inclyto-
rum Venetorum amicum? Producam Paulum Iorda-
num Vrſinum, qui matrimonio Mediceam ſibi coniun-
xit, iam anteà Mediceis, florentiſſimis Florentinis, af-
finitate iunctus. Nam Laurentius de Medicis ex Cla-
ricea Vrſina ſuſtulit Petrum, qui Alfonſinam ex Vrſina
quoque familia vxorem habuit, & Ioannem, qui poſteà
Papa factus & Leo X. appellatus eſt, & Iulianum. Pro-
ducam Carolum magnanimum? Producam Fuluium
Vrſinum Romanum? quo

Admiran-

Admirando vix probior, vix doctior alter,
Vix ſenior domina vixit in vrbe viro:
dicio Cunradi Ritterſhuſii in Carmine de obitu Ful-
i Vrſini Romani, ad Marcum Volſerum Reip. Augu-
næ II. virum. Producam Alexandrum Vrſinum, il-
triſſimum Cardinalem, cuius roſeis elegantiis & e-
antiſſimis roſis magnoperè delectatur apiculis inſi-
itus ſummus Pontifex? Producam alios quamplu-
nos Vrſinos, omni dignitatis genere generiſque di-
itate præluſtriſſimos, è Pontificum, Cardinalium,
incipum, Comitum, equitum, Conſulum ordine? Ci-
s profectò ingentem librum quàm eorum numerum
mplerem, ſi, non dicam omnes, ſed vel præclariores
enſere conſtituerem.

Cæterum cum inter ſe diſceptent Genealogi: an ſci-
et Vrſini ab Aſcaniis primam duxerint originem? o-
æ pretium me facturum arbitror, ſi quid in hac con-
uerſia veriſimilius ſit, paucis attingam. Ita verò
od res eſt & ſentio & edico; tum ab Aſcaniis deſcen-
ntes Roſenbergios ab Vrſinis, tum Vrſinos ab Aſca-
s vt proueniſſe ita procul abſurdo deduci poſſe. Quę
paulò altius requirere videtur exordium.

An Vrſini & Roſenſes ab Aſcaniis originem traxerint?

Ab Aſcane ſeu Aſcaneze Iapheti (cui patrem Noam
uentibus benedixiſſe verbis legimus Geneſ. c. 9. v.
. Dilatet Deus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem
que Chanaan ſeruus eius) nepote Gomeri filio deno-
natam fuiſſe terram Aſcaniam, quæ ſuprà Phrygiam
Bithynia verſus Boſphorum Cimmerium, vt & in il-
pſa regione ſitum lacum Aſcanium, veriſſimum eſt.
ea igitur potiùs Aſcanius, Dux Troianus, Æneæ
Creuſa, Priami regis filia, filius, quam ab hoc illa, no-
n acceptauit. An autem hic ipſe Aſcanius, cuius
idem agnati ſucceſſores vſque ad Romulum & Re-
m atque adeò vſque ad principium vrbis Romæ im-
tarũt, Aſcaniæ familiæ in Germania, Vrſinæ in Italia,
mus author fuerit, fruſtrà quæritur. Neque enim
tam Aſcaniorum illorum genealogiam conſignauit
iſquam veterum Hiſtoricorum. Præterea in Numi-

Ab Aſcane Aſcanii.

 tore

tore ab Amulio depulſo primùm, tandem reſtituto, d
floruiſſe marcidam Æneadarum ſtirpem, conſtat,
Remum & Romulum translato regno: niſi fortè no
nulli ſeruati ſint obſcuriuſculè reuireſcentes ramu
Enimuerò ab Aſcanio, Iulo aliâs agnominato, Iulia
familiam ortam eſſe, certum eſt. Et Iulium Cæſare
ad Reges retuliſſe familiam ſuam, teſtis eſt Suet
nius. Oraculum item iam olim longæuam Ænead
rum prædixit ſtirpem apud Virgilium *libro primo Æ*
neid.

Hic domus Æneæ cunctis dominabitur oris,
Et nati natorum & qui naſcentur ab illis.

Veruntamen arbitror ego, Germanos Aſcanios qu
aliâs Aſcanes, Aſcenas, Tuiſcones & Teutones appe
lant, ab ipſo Aſcane vel Aſcania regione ab illis inh
bitata, & generis & nominis cepiſſe primordia. Na
vel ipſum Aſcenem, Aſceburgi conditorem, vel quo
dam eius poſteros ex Aſcania in Germaniam migra
ſe, veriſimile eſt. Et hinc ex Phrygia, Myſia, Bithyni
Aſcania, Cimbros, Caucones, Chaucos, Henetos, G
thos, progreſſos eſſe paſſim legimus.

Migrationes. Frequentiſſimas autem ſemper fuiſſe magnaru
gentium tum migrationes, tum diuerſarum, præſerti
vicinarum, vt Teutonicæ & Henetæ, coniunctione
ne dicam confuſiones, in confeſſo iam eſt atque co
ceſſo. Conſtans nempè ac immutabilis ſolus DE
nos in hoc Mundi labyrintho vagabundos atque obe
rantes peregrinos de vnica in cœlo perpetua patria v
riis migrationib. ac trãſlationib. cõmonefacere volu
ne paradyſũ in his terris terreniſq; temerè nobis effi
geremus. Atq; adeò Tuiſco (qui aliâs Aſcenaz in fac
Tuiſco. appellatur, quaſi Eſch cohen Hebr. ignis ſcili. ſacri,
eſt, religionis & doctrinæ cuſtos, ſacerdos, princep
Can enim vel Cahan, Cohan & Han, priſcis Tuiſco
bus atque etiamnum Slauis Turciſque principem v
regem ſignificat) Noæ ſeu nepos, ſeu, quod Auentin
voluit, poſt diluuium prognatus filius, vt omnibus

gen

genere Tuiſconibus ſeu Teutonibus, quos ipſi Hebræi hodierno etiam die Aſcenazim vocant, ita potiſſimum Aſcaniis primam dedit originem. Vnanimis ſaniorum doctorum eſt ſententia, ab Aſcane Tuiſcones vt ortos ita & denominatos eſſe, minimâ literarum commutatione, Germanico inſuper articulo præpoſito, Die Aſcanes. Hinc namq; Tuiſcones: inde & Saxones, q. Sacæ vel Saſſi Aſcanes. quos ex Oriente non minus ac alias gentes, Daos, Cimmerios, Suecos &c. progreſſos fuiſſe veriſſimè tradunt Hiſtorici, cùm vel numeroſiſſimè multiplicati vlteriores quas ampliſſimas inhabitarent regiones perquirerent vel intolerabilem fugerent tyrannidem, vel continuas euitarent factiones & bella, barbaramque vitam. O felix aufugium, quo plus quàm Cimmeriis inſaniſſimarum ſuperſtitionum tenebris volentes-nolentes ſe ſubtraxerunt! O feliciſſimũ refugium, quo ſibi de cœlo obuiam ituro IESV CHRISTO magis magiſque appropinquantes barbariem fugarunt dum fugerunt; & ad verum Dei cultum, vnicè viuificum Chriſtianiſmum, illibatâ fide vitaque fouendum ſuprà ſpem & expectationem confugerunt! O veram validamque victoriam, quâ ſe non minùs ipſos quàm alios vicerunt! inuito licet & ſerò ſatis, vt verum fateamur. *Ab Aſcenaze Tuiſcones.*

Cùm igitur optatiſſimâ migratione maxima Aſcaniorum cohors varia in Europæ, præſertim Germaniæ, loca perueniſſet priſciſque Tuiſconibus ſeu Teutonibus coniuncta maximè multiplicata eſſet, pars Saxoniam inferiorem, pars ſuperiorem, pars Bohemiam, pars Hercyniam, pars alias regiones, inhabitarunt; conſtitutis ducibus & præfectis virtute clarioribus. Quo in numero Bernvaldus ſiue Bernthobaldus primus Hedingattonis filius, Dominus Hercyniæ, Aſcaniæ, & Ballenſtedii, qui Theodorico Auſtraſiæ & Burgundiæ Rege, Saxones contra Thuringos in auxilium euocante, ex duodecim illis in Saxonia tetrachis dux militiæ creatus ſub vexillo militari, in quo Leo & Draco cum aquila ſuper hos volan- *Bernvaldus Aſcanius.*

 te, de-

te, depicti erant nouem millia armatorum illi adduxit:
qui etſi ab hoſte Thuringo in obſidione caſtri Schei-
dingi penè oppreſſi fuerint, animum tamen reſumentes
caſtrum id tandem viriliter expugnarunt anno Chriſti
524. In cuius victoriæ præmium Saxones promiſſam
terræ Turingorum partem ab Vnſtrodio fluuio ad Her-
cyniam abs Theodorico recepêre & Saſſiburgum ca-
Bernthobaldus II. ſtrum in montibus Finnenſium extruxere. Berntho-
baldus II. Dominus Hercyniæ, Aſcaniæ & Ballenſtedii
contra Francorum Reges duos, auum & nepotem, ele-
ctus Rex Saxonum & Dux militiæ ſenex occubuit A.
C. 618. Quem ſequuti ſunt Bertholdus, Beringerus,
Hermannus, Berengarius. Sed Beringero III. ſine libe-
Albertus Aſcanius princeps Vrſinus. ris defuncto hæreditas ad agnatum Albertum deuoluta
eſt, qui nimiam fugiens Francorum tyrannidem in I-
taliam cum multis aliis ceſſit atque apud Imperatorem
ſtipendia meruit circa annũ Chriſti 642. A quo titulo
Principis Vrſini donatus & poſtmodum in Germaniam
remiſſus (nam ad repellendos Sorabos & Henetos ge-
neralis Saxoniæ Vicarius conſtitutus fuerat) ad Viſur-
gim conſedit & poſt Beringeri, agnati ſui, obitum, aui-
tam ſimul ditionem ad Viſurgim occupauit. Obiit
Aribertus III. princeps Vrſinus. circa ann. Chr. 669. Cuius ex vxore Heila, filius Ari-
bertus II. princeps Vrſinus in Italia ἄπαις. Aribertus
autem III. princeps Vrſinus, in Italiam abiens Romæ
patrui bona poſſedit ſtirpemque Vrſinorum laudabili-
ter erexit pariter & ampliauit, non minus ac agnati in
Aribo Aſcanius. Germania Aſcanii. Quid dicam de Aribonis Beringeri,
Hercyniæ, Aſcaniæ, & Ballenſtedii Dynaſtæ ex vxore
Haſſala (ſorore Germana Wittekindi Magni Saxonũ
Regis) filio Beringero, qui primus Comes Aſcaniæ &
Ballenſtedii à Carolo Magno conſtitutus, ab Hilde-
grino, primo Epiſcopo Halberſtadenſi anno Chriſti
786. baptizatus & Patroni Patronique verè Magni, Ca-
Otho. roli, nomine dignatus fuit? Omitto quamplurimos a-
lios Vrſinos Laudatiſſimos. Taceo Othonem, Erici
quarti filium natu minimum diuitem & magnum co-
gnominatum, Comitem Aſcaniæ, Ballenſtedii, VVœl-
pæ,

æ, marchionem Saliſquellenſem ſeu Soluedelenſem; qui Anno 1123. inter viuos eſſe deſiit, ſepultus Ballenſtedii ad D. Nicol. Prætereo, ſed vix ſine piaculo, Albertum Vrſinũ Pulcrum cognomento, magnum magni patris filium ac æmulum feliciſſimum, nitidum heroicarum virtutum ſpeculum, viuum veri principis exemplum: qui non tam cœca ſorte vel occulta fraude, vel tyrannica vi quàm verâ fortitudine, victricibus armis, firmatis legibus & heroicis virtutibus cum familia imperium ſuum extendit; biennio maior ſexagenario Brandeburgi in ſummo templo ad aram B. Auguſtini iuxta vxores ſuas tumulatus, anno 1169. XIV. Calend. Dec. Silentio inuoluo digniorique commendationi commendo Alberti Vrſini filios, Ottonem, Marchionem Brandeburgenſem, & Bernhardum, Saxoniæ Ducem ac Electorem atque huius filios, Albertum & Henricum; quorum ille Duces Saxoniæ, qui VVitebergam tenuerunt antè Miſniæ Marchiones, progenuit, de quibus reliquum eſt ſtemma Ducum Lauuenburgenſium; hic à Friderico Cæſare Principis Anhaltini ornatus titulo principibus Anhaltinis ortum dedit: qui auitam patriam Aſcaniæ gentis ad Hercyniæ iuga incolunt ad hunc vſque diem. Neque verò ſolùm in Germania, ſed & Italia etiam nunc florent haud degeneres generoſę ſtirpis illius ramuli, ijs propagati parentibus, quibus Imperatores varias expeditiones atque gubernationes in Italia commiſerunt. Nam, vt ſuprà declaratum, per Aſcanios Germanos, præſertim Aribertum III. tranſplantata fuit in Italiam antiquiſſima proſapia, ſolo mutato nomine; vt qui anteà Aſcanii & Bernburgii, poſtmodum Vrſini nuncupati ſint. Id quod & aliis familiis accidit, quæ nomen cum fortuna, loco, tempore & euentu vario mutarunt. Ita quidam ex comitibus ab Hoenzolleren exigua vocabuli conuerſione ſic dicti à Zagarolla, paternæ hæreditatis in Italia caſtello, ex vetuſtiſſima aliâs & illuſtriſſima Guelphorum maſcula ſtirpe oriundi, Romæ Columnii ſeu Columnienſes, dicti, Columnienſibus Romanis potiùs quam

Albertus Vrſinus.

Otto Marchio Brandeburgenſis.

Bernhardus Saxoniæ Dux & Elector.

Comites ab Hoëzollern.

hi illis ortum dedêre: cùm certiſſimum ſit plurimas no-
biles Germaniæ familias in Italiam bellorum occaſio-
ne & gubernationis cauſa à Cæſaribus traductas at-
que etiam ſæpius in Germaniam reductas eſſe. Sic

Marchiones Hochbergēſes, Veronenſes.

Marchiones Badenſes Veronenſi marchionatui præ-
fecti Veronenſes, in Germaniam verò reduces, Hoch-
bergenſes etiam dicti ſunt. Ita Comites Germani à

Comites à Burgkhauſen.

Burckhauſen Veronenſes Marchiones conſtituti Sca-
ligerorum ſunt ſortiti nomen; quorum qui Germani-
cas obtinuerunt dynaſtias, Scalenburgii, Graven von
der Leyter appellati ſunt.

Scaligeri.

Beerenburger / Herren von Beerenburg.

Ita quoque Aſcaniorum aliqui, nimirum ad Hercy-
niam habitantes Beeringer / Beerenburger & Herren von
Beerenburg / vel à ditione, vel caſtro, non quòd alij
volunt, à Brenno, Sueuiæ duce, primo Veronæ con-
ditore, nec à Tuſca familia, Vera, quam Veronæ no-
men dediſſe memorat Sempronius *lib. de diuiſ.* & Cho-
rographia Italiæ, cognominabantur, in Italia Latinè

Vrſini Roſenſes.

Vrſini communiter nonnullis etiam Roſenſes dicti;
quorum poſteri in Germaniam & Bohemiam regreſſi
Italico-Germanico nomine Herren von Vrſenberg /
exiguâ literarum commutatione Roſenberg appel-
lati fuêre: præſertim à loco, cuius dynaſtæ conſtitu-

Herren von Roſenberg.

ti; licet à dynaſtis ſuis potius ipſa dynaſtia Roſenberg
aliis denominata videatur. Equidem iam in Italia,
vt ſupra commemorauimus, Vrſinorum inſignia Ro-
ſâ Romæ fuerant ornata; non quidem propterea, vti
Caſſanæus *in Catalogo ſuo gloriæ Mundi libro duodeci-
mo conſider.* 44. ineptit, quòd roſa cum adipe vrſino
mixta capitis ſanet dolorem; ſed Roſigeros illos di-
ctos arbitramur vel à Roſellis, diruto Thuſciæ iuxta
thermas Sancti Philippi oppido, vel à monte Roſulo,
de quo M. Cato in fragmentis, vel ab oppido Roſeto,
quod Groſetum hodiè vocitant, vel quod roſis vrſi de-
lectentur, iiſdemque plurimum delectati ſint Vrſini;
vel quòd roſeis omninò donis & virtutibus illuſtres a-
nimis flagrantiſſimis pariter ac fragrantiſſimis clari
Vrſini digni iudicati ſint, quorum inſignia analogo de-

coraren-

corarentur ornamento. Nam roſis olim honorare ſolebant, quos benè-meritos exiſtimabãt. Ita veteres quoque maximè honorificum eum æſtimabant cultum, quo ſibi defunctis ad deſtinatum monumentum roſæ deferebantur, id quod ex ſequenti conſtat antiquiſſimâ inſcriptione, Rauennæ conſpicuâ.

TI. CLAVDIVS. DRVSI. F. CÆS. AVG. GERM. PONT. MAX. TRIB. POT. II. COS. DESIG. III. IMP. III. P. P. DEDIT. OB. MEMORIAM. PATRIS. SVI. DEC. VII. COLLEGI. FABRVM. M. R. H-S. CIↃ. N. LIBERALITATE. DONAVIT. SVB. HAC. CONDITIONE. VT. QVOTANNIS. ROSAS. AD. MONVMENTVM. EIVS. DEFERANT. ET. IBI. EPVLENTVR. DVMTAXAT. IN V. ID. IVLIAS. QVOD. SI. NEGLEXERINT. TVNC. AD VIII. EIVSDEM COLLEGII. PERTINERE. DEBEBIT. CONDICIONE. SVPRADICTA.

Huic inſcriptioni ſimilis eſt, quæ itidem Rauennæ conſpicitur in templo D. Virginis ex voto L. Publicii Italici, in honorem Flauiæ coniugis & Publiciorum. Item quæ Pataui apud Alexandrum Baſſianum extat, ex ordinatione P. Manlii Suri & Veronæ ad S. Caſſianum. Et Torcelli ſequens viſitur inſcriptio.

LONGIVS. PATROCLVS.
SEQVVTVS. PIETATEM.
COL. CENT. HORTOS. CVM
ÆDIFICIO. HVIC. SEPVLT.
IVNCTO. VIVVS. DONAVIT.
VT. EX. REDDITV. EORVM. LARGIVS.
ROSÆ. ET ESCÆ.
PATRONO. SVO. ET QVANDOQ.
SIBI. PONERENTVR.

Tandem inſuper, quum florentiſſimis pariter ac fructuoſiſſimis meritis ſummam Imperatorum & Regum ſibi conciliarent gratiam, nullo non honore digni viſi, ſuperadditâ coronâ, è quâ Roſa ſurgeret,

redimita ſunt Roſigerorum illorum inſignia, vt floridâ coronati gloriâ magno tum maioribus ſuis tum vniuerſæ poſteritati eſſent ornamento, ſucceſſoribus verò in Dynaſtia viuido exemplo. Et profectò ſtirps illa Roſenbergiorum plurimos ex ſe natos florentiſſimos produxit ſurculos, qui feliciter in Germania plantati, cumprimis verò Roſenbergico in Baronatu Regni Bohemici primario, Heroicis virtutibus & factis, quibus ipſis Regibus & Imperatoribus nomina ſua commendarunt, nobiliùs excreſcentes primarii habiti ſunt in Regno Dynaſtæ Regiique Conſiliarii, vel, vt eos appellat AEneas Syluius in Hiſtoria ſua Bohemica, præſtantes Reguli. Quo in numero (vt vnius ſaltem atque alterius mentionem faciam) floruit iam olim Petrus à Roſenberg, Iohanni Regi dilectiſſimus. Nam, vt ex Hiſtoriis conſtat, VVenzeslai (qui S. VVenzeslai filius degener, Primiſlai III. aliâs Othogari, Regis Bohemiæ & Vngariæ, nepos fuit) ann. Chr. 1306. interfecti vidua, Iole, filia Caſimiri Ducis Opelienſis & Teſchinii, clementiſſimâ prædicti Ioannis Bohemiæ Regis promotione cum magna dote poſtmodum elocata eſt Petro Vrſino Baroni Roſenbergio. Floruit & Gentilis, Sancti Wenzeslai, Regis, gener; cuius præter alios meminit Volaterranus. Et Æneas Syluius in Hiſt. Bohem. *cap.* 28. ſequentia de eo refert: Chariſſimus apud VVenzeslaum Alexius quidam Pontificio iure conſultus habitus eſt; qui multa de Romanorum nobilitate cum eo locutus, vſque adeò animum Regis illexit, vt Iutham (ex Iutha vxore, Alberti Auſtriaci ſorore) filiam, admodum paruulam, in clara Vrſinorum familia Gentili cuidam matrimonio ſpoponderit. Hinc ſecuta inter Vrſinos & Bohemiæ Reges amicitia. Volaterranus *lib. 7. comment. Vrbanor. fol. m. 73.* expreſsè ſcribit Wenceslaum alterum, pro ſancto habitum, Odoacri filium & in Regno ſucceſſorem, ſocerum fuiſſe Gentilis Vrſini. Floruerunt & ſub Imperatore Sigiſmundo Copius & Vlrichus Roſenſes, fratres, & Vlrichum quidem Roſenſem Æneas Syluius præſtantem Regulum nominat *c.* 50. *& c.* 57.

Roſenbergii.

Petrus à Roſenberg.

Gentilis Vrſinus.

Copius & Vlrichus, Roſenſes.

prin-

principem inter primores Regni Bohem. Floruit & Henricus Roſenſis & alii non pauci. Guilhelmo Vrſino de Roſis, Dynaſtæ in Roſenberg Sophia filia Ioachimi II. Electoris Brandeburgici nupſit, die 14. Decemb. A. C. 1561.

Henricus à Roſenberg.

Guilhelmus à Roſenberg.

HuncGuilhelmum à Roſenberg, genere, virtute, ſapientiâ, præluſtrem, Sacræ Cæſ. Majeſt. intimum Conſiliarium, Regni Bohemici columen, & ſupremum Burggrauium de Regno & Rege Rudolpho, Auſtriæ Archiduce &c. præclariſſimè meritum Principis titulo dignatus eſt Imperator Auguſtus, felix, ſapiens, pacificus &, vt vno omnia complectar encomia verbo, incomparabilis. Guilhelmo magno ſucceſſit haud minor Petrus de Roſenberg, vltimus huius nominis Roſenbergici dominii Dynaſta, Princeps omnibus charus clarusq; principibus, heros immortalis etiam poſt mortem (quam longè ante bellicos in Bohemia tumultus, nimirùm an. Chr. 1611. 6. Nouemb. ætatis ſuæ 72. dum vidit vicit) in ore, in animis, in votis omnium, deuotis reflorescens; literarum literatorumque in vita Mecœnas incomparabilis; pietate, ſapientiâ, prudentiâ, humanitate, liberalitate vix vlli cedens: ſtudiis adeò non dicam deditus, ſed ferè mancipatus, vt in ipſa ſua venerandâ (quam Diuinâ gratiâ aſſequutus erat) canitie nihilom nus tam corporis quam animi facultatibus conſtanter ad miraculum virentibus ipſe Phœnicis aut aquilæ more reiuueneſcēs in ampliſſima bibliotheca ſua curioſiſſimè multas & magnas alias inter curas Apollini Muſisque litarit. Literis namque tædium ſenectutis, quaſi leniri atque ſuccollari, nullamque ætatem ad diſcendum ſeram eſſe, dicere conſueuit. Auream in omnibus mediocritatem, quam commendatam ſibi habuit, aliis ſeriò commendauit: præſertim in eruditiſſima quadam Epiſtola his principe digniſſimis verbis: quomodo rationis ſtatera moderanda æquilibriumque explorandum ſit, perpaucos hodie videas, qui nouerint quique minimam hac in re temperaturam aſſequantur & ad ſcopum colliment. Patriæ cuius commu-

Petrus vltimus dynaſta in Roſenberg

nis pater dictus, pacis, fidei, amantiſſimus fuit; miſſis quam promiſſis expeditior, ita & ſentire & aſſerere ſolitus; malle ſe quæcunque præſtare valeat bonis bona, non ſolâ beneuolentiâ, ſed & beneficentiâ, non nudis verbis, ſed re ipsâ, confirmare. Medicinam, atque Muſicam (ad ſanctitatem ſanitatemque vel conſeruandam vel reſtaurandam diuinitùs nobis conceſſas artes) ſingulari fauore proſequutus eſt. Superbiæ tantus fuit oſor & iuratus hoſtis, vt (quod & mirum & rarum) omnium generoſiſſimus minimè tamen de generoſitate ſuâ gloriari, ſed ingenitâ humilitate ſe ipſum demittere, nec celebratam agnoſcere ſortem ſolitus ſit; ac proindè, quum degenerem & occidentem Scaligerorum cõſideraret ſortem rerumque viciſſitudinem, condolens ac gemebundus ita iudicarit: à Deo primitùs omnem deducendam & ad eundem reducendam eſſe familiæ rationem: ſolam cœleſtem ſuperbiam, quâ ſpretis inferioribus terreſtribus vnicè ſuperna ſuſpiciantur, magnos decere animos: temporaria ludentis fortunæ dona tanquam citiùs ferè euaneſcentia quàm enaſcentia ipsâ inconſtantiâ inconſtantiora eſſe: verè nobilem non fieri ſed ſe ipſum facere, nullo agnito parente alieno vel extraneo; virtutem autem veram fidamque nobilitatis eſſe matrem, quæ ſuauiſſimæ natæ nunquam vbera ſua nectarea detrectet, nec ſoli diuiti, ſpondeat, nec ſoli pauperi deneget amabiliſſimam filiam, quam & nudam ſæpiùs extorremque liberaliori ſed inconſtantiori illi fauiſſæ, Fortunæ, commendet. Quondam enim & ex ſubditis, figulis, paſtoribus, ruricolis, principes, Reges, Imperatores conſtitutos eſſe: contrà nonnullos è regibus prognatos principes, è principib. comites, è comitibus nobiles, è nobilibus ignotos potiùs quàm ignobiles tum illiteratos tum & literatiſſimos etiamnum ſuperuiuere, qui cancrino ſemper greſſu ſibi obuiare ſecundiorem fortunam experti ſorti ſuæ indies magis magiſque locorum, temporum, mortalium iniuriâ degeneri diffidentes, quàm in duro & obſcuro ſolo preſſam ſentiant proſperitatem, eam in clariſſimo re-

ſplen-

ſplendeſcentem cœlo quærant vnicè. Neminem autem vel aduerſis caſibus macreſcere vel ſucceſſibus ſecundis intumeſcere debere; cum vt omnium rerum, ita & familiarum incrementa pariter & decrementa imperuestigabili Dei prouidentiâ gubernentur; quâ maximè frugifera ſtemmata nonnũquam inueteraſcenti ſenioque iam deliranti mundo ad certum tempus oſtendantur; oſtendantur ſcilicet, nec vlterius concedantur. Huic verè roſeo Principi vel maximè præter alios illuſtriſſimi Scaligeri, non tantùm ab inclementiſſima fortuna, ſed & barbaris tandem neſcio quibus dæmonis amanuenſibus, alaſtore præſertim nefando quopiam, horrendo Cerbero, inquietati & intolerabiliter allatrati, è tumulo, non eſſet mirum; ſi vel heroico acclamarent ſpiritu vel profundioribus ſaltem adnutarent ſuſpiriis: ex quibus Benedictus auum habuit principem, patrem exulem filium Medicum, nepotem Philologũ, tempore poſtremum, eruditione primum ac verè principem. Aliæ non minùs recenſeri poſſent antiquiſſimæ nobiliſſimæque familiæ, quæ vel ad vltimum ramulum emortuæ ſtirpitùs emarcuerunt, vel paupertate, ſenſim vileſcentes in ignobili nobilitate nobilique ignobilitate priſtini ſtatus inconſtantiam ludentiſque fortis inſolentiam expertæ mundanis diffidere rebus didicerunt; nec idcirco ſanguinem, ſed ſolam ſortem degenerem ſortitæ. Neque enim minùs Roſa ea eſt, quæ de nobiliſſimo propagata roſeto ſpinis afflictior in humiliori colle paupertino ſuccreſcit hortulo, minùs plena, minùs folioſa, nec tamen minùs ſuccoſa, quam quæ vel non multis vel omninò nullis circundata ſpinis in cultiſſimis montanarum arcium paradyſis, aureis & Smaragdinis principum viretis, excreſcit centifolia. Sed omni nobilitati, inquit Ioſephus Scaliger *in Epiſt. ad Ian. Douſ.* hoc vitium interuenit, quod ea ſine opinione hominum ſola ſeſe tueri non poteſt. Nam nobilem ignorari, eſt inter ignobiles cenſeri, adeò vt non minùs referat, nobilem haberi quam eſſe: & nihil interſit, diuitiæ te nobilem acceperint an fecerint: cùm factio atque

opes

opes vetuſtam originem in nobilitate continuent, n[...]uam in nobilitatem admittant. Quòd ſi hæc admini[...]cula defecerint, vel ex principe nobilis minorum gentium, vel ex nobili plebs fies. Tantoperè nimirùm à ſ[...]lo Plutone, exploſo Platone, dependere videntur nec modò pulchralia quæque nobilia, ſed & ipſa hodiè nobilitas: quam vix centennalis obſcuratio turbulentæ fortunæ fluctibus demerſos interruptique ſtatus infelicitatem paſſos vnâ cum auito ſanguine omninò amiſiſſe cogit; quæ ſi vel ſolis diuitiis ſtabilita & à plebitate præſeruata viridi in ſtatu continuatur, vel ſubtilioribus etiam vitiis nouiter incepta plauſibilibus machinationibus erigitur atque antiquiſſimæ ſed imbecillitate, ſed egeſtate repuer aſcenti & iam in tumulum depreſſæ ſuperuoluitur ac ſuperfloreſcit, ſola ſolida habetur. Verùm vt prædicti principis noſtri verbis concludam, cum virtus, ſanguis, & doctrina; quâ infimi ſummis & ſummi infimis æquantur, rectâ coincidunt: hoc quid præclarius arctiuſué reperias? Nunc ad penſum redeamus, & quæ alia tum comitum, tum baronum, tum nobilium in Imperio inſignia roſam recipiant, ſignificemus, citrà præiudicium.

Principes Arnburgenſes.

Principum Arnburgenſium inſignia roſâ quoque decorata.

Comites à Stollberg.

Comites à Stollberg roſam albam habent comâ flaueſcente in campo cœruleo.

Comites à Levvẽſtein.

Comites à Levvenſtein roſam albam.

Comites ab Eberſtein.

Habent & comites ab Eberſtein roſas inter inſignia ſua locatas.

Comites à Lippa &c.

Item Comites à Lippa, comites à Barby, comites i[n] Rappersvvil, comites à Biburg, Moſpurg, Raning, Ro[...]tenek, Bucheck, Pomſdorf

Baronum inſignia roſis ornata.

Barones à Trautmãſdorf, à Steinrandeck, Turſchi[...] Strein, Beringer, Törring, Flachſtein, Wildenfels, Hoenfeld.

Equitum & nobilium inſignia roſis armata.

Tum & Equites ac nobiles à Svvartzenberg, Schlei[...]nitz, Oberheim in Schoenauu, Maskvvitz, Suuartzen[...]ſtein, Von Eck / Lambotin, Freymanner auff hohen[...] Randeck / Haller, Heſenburg, Auffes, Forſtmeiſter,

Haber-

Laberkorn, Mengerſdorf, Rehling, Masko, Roſen-
erg, Roſenbuſch, Roſeneck; (Quorum familia per
ellâ quadam bellica Hiſtoriâ clara anſam mihi præ-
et, eandē hic obiter paucis recenſendi. Eo bello quod
nno 1499. Sueui confœderati contra Heluetios, Ma-
imiliani primi auſpiciis geſſêre, Heluetii Blumenfel-
ām oppidum Cleggouiæ in poteſtatem redegêre, vi-
am obſeſſis pacti; & quantum ſingulis humeris efferre
oſſent. Vxor Roſenekii, oppido præfecti, cùm ſciret,
um maximè peti, in humeros elatum extulit. Vrſtiſius
b. 6. *Hiſt. Baſil. c.* 20.) Roſam inſuper continent inſignia
obilium à Grumpach, Spiler, Flach, Grünberg, Mül-
ofen; Blümel, ab Eck, Dier, Borauu, Kocherſdorf,
chevvitz, Chila, Weland, Puchler, Mülſtetter, ab An-
enberg, Putzen, Kresberg, Kopſchitz, à Guttenberg,
oſenauu, Hatzfeld, Strackvvitz, Gäſrugk, Lange-
auu. Nobeck, Leſt, Kanitz, Hamerſtein, Clinghartm,
üchlin, Holderman, Malsburg, Hoenſtein, Roſen-
ach, Bodenvvitz, à Rosheim, Mülheim, Roſenhatz,
ichner, Beheim, Trupbach, Raunen, Calēberg, Wulf-
ld, Entzberg, Latendorf, Schachtn, Hermensdorf,
hünſtett, Hane, Neuuendorf, Kromsdorf, Frieſen,
eütſch, Rüder, Peris, Graugevvitz, Kannevvurſt,
üdigerſdorf, Schellenberg, Selmnitz, Rex, Kreifuö-
l, Lipſdorf, Raua, Drachsler, Suuartzn von Oberdorff/
Vildenberg, Puchbecken, Schenken von Reicheneck/
berheimer, Peiſing, Dietrechingen, Eberhart, Spar-
erg, Hegner, Svveigkl, Schetzler von Sultzfeldt/ Miltz,
uncżer von Babenberg/ Wölff/ Billrieth, Almhofen,
ych, Thanheim, Drynborn, Selbach, Leitte, Bubinck-
auſen von Walmerod/ Grave, Weldershuſen, Dor-
ngeſen, Gruben, Conſtein, Mülhofen, Blümel, Grieſ-
ach, Rosheim, Lonherren, à Rosheim, Lappen, Burg-
aven von Straßburg/ Beckelnhofen/ Roten, Roſ-
k, Grieben, Dillinger, Nordtvvein, Sachſen, Mül-
eim, Stens, Hermsdorf, Eſenbeck, Steinbach, Maren-
olt, Könitz, Keſel von Borauw/ Alvversleben, Wär-
urg, Kærſenbruck, Brederlouu, Arnſted, Eckſted,

Bardeleben, Hermsdorf, Zvvydorn, Kalle, Weberlin Salder, Alten, Dinklage, Aſchenbruch, vom Cloſte

Item Patritiorum Francofurtenſium; Holtzhauſe. Weiſ, Völcker, Iekel: Noribergenſium; Roſenthald Munſterer, Hegner, Graſer, Glätzelman, Melbec Schmidmer: Auguſtanorum, Dillinger, Rehlinge Menhart, Pimmel, Roſenberger: Ciuitatum, Hag nauu, Wertheim, Cronach, Gaislingen, Roſenfeld, R ſenheim, Mergetheim, Dietfurt, Sontra.

Megalandri B. L. inſignia continebant crucem ni gram, cordi impreſſam, in candida roſa. Roſa tum fra grantiſſimum flagrantiſſimumque florentiſſimi heroi ſpiritum tum viuidam efficaciſſimæ doctrinæ gloriam pariter ac illibatę vitæ gratiam, tum frequentes aduer ſitatum ſpinas & aculeos denotabat. Candida autem roſa erat, vt præſentem miniſterii puritatem atque in nocentiam, ſecuturam verò coronam immaculatam ſi gnificaret. Nigra erat crux, ad declarandũ triſtẽ quid crucis ſeu calamitatis, atræ ad mortem viæ ſenſum, ſe felicem interim carnis mortificationem, & conſequen tem mentis viuificationem: ipſi impreſſa cordi, vt de monſtraretur, ſanctioris Theoſophi & ſaniotis cuiuſ uis Theophili conſtantisque Chriſtiani crucem non tam à corde, in quo charitas reſidet, dilectionem De abſtrahere, quam ad idem attrahere. Sunt namque illa nobis viſa nocumenta vera documenta: non habetur à ſacroſanctis viris verus Chriſtianus, qui nec etiam ſit Crucianus; cum demùm poſt crucem lucem perciperc nobis ſit conceſſum. Atque hoc ſano ſanè ſenſu Roſæ crucianos nos Chriſtianos eſſe omninò decet: neque tamen ſimios impudentium atq; inſolentium illorum nugatorum, otioſis negotiis occupatiſſimorum erro num, ridiculorum atque infeliciter vigilum ſomniato rum, qui tum alienis, tum propriis & (vt verum fatear) ſubtiliſſimis ingeniis abutentes ſophiſticâ, vanâ, futili ac inutili ſcientiâ & multiloquentiâ freti multa pro mittunt optima, maxima, inaudita; præſtant verò vel nulla vel mala; cœlum terræ miſcent, omnia confun-

Verus Chriſtianus Roſæcrucianus.

dunt,

lunt, obſcurant, peruertunt: dum nimiùm ſe ſuaq; laudant, cunctis aliis illudunt, atq; adeò haud leuiter læſunt omnium ordinum ſtudioſos, admiranda ſanè fatione & fictione, iocundis quidem nonnullis ac titillantibus, ſed plus quàm Poëticis fabellis ac inſaniis. Ita extraordinariâ operâ & inopinatâ digreſſione conor cum aliis viris optimis ac ſapientiſſimis, quorum ego vix tenuis vmbra ſum, præſtigioſam laternam, ſplendidâ obſcuritate claram, aperire, atque in ea pro lumine tenebras oſtendere poſteritati: cùm videam, adeò arridere ſola noua prurientibus ingeniis, fermeneſcentibus nec cœleſti tranquillitate moderatis ſpiritibus, vt optima quæque cum illis, illuſtriſſima cum obſcuriſſimis, ſolius nouitatis gratia commutent: qui, quod ſatis mirari nequeo, talparum more ſolâ obſcuritate inclareſcere, tenebriſque lucreſcere diſcupiunt. Sed has ſimileſque alias intemperies cùm omnium optimè maximè DEVS OPT. MAX. ad ſanum temperamentum reducere poſſit, illi non ſolùm vni omnia emendanda & in melius transferenda transformandaq; relinquamus, ſed & animos dedamus noſtros ſacrâ modeſtiâ temperatos, nec inſanis flatibus ad extremum occaſum ventilatos. Cæterùm & argenteas varias, maiores & minores, & aureas monetas (roſam nobilem præſertim nominatam) roſâ ſignatas eſſe notum eſt iis notiſſimùm, qui eas ex profeſſo venantur, imò venenantur etiam nummicupidi Platonis ſerui. Verùm niſi fallor, at non fallor, ſcio, non tam impreſſum metallo roſæ characterem, quàm ipſam materiem pro forma metonymicè aſſumunt atque amplectuntur, cum certò experiantur, literis hodiè nullam eſſe vim atque efficaciam, nam & literatorum maxima quoque merita ne minima quidem ſequi munera.

CAPVT IV.

Similitudines à roſa petita.

SED, vt vndè digreſſi ſumus reuertamur, inter ali
quæ ad generoſæ roſæ celebrationem faciunt, in
cenſendæ ſunt ſimilitudines, parœmiæ, & allegoriæ
quæ ab illa ceu radice nobiliſſima & baſi firmiſſima pe
ti ſolent tantò plures ac præſtantiores, quantò plures
ac præſtantiores ipſa proprietates, qualitates, virtutes
in ſe continet: quarum vmbræ variam in aliis rebus ef
figiant analogiam & pulcherrimam conſtituunt har
moniam. Exempli gratiâ præclariores quaſdam, omiſ
ſis ſexcẽtis ferè aliis, in medium producam, relictâ Phi
lologis amplificandi occaſione: Et primùm quidem
roſæ comparari poteſt Theoſophicè Dominus IESVS
CHRISTVS.

Roſa comparatur Chriſtus.

1. *Ratione generis.* Generoſa roſa eſt. Generoſiſſimus
Dominus IESVS ab æterno in æternum.

2. *Genitoris ratione.* Roſa cœleſtem patrem agnoſcit
creatorem. Chriſtus eundem proprium etiam genito
rem. Et, quemadmodum roſa matrem quidem habet
terreſtrem, patrem verò cœleſtem, quod & veteres aſ
ſeruêre, qui ſcripſerunt, herbarum ac florum terram
matrem, cœlum, vel, vt alii volunt, ſolem patrem exi
ſtere; ita etiam Dominus IESVS OPT. MAX. geminæ
ſubſtantiæ gigas non alium (etiam ſecundùm huma-
nam, quam aſſumpſit naturam) quàm cœleſtem ac di-
uinum habet patrem, mortalem verò in terra matrem,
S. Mariam, Deiparam nunc beatiſſimè immortalem at-
que immortaliter beatam: adeò vt ipſe etiam diuinâ
atque admirandâ planè ratione matris ſuæ ſit & filius
& pater: id quod eleganti diſticho innuere quoque vi-
detur Anglicus Martialis, Ioannes Ovvenus, de B. qui-
dem Virgine Maria ſic canens:

Sponſa DEI, patriſque parens & filia fili
Virgo, nec abſq; viro; mater, at abſque viro.

Filius matris ſuæ, flos radicis, pater eſt. O mirabiliter
natum Roſeum florem, quem non in turpibus Græco-
rum fabulis effictum impudicus Veneris cruor infecit,

nec

ec in mephitico ſpurciſſimi Mahometis ſudore de-
reſcentem abominandus fœtor effecit, ſed in Virgi-
eis niuibus vernantem pudiciſſimus puriſſimuſq; ſan-
uis perfecit!

3. *Ratione duplicis naturæ.* Vt corporea & ſpirituoſa
roſa ſubſtantia harmonicè vnitę, vnam tantùm con-
ituunt roſam; ita Diuina & humana in Chriſto natu-
perſonali admirabili vnione non duos ſed vnum tan-
m conſtituunt Chriſtum, animitus in æternum ado-
ndum, admirandum, amandum.

4. *Ratione imaginis.* Roſa vt, quælibet planta, quæ-
bet creatura, ſuo quæque modulo, diuinitatem con-
toris referre atq; præ ſe ferre videtur.

Eſſe Deum, roſulæ referunt, referuntque roſeta:
Et monſtrant numen Lilia cum Violis.

hriſtus ipſa eſt diuina Diuini patris imago coeſsētia-
, coæqualis, coæterna. Sap *cap.* 7. *v.* 26. 2. Cor. *c.* 4. *v.*
Coloſſ. *cap.* 1. *v.* 15. Hebr. *cap.* 1. *v.* 2. & 3.

5. *Ratione dignitatis & principatus.* Roſa princeps flo-
m eſt & regina, vndè etiam coronata. Chriſtus hor-
lis ſpinis in ſtatu exinanitionis, æternâ gloriâ in
altationis ſtatu coronatus, eſt Rex regum, Dominus
minantium, Apoc. *c.* 17. *v.* 14. & *c.* 19. *v.* 16.

6. *Ratione pulchritudinis.* Roſa pulcherrima & ſua-
ſima. Pulcherrimus etiam & amabilis Chriſtus.
ntic. *c.* 1. *v.* 6. Eſt ſpecioſus forma præ filiis, ſeu ho-
num formoſiſſimus, in cuius labiis diffuſa gratia. Pſ.
v. 3. ac proindè roſa nominatur. Cantic. *cap.* 2. *verſ.* 1.
t ergo IESVS viuida roſa inter rigidas ſpinas, pec-
ores; floret media marcidorum inter animorum ca-
uera, indicibilem fundit inter allia fœtida fragran-
m, inter fœda nitet, inter obſcura claret, natus ad
ucem & paſſionem, vt nata ad ſpinas roſa. Natus igi-
& quiuis Chriſtianus ad inuidiæ, calamitatis, affli-
onis ferendos potiùs quàm auferendos aculeos.

Quemadmodum autem pulchra roſa vel è roſis pa-
a medicina pura mortales etiam purificat & pulchras
dit, eiſque gratiam conciliat; ita Chriſtus ſponſæ

ſuæ Eccleſiæ per ſe maximè deformi pulchritudine
& puritatem communicat, & exhibet ipſam ſibi glorio
ſam Eccleſiam, nō habentem maculam, aut rugam, ſic
vt ſit ſancta & immaculata Epheſ. *cap.* 5. *v.* 27. Spon
enim vel vxor coruſcat radiis ſponſi vel mariti, Iuri
conſultorum placito.

Cæterùm vt roſa per ſe quidem pulcherrima & fo
moſiſſima, decerpitur, contunditur, conquaſſatur
deformis redditur mortalium gratia, vt ijs medeatur
ſu ſaluberrimo. Sic etiam Chriſtus (ceu pulcher im
roſa) ſaluandorum gratia in paſſione ſua iuxta Eſai
vaticinium & SS. Euangelii teſtimonium deform
admodum redditus eſt à fœdiſſimis ac fœditiſſimis Iu
dæis (vtinam & ab horum aſſeclis patronis lucriper
Chriſtianis, proh, quibuſdam etiam nunc hodiern
die non tantoperè deformaretur) vt nos ab æterna d
formatione ac turpitudine liberaret. Ipſius enim liuo
ſanati ſumus. Eſa. *c.* 53. *v.* 5.

7. *Ratione ſpinarum.* Roſa ſpinis circundata. C
cundatum & ſpinis ſanctiſſimum Chriſti caput, pr
ſtantiſſimâ æternæ gloriæ coronâ digniſſimum, ner
pè vt infernales ſpinas à capitibus noſtris abarceret,
æternûm florituras gratiæ ſuæ corollas roſaceas app
raret.

8. *Ratione reſurrectionis.* Roſa brumali r gore f
goreque repreſſa in magna matre, terrâ, latitans, v
viuifico Solis calore ſuſcitata reſurgit ac reuiuiſc
Diuina roſa (Dominus IESVS) extremo peccator
noſtrorum & ob hæc exantlandorum paſſionum a
que ipſius mortis rigore pauliſper detenta, immanib
obturato ſaxis ſepulchro concluſa, nouo reſurrecti
nis vere rediuiua, glorioſa Maieſtate ſuâ refloruit, f
ret ac florebit in æternum. Hac ego roſâ conſtanti
mè recreatus immortali vitâ vigeſcam; in hoc flore fl
reſcam.

9. *Ratione beneficentiæ.* Roſa benefica eſt etiam e
ga maleficos araneos: ſedem & ſuccum illis ex ſe ip
concedit. Inenarrabilis beneficentiæ Chriſtus eſt n

ſoli

plùm ergà beneficos, ſed & maleficos, ad æternam et-
am vitam inuitos,eos inuitans, omni laude & amore
naior φιλάνθρωπος.

10. *Ratione virium.* Roſa eximiis eſt virtutibus
rædita. Chriſti, vtpote omni boni & Omnipotentis
irtus diuinos effectus habet. Roman. *cap.* 15.*v.*18.*&*
o.2.Corinth.*cap.*12.*v.*9. Hebr.*cap.* 1.*verſ.*3. Saluificat
c viuificat, vt Sacra paſſim teſtantur. Conſideran-
um hîc fatale & myſticum planè anagramma; IESVS,
IS ES: & alterum, IVS ES. Quibus duobus
ranſnominationibus ſeu transliterationibus (vt ita
icam pace Criticorum) etiam verum,admirabile,ſan-
tum, ſolidum, ſummum ſummarum facultatum & i-
ſius harum finis,felicitatis, principium ac fundamen-
um continetur.

11. *Ratione dæmoniacorum fuga.* Cæſalpinus, Me-
icus Romanus, ſcribit *cap.* 23. Dæmonologiæ ſuæ,
æmoniacos haud ferre poſſe roſarum odorem,adeò vt
ulla vel perſuaſione vel vi eò adigi poſſint, vt propè
oſarium expatientur, & hoc eos indicio prodi. Impia
uoque dæmonis mancipia, occæcata atque indurata
ectora, Diuinæ illius Roſæ, IESV CHRISTI, odo-
em, Sacroſanctum nempè verbum ferre nequeunt, ne-
que eò permoueri poſſunt, vt ad roſarium Chriſtiano-
um, Eccleſiam, accedant, & cordialem viuifici Sacra-
nenti florem deguſtent.

12. *Ratione vſus ſalubris,abuſus inſalubris.* Roſa quam-
uis per ſe ſaluberrima vitalium facultatum roboratrix,
irulentis tamen cantharidibus (à quib. quæſitum po-
iùs virus quàm virtus) lethifera eſt. Chriſtus etſi Sal-
uator viuificus, imò ipſa vita ſit, mortalium tamen pec-
catorũ veneno infectis & impœnitentia confectis ſan-
ctoq; abutentib. ſacramẽto mortem pro vitâ relinquit.

13. *Ratione ſucci ſaluberrimi.* Roſa ſanguineum exhibet
uccũ in ſalutem egentiũ. Chriſtus in ſalutẽ eorundem
proprium ſanguinẽ, roſeum ſuccum, quem in paſſione
& cruce effudit, etiamnum propinat in ſacrâ ſynaxi.

14. *Ratione mundificationis.* Roſarum ſuccus hominũ

corpora variis à vitiis mundat atque liberat. Sanguis IESV CHRISTI emundat nos ab omni peccato. 1. Ioan. *c*. 1. *v*. 7. emundat conſcientiam noſtram ab operibus mortuis ad ſeruiendum Deo viuenti. Hebr. *cap*. 9 *verſ*. 14.

14. *Ratione amoris*. Roſa ab omnibus amatur, colitur atq; celebratur mortalibus in his terris, adeo, vt etiam Turcæ roſarum folia humi iacere minimè patiantur, ſed eleuata & oſculo excepta cuſtodiant: quòd ex ſudore Mahometis enatam eſſe roſam ſibi perſuadeant. Sed quantò magis, ah quantò magis, Diuinam illam Roſam, non è ſanguine ſolùm mortalis hominis, ſed è ſanctiſſimâ veri Dei, cœleſtis patris eſſentiâ genitam immortalem, IESVM ſuauiſſimum, amare, colere, extollere deberent Chriſtiani. Deberent vtique tum ab ipſis trucibus Turcis, tum ab impiis Iudæis, tum ab atheis atq; inſanis mundicolis reiectam illam Sacroſanctam atque glorioſam Roſam erigere, exoſam exoſculari, neglectam amplecti, imò ipſo cordis meditullio exceptam, intimis animæ penetralibus reſeruatam ardenter ac indeſinenter laudibus hymniſq; gratiſſimis, harmoniâ tum externâ ſenſibili ſuauiſſima, tum internâ inſenſibili, ſolùmque intelligibili ſanctiſſimâ (æternæ illius in æternâ vitâ beatiſſima quodam veluti præludio) vnâ cum Angelico eudæmonum cœtu celebrare. Hæc namque ſaluifica & viuifica roſa eſt omnium maximè amabilis, quæ non tam à nobis inamabilibus amatur, quàm nos ipſa amat; & non tantùm ad ſanctiſſimum ſuauiſſimumque roſarium admittit, ſed & inuitat, adducit, attrahit. O infinitum amorem! O ineffabilem benignitatem! Spinis quibus coronata eſt, nos haud offendit, ſed defendit ipſa à nobis offenſa potiùs quàm defenſa. O incomprehenſibilem clementiam! ipſa corroſa, decerpta, deformata, vulnerata, conquaſſata, innocens ab nocentiſſima delicta noſtra duriſſimâ paſſione ſuâ exantlatâ, omnem à nobis paſsionem auertit; deformatas peccatis animas reformat, purificat, repurgat, nitori & claritati ſuæ conformes reddit; ex-

æſtuantes

ſtuantes tum culpâ tum pœnâ mentes ipſa flagrantiſ-
mo amore ardentiſſimè refrigerat, infirmas recreat,
eficientes reficit mirificâ vi cordiali; propriis vulneri-
us vulneratas atque exulceratas conſcientias noſtras
erſanat; morte ſua nos ab æternâ morte redimit. In
umma & ſanitatem & ſanctitatem & ſe ipſam atque in
eipſa omnia gratis nobis donat. O maiorem omni mi-
eriâ miſericordiam! O infinitam bonitatem! Quam
ùm ſatis exprimere haud poſſim: nec tamen ſupprime-
e velim, vlteriorem eius laudem, gloriam & gratiam
vniuerſo beatorum choro in altera vita æuiternâ har-
noniâ decantandam pio voto gratoque animo relin-
quo.

CAPVT V.

Similitudines inter Roſam & Eccleſiam.

COmparari etiam haud incommodè Eccleſia Roſæ poteſt ex Oſe. *c.* 14. *v.* 6. Florebit Iſraël, id eſt Eccleſia, vt roſa.

2. Roſa inter ſpinas excreſcit. Eccleſia eſt florida inter ſpinas roſa. Cantic. 2. *v.* 2. variis afflictonibus obnoxia. Dan. *c.* 12. *v.* 1. Zach. 14. *v.* 5.

3. Duplex potiſſimùm obſeruamus roſetum: alterum ſpinoſum, alterum à ſpinis liberum. Illud militantem, hoc triumphantem repræſentat Eccleſiam.

4 Roſæ magna dignitas eſt atque præſtantia. Maxima dignitas eſt Eccleſiæ. Eſa. *cap.* 49. *v.* 18. *&c.* & *cap.* 60. *verſ.* 10. *&* 14. Soph. *cap.* 3. *verſ.* 20. Apocal. *cap.* 12. *verſ.* 1.

5. Roſa paulatim excreſcit atque effloreſcit: paulatim etiam progreſſa eſt Eccleſiæ accretio, vt patet ex ſanctorum nunciorum actis.

6. Roſæ ſuccus exprimitur. Roſeus Eccleſiæ ſuccus tyrannidis torculari ſæpiùs extorquetur, iuxtà verſus illos:

Sanguine fundata eſt Eccleſia, ſanguine creuit,
Sanguine firmata eſt, ſanguine finis erit.

7. Roſa inter allia plantata florentiſſima & fragran-

tiſſima eſt. Eccleſia inter hæreticos & hircos fœtidos, atheos, & pſeudo-Chriſtianos florentiſſima pariter ac fragrantiſſima.

CAPVT VI.

Verbum Diuinum Roſæ confertur.

EST & inter Verbum Diuinum & Roſam varia obſeruanda comparatio.

1. Roſam Poëtæ volunt nil aliud eſſe, quàm fragrantiſſimum Naturæ halitum. Dei verbum validus & viuificus ipſius odor eſt.

2. Roſam nos non ſolùm vt vacca templum, aſpicere, multò minùs pedibus conculcare, ſed penitùs rimari ac mirari debemus atque ad ſalutem noſtram eâ vti. Verbum DEI non audire aut enarrare ſolùm oſcitanter pro communi ritu ac more, non ſolùm ſuperficiariè legere, ſed & penitùs intelligere, aſſiduo ſcrutinio perueſtigare, fide vitaque ſyncera amplecti & factis approbare nos decet, vt in SS. paſſim admonemur.

3. Roſa pura eſt & precioſa. Purum etiam & precioſum Verbum Diuinum. 2. Sam. *cap.* 22. *verſ.* 31. Pſal. 12. *verſ.* 7. & Pſalm. 18. *v.* 31. & Pſalm. 19. *v.* 8. & Prouerb. *c.* 30. *v.* 5.

4. Roſacea medicamenta corpus purificant; Verbum Domini animas purificat ac ſanctificat. Ioan. *c.* 15. *v.* 3. & *c.* 17. *v.* 17.

5. Roſa ſuauiſſima eſt, vt omnia ex ea parata etiam pharmaca. Suauiſſimum eſt Verbum DEI, nec non ex eo ceu fonte deductæ preces, ſuauiſſimæ piorum corculorum roſæ, iucunda animarum noſtrarum pharmaca.

6. Roſa manibus detenta ſæpiſſimè ob oculos poni, naribus admoueri ſolet. Ob oculos ponendum, cordi apponendum atq; imponendum viuificum DEI verbum. Deuter. *cap.* 4. *v.* 1. & *v.* 6. *cap.* 11. *verſ.* 18. Num. *cap.* 15. *v.* 39 Pſalm. 1. *v.* 2. Prouerb. *c.* 3. *v.* 1. *& alibi* 7. Roſaceorum, vt & aliorum neceſſariorum pharmacorum contemptus contemnentibus ægris ſæpiùs inueteraſcentium,

centium, diuturnorum & neglectâ occaſione tandem incurabilium vel irrepêtium nouorum affectuum cauſa eſt. Verbi DEI contemptus multarum cauſa afflictionum. Ier. c. 16. v. 11. Ioan. c. 8. v. 37.

8. Quemadmodum Roſa non tantùm amara & abſtergente ſua qualitate corpora noſtra commouet & purgat, ſed & ſuauitate ac vi cordiali recreat atque roborat: ita Verbum Diuinum non ſolùm coarguit & condemnat, quod Veteres, ſed etiam conſolatur, abſoluit, ſaluificat & viuificat, quod noui teſtamenti eſt.

9. Roſa non ſolùm ſpinis pungit, ſed & oleo vngit: illis non ſolùm lædit, ſed & hoc lenit. Ita verbum Diuinum non ſolùm Decalogi grauitate nos angit, ſed & Euangelii ſuauitate tangit: non ſolùm pœnâ corrigit, ſed & gratia erigit.

10. Roſa vernâ reſurrectione ſpeciei propagatione ac perpetuatione dum refloreſcit, æternitatem vel aſſequi vel ad eam aſpirare ſaltem videtur. Verbum Domini manet in æternum. Eſa. c. 40. v. 8.

11. Quemadmodum autem roſa nec tempore nec loco quouis excolitur excreſcitque, ſed quibuſdam locis aut perit, aut degenerat; nonnunquam etiam pro ratione tempeſtatum corrumpitur, imò rigidæ & frigidæ hyemis inclementiâ repellitur & ne floreſcat, impeditur: ita & Verbum Diuinum, eiuſdem cum vniuerſa literatura ſortis, haud quouis loco quouis tempore floruit. Quod namque occidentalibus incognitum adhuc in Oriente primùm viguit eluxitque Hebræis, Chaldæis, Syris, Græcis, poſtea ab his omnibus ingratis illius contemptoribus, obſcuris potiùs tenebris quàm diuinâ illâ luce dignis, verſus meridiem ad Latinos ſeu Romanos, & horum poſteros, linguis, moribus & humoribus degeneres, Italos, Gallos, Hiſpanos; tum ad Septentrionales populos, præſertim Germanos (doctrinâ manſue paulatim factos, eâdem neglectâ ad priſtinam barbariem ac ruditatem redituros) deriuatum & translatum, verendum eſt, ne ab his etiam

væcor-

væcordibus eius cultoribus, ingratis, noua prurientibus, vel in Orientem remigret, vel ad extremum tandem Occidentem perueniat, inibique immundo huic mundo vniuerſo vltimum vale dicens reuertatur in cœlum, vndè primùm ortum, & ad nos ex ore Diuino, eidem ſeſe iterum inſinuaturum in æternum, demiſſum fuerat. Quod ſanè Sacroſanctum verbum non quidem per ſe, ſed abutentium iniuriâ & negligentium incuriâ iamdudum infinitis hæreſibus, ſuperſtitionibus, variis vaniſque deformationibus, Polemicis ac intempeſtiuis in Eccleſia Chriſtiana tempeſtatibus, argutis pſeudopoliticorum temporiſationibus, nefandis ipſorum cultorum ſcandalis degeneraſſe atque indies magis magiſque corrumpi, ſupprimi & tantùm non omnino opprimi videtur. Licet autem non ſemper & vbique pariter floreat, ſed interdum hyemali mortalium cordium, non tam claritate quàm gelu cryſtallinorum, imo & adamantinorum, rigore & frigore reprimatur, obſcuretur, abſcondatur, conculcetur; exoriente tamē cœleſti Sole reſurget iterum, vernabit atque refloreſcet, vel nouiſſimo vere; &, vt maximè prematur, nunquam tamen opprimetur: vt oppugnetur; expugnari tamen non poteſt, non potuit, non poterit.

12. Roſa culta meliùs quàm inculta floreſcit, teſte Scal. lib. 1. de plant. Verbum Domini aſſiduè excultum atque celebratum meliùs effloreſcit, quàm incultum vel occultum.

13. A roſarum fragrantia plurimi ſunt qui abhorrere ſolent plurimum. A Diuino verbo, omnium ſuauiſſimo cœleſti paradyſi flore, longè plures: adeò vt in leipothymiam ferè incidāt, nauſeam certè haud leuem concipiant, quoties vel legere legem, vel audire Euangelium, bona noua illa ab omnibus exoptanda atque expectanda, debent. Adeò inuite & iniquo animo ad ſaluberrimum illum fontem, vndè fragrantiſſimam veræ vitæ aquam hauriant in æternam ſalutem, adduci queunt: adeò fœdis ac fœtidis zizaniis delectantur, iucundiſſimis floſculis moleſtantur, quò nimirùm ſimiles habeant labra lactucas.

14. Roſas

14. Roſas aduerſas eſſe cantharidibus & ſcarabeis, ulius Cæſar Scaliger, Theophraſtum, Plinium ac Æ-ianum ſequutus, teſtatur Comment. in Theophr. de auſ. plant. rationemq; addit, quòd ſcarabęi fœdis de-iti intrà ſtercus nidos ſuos facere ſoleant. Verbum Domini moleſtum etiam & aduerſum eſt atheis, hære-icis, impiis, ſordidis ex Eccleſia ſcarabęis, qui fœdis ac utidis potiùs humanarum ratiuncularum & traditi-uncularum excrementis quàm ſuauiſſimis Diuini ver-i roſis delectantur.

Roſis inſidere ſolet & aranea & apis, ſuum quæque ro more conficiens & quærens indè commodum. Di-erſa tamen & aduerſa omninò ratione. Etenim : Di-inum hæc nectar, dirum trahit illa venenum. Sacra-ſſimæ roſæ, Diuino Verbo, incubant ac ſeſe inſinuant um apes melliferæ, tum fallaces atque infelices fuci, um virulentæ araneæ. Tot enim ferè genera conſti-uunt ſacrarum literarum interpretes. Quorum ali-uando quidam ſaluberrimum etiam ſanctiſſimi oris ſuccum in mortiferum conuertunt & corrum-unt toxicum. Equidem boni non ſolùm ex bonis, ſed ẹ malis, bonum; mali non ſolùm ex malis, ſed & bonis alum elaborant.

CAPVT VII.

Videamus nunc, quas meditati ſimilitudines inter roſas & Diuini Verbi miniſtros, ſacerdotes, paſto-res, edocere queamus.

1. Roſa lux florum eſt. Theologus lux hominum. atth. *c.* 15. *v.* 14.

2. Roſæ odoratiſſimæ. Theologus, qui creſcit & flo-et, vt roſæ plantatę ad riuulos aquarum. Eccleſ. *c.* 39. *v.* 7. odor Chriſti bonus eſt. 2. Corinth. *cap.* 2. *v.* 15. fra-rantem dat odorem. Eccl. *c.* 39. *v.* 19. emittit ſuauem dorem inſtar thuris. *Ibid.*

3. Roſa inodora ingrata eſt, iuxta verſum illum:
Non laudo florem qui nullum præbet odorem.

Theo-

Theologus ſpirituali ſcientiæ & conſcientiæ odore deſtitutus DEO & hominibus exoſus eſt.

4. Roſa puritate gaudet. Puritate etiam doctrinæ pariter ac vitæ, ſcientiæ & conſcientiæ, gaudet verus ſacerdos.

5. Roſa vim purificandi corpus humanum habet. Animam humanam purificandi facultatem ſacerdos, ſi quidem & ipſe purus, obtinet.

6. Roſa tum refrigerat, lenit, ſanat & confortat: tum adſtringit, abſterget, mouet & expurgat, pro re nata. Theologus modò refrigerat peccatorum æſtu exardentes, lenit & roborat tentationum rigore debilitatos atque eneruatos, ſanat conſcientiæ telis ſauciatos: modò aſtringit & coercet luxuriâ diffluentes, abſtergit errorum næuos, expurgat conſpurcati ingenii ſordes & ſcandala, temperat prauorum morum & humorum intemperiem.

7. Roſa homini gratiam conciliat apud homines. Theologus apud DEVM.

8. Roſa pungit, vngit, aculeo, oleo. Theologus etiam pungit Moyſis baculo, ſeu legis aculeo & eculeo: vngit Chriſti digito ſeu roſaceo Euangelii oleo: punit & vnit, excommunicatione & abſolutione.

9. Roſa vt & omnia alia remedia abſq; DEI OPT. MAX. cooperante virtute inualida prorſus eſt atque nullius efficaciæ; iuxtà verſus illos elegantiſſimos doctiſſimi Heurnij:

Ni DEVS adfuerit vireſq; infuderit herbis,
Quid, rogo, Dictamnus, quid Panacæa iuuet?

DEI enim opus eſt, inquit Scalig. *lib. 3. Poet. cap.* 15. opera ſolummodò noſtra: ſed & hæc minima ex parte. Poſſent huc verſus illi Virgiliani accommodari, dum Medicum Iapidem poſt reſtitutum ſanitati Æneam ita loquentem introducit,

Non hæc humanis opibus, non arte magiſtra
Proueniunt: neq; te Ænea, mea dextera ſeruat:
Maior agit Deus: atque opera ad maiora remiſit.

Theologi

Theologi ſine DEO nihil poſſunt. 1. Corinth. *c.3.v.7.* *x v.9.*

10. Roſa à roſeto auulſa diutiùs haud conſiſtit, ſed narceſcit & flacceſcit. Theologus à Domino DEO & Diuino verbo auulſus mox marcidus eſt & flaccidus. rgo, vt Rex Dauid pſallit, DEO adhęrere, bonum eſt. ſ. 72. *v.* 28.

11. Roſa à multis malis hominem præſeruat. Theologi etiam diuinâ ope ſaluant. Abd. *c.* 1. *v.* 21. & ſeruant ad Tim. *c.4. v.16.*

12. Roſa centifolia maximoperè commendatur. Theologus centifolius, id eſt, plurimis ſcientiæ ac virtutum foliis efflorèſcens maximè laudatur.

13. Roſa ſpinis circundata eſt. Verbi Diuini mini-er, vt & quodlibet Eccleſiæ membrum eſt roſa inter pinas. Cant. *c.2. v.2.*

14. Roſæ floridæ diliguntur, flaccidæ negligun-ur. Theologi dum florent, dum vegeti ſunt corpo-s & integræ ſanitatis, hominibusque ad placitum in-ruiunt, diliguntur, dum verò medios inter labores aulatim deficiunt & infirmantur, dum inſeruiendo a-is, vt ille loquitur, conſumuntur, tandem contem-untur, negliguntur. Quæ mortalium ingratitudo ne-io quo fato communem doctrinâ vitæque ſanctimo-â clarioribus calamitatem, multorum bonorum re-oram & ruinam affert, cum tamen illis pro exan-atis proximorum gratia laboribus Herculeis, ani-i, ſi non corporis (quos ſanè quibuſuis animi labo-bus nobiliſſimis longè præferre ſolent rudiores udioris iudicii homines, malè ſani & quadrati m ingenio, quàm corpore mundi moriones) ulla non referri gratia debeat. Adeò verùm eſt, uòd ſæpiùs cogitaui: Quò quis doctior, eò infe-cior; etiam apud doctos ſæpiùs. Vt plurimùm nque literati tantùm non irreconciliabili conten-one, illaudabili ſanè æmulatione, ſe ipſos inui-m proſequuntur, ſolius gloriolæ vel lucelli ali-ius, nonnunquam nullius commodi, cauſa. Inui-

dent

dent nempè ſolùm vt inuideant. At verò ſemidocti atque ſemicocti verè doctis cumprimis inſidiantur, illiteratis imponunt coloratâ neſcio qua eruditionis laruâ. Mirandum verò atque miſerandum, inquit Philaretes, occulta quadam tyrannide (cuius canina inuidia comes, vulpina aſtutia pediſſequa) quæ maximoperè in verè doctos exercetur; inſolentes Martis pullos, fortunæ ſacrificos; collybones; fiſci comedones & quoſuis falſarios per fas & nefas è bonorum ſudore elicitis collectiſque ſplendidi illius metalliferæ terræ excrementi copiis euectos fortè ſatis callidè graſſari in illorum fortunas, virtutes & honores, qui tamen candidè iſtorum promouent ſalutem. Verendum ne quos flore ſuo fruſtrât inuidi, eorum fructu fruſtrentur auidi. Hoc namque fieri ſolet, vt qui nobiles notosq; flores negligunt, nouos verò malaciâ neſcio quâ correpti appetunt; vltrò ſubcreſcentibus tandem zizaniis contenti eſſe cogantur Plerunque enim qui facilè amittunt dignos, facilè admittunt indignos.

15. Roſæ inſidet & aranea & apis. Hæc mel, illa fel ſeu Venenum exſugit & indè conficit. E concionatoris ore ſunt qui mel, nec deſunt qui fel colligant & conficiant.

16. Roſa coronata eſt. Theologus, vt & quiuis pius Theophilus, modò bonum certamen certarit, curſum conſummârit, fidem ſeruarit, coronabitur coronâ vitæ. 4. Eſdr. *cap.* 2. *v.* 43. Sap. *c.* 5. *v.* 17. Iac. *c.* 1. *v.* 12. fidelibus promiſsâ. *Ibid.* repoſitâ. 2. Timoth. *c.* 4. *v.* 8. quam tandem reportabit. 1. Petr. *c.* 5. *v.* 4. Apocal. *c.* 2. *v.* 10. 17. In roſa non tam elegantiſſimus commẽdatur color, quàm ſuauiſſimus odor, ſaluberrimus ſapor, & inſignes atque infinitæ ferè virtutes. In Theologo, præſtantiſſimorum Theologorum iudicio, non tantùm colorati requiruntur contemplationum atque concionum floſculi, ſermonis elegantia, doctrinæ excellentia, ſed vitæ potiſſimùm odor bonus, ſapor ſalutaris, ſanctimonia, & continua Chriſtianarum virtutum exercitatio; vt conſcientiâ potius immaculatâ quàm ſcientiâ variegatâ, diligen-

gentiâ potiùs in vita quàm elegantia in doctrina in-
lareſcat; ne facienda ſolùm docere, non etiam docen-
a facere videatur: ne non tam ducere quàm docere
antùm gregem paſtor dicatur. Ipſe nanque vitæ ex-
mplo aliis præeſſe debet. Matth. *cap.5. verſ.13.14.15.*
6. Luc. *cap.8. verſ.16.* 1. Timoth. *cap.4. verſ.12.* Tit. *cap.*
verſ.7. Hebr. *cap.13. verſ.7.* 1. Petr. *cap.5. verſ.3.* Hinc
acerdotum vitia priuatorum vitiis multò grauiora
enſentur, Ierem. *cap.23. verſ.15.* vt & pœnæ grauiores.
lle enim ſeruus, qui cognouit voluntatem Domini ſui,
c non ſe præparauit, & non fecit ſecundùm volunta-
em eius, vapulabit multis ſcilicet plagis, edicto Pon-
ficis ſacroſancti, IESV CHRISTI apud Lucam *c.12.*
47. Viderit ergo Theologus, vt aliis præluceat, non
anquã ignis fatuus fatuis ad præcipitiũ ac ruinã, ſed
t lucida illa ſtella Magis ad Chriſtum. Equidẽ vt roſa
mabilis & laudabilis eſt ob inſignes virtutes ſuas: ita
mni certe amore & honore dignus Theologus ille,
nctiorum Theologorum ſententiis, qui Chriſtianam
xercet, veram, (non fucatam, fictam, pictam, hypocri-
cam) charitatem: ambitionis, arrogantiæ, argentan-
næ & mundanæ voluptatis tantus oſor, quantus ſa-
arum virtutum amator: tacitæ ſubtilis & occultæ ty-
nnidis, vt ita dicam, ſpiritualis nec autor nec auctor,
ui non dicit bonum malum & malum bonum. Eſ. *cap.*
qui non, vt in Euangelio Chriſtus loquitur, falſus
ropheta venit in veſtimentis ouium, intrinſecùs au-
m lupus rapax eſt: non aſtutus vulpes, non latrans ca-
s, non fœdus porcus, non ſuperbus mente pauo, non
λοτριοεπίσκοπος, vt D. Petrus loquitur 1. *Epiſt. cap.4.*
on tam τὸ χρυσὸν quàm τὸν χριστὸν amans: non vertum-
us & ambidexter: qui ſermonem DEI non caupona-
r, clauibus non abutitur pro lubitu & affectu; nec
iti, nec Ventri, nec Veneri potiùs quàm SS. Triadi
ſeruit: in ſumma, qui talis exiſtit, qualem D. Paulus
eſcribit. Sic aduerſariis, à quorum inſidiis & iniuriis
rò liber & immunis eſt vt quiuis Theophilus, ita
imprimis Theologus, omnis calumniandi occaſio

præſcinditur, rectè viuendi adſtruitur: ne per accuſa-
tiunculas illi varias, quas de ſacerdotibus fortè inau-
diunt, viam ſibi parare ſatagant, vt ſolent, ad propriò-
rum vitiorum neſcio quas excuſatiunculas. Non ali-
ter docendum, quòd ad ſcientiam; aliter credendum
quod ad fidem; aliter faciendum, quòd ad cõſcientiam
ſpectat: ſed fides, doctrina, ſcientia, & conſcientia har-
monicè correſpondeant. Aliàs, vt Theologus quidam
eximius canit,

Quiſquis Chriſtiadæ nomenque fidemque minatur,
Turpibus aſt auſis Chriſti ſacra cuncta prophanat,
Næ tuba ſit ſonitu ſublato prorſus inanis.

Luſciniæ illi Laconicæ apud Plutarch. *in Apopthegm. Lacon.* haud abſimilis, cuius vulſis pennis cùm exiguam & exſuccam carnem reperiſſet quidam Laco; vox es tu quædam, inquit, prætereaque nihil.

Quare θειοπραξία cunctis æquè commendata ſit ac θειολογία; vt ſint θεοσεβείας pariter ac θεοσοφίας candidati, ἡ γὰρ θεοσέβεια ἀληθινὴ θεοσοφία: ὁ εὐπράκτωρ εὐπραγὴς. Quas ſententiolas mihi dictauit pia meditatio, quæ iucunda Peripatetici ac nè in ocio quidem ocioſi animi deambulatio & exſpaciatio quaſi quædam. Sed & ipſe B. L. Theologum vult non modò ſcitè docere, ſed & ſanctè viuere, *ex Act. cap.* 1. *verſ.* 1. Sic enim ſcribit in προσφονήσει ad ſtudioſos, quum Pſalterii lectiones inchoaturus eſſet *Tomo II. Latin.* Ego hoc video, non eſſe Theologum, qui magna ſciat & multa doceat, ſed qui ſanctè & Theologicè viuat. Nam, vt eleganter Ouuenus canit in quodam Epigramm.

Nuda ſacerdotis docti benè credere inertem
Verba docent populum: viuere vita docet.
Vt decuit, docuit, qui re ſua verba probauit
Plus malè facta nocent, quàm benè dicta docent.

Et idem in alio quodam Epigr.

Nuncius auroræ priùs vt ſe ſuſcitet ipſum
Quàm reliquos, alas explicat antè ſuas.
Gallorum ritu verbi ſic præco ſacrati
Vt moueas alios, tu mouearè prius.

Et

Et in alio:

Hi mihi doctores ſemper placuêre, docenda
Qui faciunt, plus quàm qui facienda docent.

Hinc quatuor, religioſis maximè neceſſaria eſſe qui-
m ſequentibus verſibus innuit:

Propoſitum primùm fac ſerues: proſice ſemper:
Nil temerè taxa, fer patienter onus.

uæ omnia non minùs etiam Iuris & Naturæ conſultis
imaduertenda obſeruandaque: vt nimirum ille iuſtè
n agat quàm loquatur & ſcribat, atq; adeò ius ſuum
ique tribuendo re ipsâ Reipub. medeatur; non, vt
e,

Multa ſatis dicat, nilque ſatisfaciat.

c verò Medicè non modò conſultet, ſed & viuat; ne
angelicum illud ei obiiciatur prouerbium. Medice
ra te ipſum. Maleſani enim Medici malè-ſanum &
nſilium & auxilium. Imò re ipſa atque opere quo ve-
s artifex potiſſimum commendatur, medicus ſit.

CAPVT VIII.

ED, vt ad propoſitas parœmias & allegorias reuer- *Conferuntur allegoricè Fides & Roſa.*
tamur; inſtituitur & à Theoſophis ſimilitudo inter
oſam & Fidem.

1. Vt Roſa vernat inter ſpinas; ita Fides floret in
umnis. Hinc S. Hier. *Perſecutio eſt fidei coticula.* Hinc
rhythmicè Germani:

Wer zum Himmelreich iſt erkohrn/
Den ſtechen ſtets Diſtel vnd Dorn.
Item:
Dem fromm es wie der Roſen geht/
Die mitten vnder den Dornen ſteht.
Item:
Gleich wie die Roß/ein from Gemüth/
Zwiſchen den Dornen herfür blüth.

2. Vt roſa non modò eradiat colorem flagrantiſ-
ium, ſed & ſpirat odorem fragrantiſſimum, atque
eò hominem mirificè recreat: ita fides timorem DEI,

quæ ſapientiæ, & amorem, qui æternæ beatitudin[...] nitium, veram obedientiam, inuocationem, gratiar[...] actionem, quam ad plus dandum inuitationem voc[...] beati Patres, ſpirat, & in media morte refocillat. R[...] *cap. 14. v. 8. Siue viuimus, Domino viuimus, ſiue morim[...] Domino morimur.*

3. Succus roſarum refrigerat & roborat cerebru[...] cor, hepar & renes in ardentibus febribus, reſting[...] ſitim, reſiſtit venenoſitati ſeu malignitati peſtilent[...] li; præſentiſſimum remedium aduerſus inflammati[...] nes oculorum eſt. Fides refrigerat non ſolùm cap[...] hepar, & renes, id eſt intellectum, appetitum & conc[...] piſcentiam, ſed & ipſum cor, regiam ipſius vitæ ſede[...] temperat præcalidam huius intemperiem, quotie[...] ſpirituali aliqua febre infeſtatur, extinguit ignita m[...] iacula. Eph. *cap. 6. verſ. 16. Si quid lethale biberint, nequ[...] quam nocebit eis.* Eſai. *cap. 43. v. 2. Deducit nos ad aqua[...] vitæ.* Ioan. *cap. 4. verſ. 14. Cùm ambulaueris per ignem n[...] combureris, neque flamma ardebit in te. Facit decidere ſqu[...] mas ab oculis.* Act. *c. 9. v. 18.* Tob. *c. 11. v. 15.*

4. Vt Roſa occultas varias in ſe continet virtute[...] externis ſenſibus haud obuias (neque enim Roſa id ſ[...] lùm eſt, quod eius externa figura refert ſeu facies, ſe[...] interna forma & eſſentia variis qualitatibus & facult[...] tibus prædita Roſæ principaliſſimum eſt.) Ita fides e[...] iam, quæ non nuda Hiſtoriæ aſſeruatio, qualis fides e[...] iam diabolis tribuitur, ſed interna & firma in Chriſtu[...] mediatorem fiducia; haud externam ſolùm viſibiliu[...] & ſenſibilium atteſtationem continet; ſed internu[...] abſconditum theſaurum fouet, quo inuiſibilia viden[...] tur, & incomprehenſibilia comprehenduntur. Vnd[...] ſcitè Auguſtinus: *Quod vides, non eſt fides. Fidei non ſu[...] oculata manus, ſed cordata; comprehendunt etiam quod no[...] vident, capiunt quicquid cupiunt.*

5. Vt roſa tum demum gratiam & gloriam mere[...] tur, cùm non ſolùm elegantiâ oblectat, ſed & virtut[...] ſuâ fructuoſâ eſt, nec floris ſolùm rationem habet, ſe[...] & fructus vſum præſtat. (In roſa verò flos etiam ipſ[...]

frúctu[...]

ctus eſt naturæ beneficio, quæ in illa coniunxit in a-
plantis ſeiuncta, vt de fructu illo rubello nil dicā.)
fides, ſacroſancta roſa, non ſolùm florifera, ſed &
gifera ſit, diuinis virtutibus prædita: vt eâ Chriſtia-
s ſit & fidens & faciens. Hinc enim fides à fieri dicta
letur: vt nimirùm fiant fidei conſona:

Namque animant dubiam facta ſerena fidem:

eleganter cecinit Scaliger meus.
âs Pharıſæi, vt Ouuenus canit,

Dicunt, non faciunt: culpa eſt ea temporis huius:
Fiat quod dictum eſt. dicitur indè fides.

6. Vt roſa, vel è roſa facta medicina *ipſi ægro non a-*
io corpori applicanda, ſiquidem operationem ſuam
ficere debeat. Ita fides haud aliena mutuatitia, ſed
ppria requiritur vnicuique: Abacuc *cap.* 2. *v.* 4. Ioan.
. 3. *verſ.* 36. Roman. *cap.* 1. *verſ.* 17. Galat. *cap.* 3. *verſ.* 11.
br. *c.* 10. *v.* 38.

CAPVT IX.

Roſa charitas comparatur.

VT Fides, ita etiam germana fidei ſoror, Charitas,
cum Roſa meritò confertur.

1. Etenim vt Roſa pura eſt ac nitida, nec fœda nec
ida; ita charitas Chriſtiana, nulla inficit vel infici-
labe. Malum enim proximo non operatur, Roman.
. 13. *verſ.* 10. non cogitat malum. 1. Corinth. *cap.* 13.
rſ. 5.

2. Vt roſa è tenello calyculo emergens ſeſeque ex-
ndens adeò aperta eſt, vt introſpicere & ſuauıſſimi,
em liberaliſſimè profundit, odoris particeps fieri
uis queat. Ita charitas aperta eſt nec ſimulata. 2. Co-
t. *c.* 6. *v.* 6.

3. Roſa flos omnium florum nobiliſſimus & prima
mmaque florum gloria eſt, editiorumque propterea,
orum florum reſpectu, locum occupat; vt in ſequen-
à me aliquando exercitii gratia fictâ fabulâ declara-
r. *Roſa, Viola, & Lilium, floridiſſimæ plantarum Divæ,*
atiari aliquando & ſuauiore ſanctioreque colloquio inter

ſe conſultare cœperunt, quânam quæque fixâ ſede commod... reſideret: habitis tandem & vnanimi conſenſu edictis con... liis, Roſa tanquam Reginæ, & quæ virtutum omnium ... ginam, Charitatem, etiam in alterâ vitâ floritur am, repr... ſentaret, editiorem; Violæ, humilitatis ſignifera, humilde... Lilio verò, quod caſtitatem referret, medium aſſignauere ... cum. Quam collocationem ab ipsâ Naturâ confirm... tam etiamnum hodierno die ſtabilem obſeruamus. ... Charitas omnium Chriſtianarum virtutum nobiliſſi... ma & principaliſſima eſt, æternûm floritura. 1. Corint... *c.* 13. *verſ.* 5.

4. Roſa licet omnium plantarum caput ſit ac dec... ſeſe tamen non attollit faſtuosè, non in ſummis ſu... marum arborum verticibus reſidet, non eminentio... affectat loca, ſed humiliore fruticeto, roſeto, conte... ta ſeſe quodammodò verſus terram deflectit, vultu... que ad modeſtiam componit. Vndè crediderim, R... ſam non cœlum ſolùm, patrem, ſed & terram, matre... vndè nata ſit atque nutrita, velle aſpicere; ac ſi t... caducæ creaturæ ſibi minimè liceat rigidâ ceruice... latâ fronte, ſuperbo vultu creatorem ſuum intueri. ... Charitas non inflatur, non eſt procax. 1. Corinth. *c.* 13. *verſ.* 4.

5. Vt Roſa non modò apiculas, ſed & araneas a... mittit ſuccumque eis concedit: ita Charitas nequ... quam cuiquam inuidet. 1. Corinth. *c.* 13. *v.* 4. non va... verbis delinit animos egentium, ſed re iuuat, vbi re... pus eſt, & dat potum inimico ſuo. Rom. *c.* 12. *v.* 2 ... ceſſitatibus ſanctorum communicat, hoſpitalitatem ... ctatur. Rom. *c.* 17. *v.* 13.

6. Vt odor, quem Roſa vi natiui caloris exhal... prodeſſe ſolet ſæpius non ſolùm ſyncopticis, ſed &... poplecticis & Epilepticis, ratione fragrantis recrea... tiſque odoris. Ita odor charitatis, id eſt, preces arde... tes, Epileptico ſpirituali multùm conducunt. Iac. *c.* 5. *verſ.* 14. 15. 16. Marc. *cap.* 7. *verſ.* 32. Adducunt ei (Chr... ſto) ſurdum impeditæque linguæ & precantur eum, ... imponat illi manum. Quod remedium ſacrum tanq... præſe...

præſentiſſimum & efficaciſſimum libro de ſacro morbo curãdo etiam preſcribit Hippocrates. *Defer,* inquit, *correptum in locum aliquem ſacrum, & cura publicas preces pro eo fieri. Ipſe quoque DEVM ſupplex oret, vt ſi vel ſuâ vel parentum culpâ in tam triſtem morbum inciderit, culpam primum ignoſcat, deindè à morbo liberet.* Et addit grauiſſimam ac ferè verè Euangelicam ſententiam: *DEVS eſt, qui maxima ac ſceleratiſſima peccata purgat, & qui liberatio noſtra exiſtit,* hoc eſt; DEVS remittit peccata & mitigat pœnas. Si addidiſſet, per & propter filium, Dominum IESVM, probè & verè Euangelicè loquutus Hippocrates fuiſſet: adeò mira & diuina illa verba ſunt, ab Ethnico non omninò Ethnicè, imò omninò non Ethnicè, ſed Chriſtianè, prolata. Neq; enim ducem animi ſui habuit, quem nos habemus, Dominum IESVM CHRISTVM. Nihilominus tamen veritatis lux etiam in tenebrarum cæcitate ſui ſpeciem præbuit, antequam de cœlo coram fulgeret nobis gratioſiſſimâ reuelatione. Adeò cognatum eſt lumini Diuino lumen naturale, hoc illius quaſi radius prælucẽs. Vt verè dicere queam: vbi deſinit lumen Naturæ, ibi incipit lumen Diuinæ gratiæ: item vbi inſufficiens lumen Phyſicum, ibi ſufficiens lumen hyperphyſicum; cui illud ſæpè laudabiliter ſubſtitutum, etiam ab Ethnicis, in rebus à Diuina infinitate & inacceſſabili luce remotioribus, nec vſque adeò ſecretis & ſacratis; vtpote in quibus vniuerſa natura & omnis ratio humana cæcutit.

CAPVT X.

COMPARATVR inſuper & Roſæ altera fidei ſoror, Spes, atq; animi in cruce ſtabilitas ſeu patientia. *Similitudines inter Spem & Roſam.*

1. *Vt roſa & è mediis conſurgunt lilia ſpinis:*
   Sic ſpes firma ipſis creſcit ouatque malis.

Vt roſa ita & ſpes ſpinis iuuatur potius quàm impeditur. Nã vt roſa ſpinis ſuis firmatur & conſeruatur; ita ſpes, tanquã ſacra anchora, ſpinis illis ſuis, quas vtriq; eius parti affingũt Poëtæ, reflexis nititur & vero fundamẽto, Domino IESV CHRISTO, inſiſtens acquieſcit.

2. Vt roſa à roſeto, cui adhæret, auulſa tandem ſe-renam ac nitidam amittit faciem, eamque cum liuid[o] commutat cadauere, quod Chymici caput mortuum vocare ſolent: ita ſpes à baſi ſuâ, Chriſto, abſtracta plumbeâ & cadauerosâ facie expaleſcit.

3. Quemadmodum Roſa ſolenni reſurrectione ad æternitatem ſedulò aſpirat, dum ad hyberni quidem aëris inclementia aliarumque circumſtantiarum violentia & iniuriâ præpedita effloreſcere non poteſt, ſed in ſucco ſuo ceu matrice adhuc latitans retropellitur ad imas radiculas, tanquam ſacram arcem & anchoram, donec verno tempore viuifico ſolis calore reſuſcitetur: ita ſpes ſæpiùs quidem à tempeſtatum & rigidæ frigidæque hyemis inclementia repellitur: nihilominùs tamē viuifico SS. afflatu reſuſcitata nunquā non effloreſcere ſatagit & ad ſalutē æternā perpetuò aſpirat eamq; tandem cōſequitur, vt teſtatur D. Paul. 1. Theſſ. *c.* 5. *v.* 8.

4. Roſa hominem multis modis ac mediis, colore, odore, ſapore, recreat ac corroborat: nec putrefit, nec putrefacit. Ita patientia victrix tandem exornat & exhilarat; nec putrefacit, nec pudefacit. Imò patientiæ beneficio, quæ donum DEI. Rom *c.* 15. *v.* 5. mediis in ærumnis exultamus. 1. Petr. *c.* 1. *v.* 6. Exemplo nobis ſunt Apoſtoli. Act. *c.* 5. *v.* 41. Martyres &c.

5. Roſæ tum ſuccus tum liquor deſtillatus blandè refrigerat. Patientia curarum, paſſionum, afflictionum ardorem ac feruorem ſub crucis iugo extinguit. Roman. *cap.* 5. *verſic.* 3. 4. 5. Gloriantur in oppreſſionibus, ſcientes, quod oppreſſio patientiam efficiat; patientia verò experientiam: experientia autem ſpem: porrò ſpes non pudefacit: iacta quidem ſuper Dominum, vt David præcipit Pſalm. 55. *verſ.* 23. Certus ſum enim, inquit gentium Doctor ad Rom. *cap.* 8. *v.* 38. quòd neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia; poterit nos ſeparare à charitate DEI, quæ eſt in Chriſto IESV, Domino noſtro. Quemadmodum autem

item duo ſunt aduerſus Venenorum malignitatem a-
xipharmacorum genera; calidum & frigidum: ſic cō-
à tentationem patientia & ardens ad DEVM preca-
o duo ſunt præſentiſſima remedia.

6. Quemadmodum S. Tiburtius Martyr ſuper pru-
is candentibus incedens nudis pedibus, mihi, animo
eroicâ patientiâ diuinitùs firmato, ait, hæ prunæ roſæ
identur: ita quilibet etiam Chriſtianus quauis paſſio-
e, perſecutione & calamitate afflictus ardentiſſimas
alorum prunas pro blandiſſimis roſis habere, crucem
ro luce agnoſcere debet.

7. Vt roſæ corollas nobis ſuppeditant iucundiſſi-
nas & gratiſſimas: ita patientia & conſtantia capiti no-
ro coronam gloriæ & vitæ imponunt cœleſtem. Eſai.
28. *v.* 5. Apoc. *v.* 2. *c.* 10. Eſto fidelis vſque ad mortem,
t dabo tibi coronam vitæ. Matth. *c.* 5. *v.* 12. Gaudete
t exultate, quoniam merces veſtra multa eſt in cœlis.
Iatth. *cap.* 10 *verſ.* 22. Qui ſuſtinuerit vſque in finem,
eruabitur.

8. Quemadmodum Roſa non tam externo colore
uàm interna virtute ſuâ roborat: ita etiam vera, firma,
iua ſpes mentes Chriſtianas non tam externo fuco &
anitate colorat, non tam confundit, vt diuerbium ſo-
at, quàm corroborat 2 Paral. *c.* 13. *v.* 18. Pſ. 22. *v.* 4. &
Eccl. *c.* 2. *v.* 11. Rom. 5. *v.* 5.

9. Quemadmodum è roſeto non ipſa ſtatim per-
ecta roſa exſurgit: ſed paulatim è calyculo ſeu alaba-
ſtro rudiore atque crudiore enaſcitur: ita etiam ſpes,
uamuis non ſtatim ſit ipſa res, ſenſim tamen ex ipſius
ei rudimentis efflorescit, atque in rem ipſam tandem
ermutatur, adeò, vbi deſinit ſpes, ibi incipiat res. Aliâs
nè infelix homo ſit,

Spes cui ſemper adeſt, res cui ſemper abeſt.

pes ea vera non eſt, ſed ſpei ſolummodò, non rei, ſpes,
mò ſpei deſperatio, vmbrę vmbra, quā Ariſtot. Laertio
eſte vigilantis ſomnium appellauit. Cæterùm ſpe no-
trâ ſæpiùs inebriata fortuna tandem ſeſe dedere ipſa
olet. Sed videndum, quantum fidendum. Vt roſa, ita &

ſpes & fortuna, blanda quidem, allicit ſæpiùs vt allidat. Iſta præſertim ſine pedibus oberrans mortalium ficta potiùs quàm facta Domina, quæ, vt Curtius loquitur lib. VII. manus & pinnas tantùm habet; cùm manus porrigit, pinnas quoque comprehendere non ſinit, commouere non deſinit.

10. Quemadmodum eximiis roſæ virtutibus a innumeris internis & externis affectibus ſaluamur & ſanamur. Ita nec tam magna, nec tam multa, nec tam mala nobis accidere damna queunt; quin ab iis vera viuaque ſpes liberare ac ſaluare poſſit. Spe enim ſalui facti ſumus, inquit D. Paulus Roman. *cap* 8. *verſ.* 24. Validiſſima vt Roſa, ita & Patientia eſt. Atque vt elegantiſſimè ſcripſit Eliſabetha Ioanna Weſtonia, virgo Angla, genere, virtute, doctrinâ, nobiliſſima;

Nil adeò validas habet, vt Patientia, vires:
Vim vincit, vires nec mouet ipſa ſuas.

Notatu dignum hîc; æque alias ac tres præmemoratas Virtutes Chriſtianas, ſororio harmonicè vnitas vinculo, roſis comparari poſſe: tum & gloriam & honorem & fortunam & artem & pacem, & voluptatem & alia quamplurima. Nobis ſufficiat hîc gratæ breuitatis memores exempla, quædam ſolùm attingere, ad maiora melioraque viam aliis præmonſtrare, & haud contemnendam amplificandi occaſionem relinquere.

CAPVT XI.

Roſa comparatur Princeps.

PRINCIPEM hominum principi florum comparare nunc animus eſt; non tam quòd id pro ſubiecti dignitate præſtare poſſim, vt velim, quàm quòd pro ſimilitudinis commoditate velim, vt debeam. Præſertim cùm principis conſideratio (aliâs quidem Politicæ & altioris indaginis) non vſque adeò aliena ſit à Medica facultate: quæ profectò ipſa communia ſua prædicamenta quodammodo tranſcendere & latiſſimè ſeſe ad omnium ſcientiarum facultatumque obiecta

exten-

extendere videtur: vt eam etiam ſcitiſſimè Paulus Scalichius Sacroſanct. Doctor Comes Hunnorum, Baro Zkradinus, non tantùm in omnibus ſcientiis, ſed & omnes ſcientias in ipſa eſſe atque contineri ſtatuat in ſua Encyclopœdia; venerandum ſequutus Hippocratem noſtrum, qui libro περὶ εὐσχημοσύνης, de elegantia, ſequens ex auguſto aurei oris ſui templo protulit oraculum: Διὸ δεῖ μετάγειν τὴν σοφίην ἐς τὴν ἰητρικὴν, καὶ τὴν ἰητρικὴν ἐς τὴν σοφίην. Ἰητρὸς γὰρ φιλόσοφος ἰσόθεος: id eſt, Oportet igitur traducere ſapientiam ad Medicinam, & Medicinam ad ſapientiam. Medicus enim Philoſophus quaſi D E V S quidam eſt. Et paulò poſt: καὶ ἔνι τὰ πρὸς σοφίην ἐν ἰητρικῇ πάντα; & quæ ad ſapientiam requiruntur, in Medicina continentur omnia. Catenatim nempe cohærent ſororioque vinculo ſunt vnitæ liberales facultates ac ſcientiæ, nec Iuriſconſulto Iuridicis Medica, nec Medico Medicis Iuridica accommodare prohibitum. Cuiuis de quibuſuis pro donis à D E O ſibi neutiquam fruſtra, ſed ad triplicis ſanitatis, mentis, corporis, & fortis conſeruationem conceſſis, commodè diſſerere licet: Imò paucis licet. Platonis placito, benè gubernare nil aliud eſt quam peritè medicari. Cuius & ſententiæ eſt Ariſtoteles. Ammianus Marcellinus ſcribit Imperium nil aliud eſſe quàm curam alienæ ſalutis. Vndè præſtantiſſimi Iuriſconſulti arcana Iuridica & Politica remedia vocant. Ipſe Imperator Leo in Prooem. Nouel. Conſt. Sunt, inquit, leges tanquam cuſtodes quidam vitæ noſtræ & medici, dum mala partim ne oriantur ac in communem vitam promanent, impediunt, partim verò quæ mala occulta ſunt inſinuanterq; irrepſerunt, eorum noxam corrigunt, ac velut radicitùs vitioſitatē euellunt eamq; non ſinunt corroborari. Et quid aliud Theologia quàm animæ, quid Philoſophia, cognata illius, quam animi medicina? Quid Politica vel Iuriſprudentia aliud quã Iuris, Fortunæ, Reip. Medicina? Quid Princeps? Reip. medic⁹. Ita nãq; à Thucydide, Liuo, & c. vocatur. Natura verò vitæ, viriũ, totius Microcoſmicæ Reipubli-

Reipublicæ & ipſorum medicorum princeps. Medicus conſiliarius. Poteſt equidem ſcitiſſimè inter legem & medendi methodum, regem & medicum, gregem & ægrum comparatio inſtitui, iuxta ſequens Anglici Poëtæ epigramma:

Rex paſtor, populiq́ greges ſunt, pabula leges:
Æger grex, medicus Rex, Medicinaq́ lex.

Hinc cùm Rempublicam non aliter ac humanum corpus certos ſuos pati morbos, cauſas morbificas, paroxyſmos, ſymptomata, certas ſuſtinere criſes atque curas animaduerterint Politici, ex medendi methodo vtilia pariter & iucunda plurima mutuatos ad Politiæ tum præſeruandæ tum curandæ vſum accommodatiſſimè eos tranſtuliſſe videmus. Sed ad rem.

1. Roſa inter flores regina eſt quaſi DEA quædam. Principes inter homines Dii quaſi quidam ſunt & appellantur. Pſalm. 46. *verſ.* 10. & Pſalm. 81. *verſ.* 6. Exod. *cap.* 7. *verſ.* 1. & *cap.* 22. *verſ.* 8. Hinc Fabius Pictor *lib. de aur. ſecul.* Principes, inquit, quia in aureo ſeculo iuſti erant, & religioni dediti, iure habiti dictique ſunt Dii. Nam & à Poëtis, vt Heſiodo & Statio ἡμίθεοι, ſemidei, ob diuina & heroica munera vocantur. Plutarchus in Themiſtocle regem εἰκόνα Θεοῦ imaginem DEI nuncupat, & Menander principem dixit εἰκόνα ἔμψυχον θεοῦ, imaginem animatam DEI. Et eſt profectò principum Princeps, Imperator, in terris, quod DEVS in cœlis: fungitur enim DEI vice, *vt notat gloſſ. ad princip. nouell. ad verba*: in nomine Domini: eſt optimus maximus, *l. in honorib. ff. de vacat. muner.* Vndè etiam domus illius vocatur diuina *in l. ad inſtructiones & ibi gloſſ. de ſacroſ. eccleſ. C.*

2. Generoſa roſa eſt. floruit à Mundi primordio, generis antiquitate virtutumque nobilitate celebratiſſima. Celebrantur & principes generis antiquitate virtutumque auitarum perpetua nobilitate. Præſertim verò principum principes, Auſtriæ Archiduces sereniſſimi; quos ſingulari DEI gratiâ præ aliis omnibus

fretos

ſretos tot ſeculis eminentiſſimè floruiſſe, tot coronis conſtantiſſimè claruiſſe, tam laudabiliter Imperio præſſe, duodecim ex vnâ illâ Proſapiâ ſereniſſimâ ſacro Regum atq; Imperatorum ſeminario, electos eſſe Cæſares (quæ gloria ipſi ſoli competit, nulli alii contigit familiæ ab Orbe condito) quis non ſummis euehat laudibus? quis non animitùs gratuletur ſacratiſſimæ Proſapiæ, diuinitùs omninò benedictæ?

3. Sunt in roſa calidæ & ſpirituoſæ partes atque qualitates; ſunt & aquoſæ frigidæ; ſunt humidæ, ſunt ſiccæ, omnes à Naturâ harmonicè temperatæ ad diuerſos vſus pro re nata. Eſt in principe Chriſtiano heroici cuiuſdam Zeli ſpiritus ac feruor: ſed & clementiæ beneficus humor; vt iniquè preſſorum & iniuſta patientium ſubditorum lachrymas æquè iuſticiæ calore exſiccare ac ſqualorem eorundem querulorum benignitatis rore rigare: improbos vindicta & pœna vrere; probos verò atque dignos præmiis refrigerare ac recreare: atque adeò omnia harmonicè temperare queat, patriæ & pater & dominus. O verè iuſtum & legitimum illum principem, inquit *Lipſ. in Polit.* qui in ſummo faſtigio non magnus magis, quam bonus audire deſiderat, & duas res diuerſiſſimas, Potentiam ac Modeſtiã, illam à fortuna, hanc à virtute deductam, miſcet. Quem prodeuntem certatim, veluti beneficium & ſalutare quoddam numen aſpiciunt: inter amorem timoremque medii & alternis iudiciis ambigentes, Dominum ſalutent & patrem.

4. Vt reginæ roſæ præſentiâ reliqui flores tum illuſtrantur aſſiſtentes, tum obſcurantur reſiſtentes; dum, ſi vel maximè coloris varietate figuræque raritate cum illa certare conentur, virtute tamen, gratiâ & gloriâ longè inferiores maieſtati, quâ Roſa prælucet, cedere cogantur. Adeſt enim ei, quicquid aliis deeſt, nec ipſi deeſt quod illis adeſt. Vt reliqui floſculi Roſæ tributarii quaſi quidam & vaſalli videantur. Equidem

Floribus

Floribus excellens pulcris acede roſetum:
Conſpirant flores quiſuis odore ſuo.

Ita Imperatoria maieſtate præfulgente omnes aliæ poteſtates aſſiſtentes potentiores, reſiſtentes impotentiores videntur:

---- atque omnis iudex omni'que poteſtas
Atque magiſtratus ipsâ præſente quieſcit.

Et vt roſa aliis aſſociata atque coniuncta floribus iiſdem gratiam decusque affert. Ita ſacratiſſimus Principum Princeps aliis principibus, tum & vaſallis, clientibus, ſubditis, auguſtiſſimâ præſentiâ ſuâ gratiam & gloriam communicat.

5. Vt regalem coronam gemmea potiſſimum ornat roſa, non luteum ſolùm metallum: ſic nec vaſtiſſimum territorium, ſed inclytus Rex benè conſtitutum regnum, princeps principatum ornat.

6. Vt roſetum haud viridium foliorum quantitas, ſed vel candidorum vel rubellorum florum dignitas celebre reddit: ita Imperium, Regnum, principatũ, haud viridantium vel virulentorum populorum numerus innumerus, ſed principum, ſed nobilium & clarorum virorum virtus inclareſcere facit.

7. Vt ad roſeum propius plantatum Lilium quo magis emergit, ſupercreſcit, & luxuriat, eò magis in ſpinas impingens vel leuiculo venti flatu periculosè ſauciatur: ita ſuperiori principi vicinus inferior, plus iuſto emergens, non ſine periculo, non ſine vulnere, leuioris etiam flatus impulſu, floridum attollit caput.

8. Qui roſas incautè comprehendunt ac decerpunt, in ſpinas facilè impingunt atque imprudentiæ pœnas luunt. Principes improuidè qui accedunt, vel ſpinoſa eorum roſeta, id eſt, acutiſſima conſilia, peruestigare, ſenticoſa iudicia carpere, armata auxilia intempeſtiuè captare ſatagunt, vix impunè ferunt facilèque læduntur. Aculeata principum arcana ſummique ſtatus flores, non ſine periculo colliguntur, pertentantur, vſurpantur. Aculeis horret illud principalium arcium

arcanorum roſetum: fulguribus & fulminibus tonat
terret illud ſummorum conſiliorum cœlum, arma-
rum concilium.

9. Arcanæ roſarum qualitates, intimæ ac integræ
rtutes nō tam in nudis ac integris foliis quam his iiſ-
m ſaccharo ſepultis, reconditis, & ab ambientis aëris
uria præmunitis conſeruantur. Arcana principum
nſilia denudata manifeſtataque langueſcunt, inter-
nt, euaneſcunt, nec niſi candido ſilentii ſaccharo cō-
a in vigore conſeruantur, & ab ambientis rumoris
uriâ præſeruantur. Non enim niſi ſepulta viuunt
cana, continuo delectantur ſomno; ſuſcitata mori-
tur, reſurgentia in nihilum abeunt. Perpetuis vete-
m ſimilia ſunt ignibus ſubterraneis: nec detegi, nec
ingi volunt. Diuiniora abſtruſiora. Longè alia quàm
arum rerum arcanorum eſt natura. Non niſi captiua
ertatem & ſecuritatem obtinent: perpetuo gaudent
rcere. Alia famæ ratio: quæ abſcondita ſuffocatur.
canorum recluſorum mox reſoluitur ac euaneſcit
ritus.

10. Quemadmodum roſa inter ſpinas; ita Princeps
er ardua negotia ſpinoſaque pericula, multa certè
gnaque conſtitutus, ſubditos poteſtatum amaſios,
bernandi cupidos, à dominandi libidine deterret.
eo namq; iudicio obtemperare quàm imperare tum
ilius tum tolerabilius. Summis honoribus ſumma
nt coniuncta onera. Fructus honos oneris, fructus
noris onus. Vt, quemadmodum Propheta exclama-
, mors in olla; ſic ego meritò exclamem: mors in au-
. Mole ſua laborant grauiſſima quæque in ſummo
nſtituta infimis fiunt obnoxia. Et vt ſordidatâ fortè
ectorum iniuriâ roſæ facie, deficiente liberaliore
grantiâ, vel impingentibus in ſpinas incautis car-
oribus, caſus in culpam translatus innocenti roſę im-
tatur; ita principi non rarò vel inopinatâ ſorte ir-
mpentia vel inſidioſo Marte irrepentia cuncta incō-
oda ſolent adſcribi, commoda derogari: ac ſi ſolus
ſſet aut deberet omnia omnibus afferre bona, auferre
mala.

mala. Mole ponderoſa è l' imperio; prouerbium eſt Ita-licum. Homeri troppo robuſti per la ſouerchia confidenza precipitano. Troppo deboli per la fiacchezza ſoccombono. La fortuna vuol caminarvi ſopra: Il grandezza è un ben eminente, riſpoſto frà piu cupi receſſi della difficoltà. Anfratti, labirinthi, voragini la ricuoprono, ſepeliſcono. Dominatio moles ponderoſa eſt. Humeri nimis robuſti ſuperba confidentiâ præcipites aguntur, infirmiores languore ſuccumbunt. Incumbare & ſupergredi ſuperba vult fortuna. Magna authoritas eminens bonum eſt, in intimis ac profundis difficultatum receſſibus conſiſtens; quod ineffabiles anfractus, labyrinthi, voragines, adobruunt ac ſepeliunt. Aliâs prudens atque eruditus princeps vel ioco tractat aduerſam, ludentem, atque inſolentem fortunam. Il prudente ed erudito tratta la cattiua fortuna per ſcherzo.

11. Recentia tenellaque roſaria probe radicatis facilius intereunt. Recentia regna prius quàm longâ antiquitate confirmata recidunt vel in priſtinum ſtatum vel in omnimodum interitum. Nouelli principes pluribus inſidioſæ inuidiæ ſpinis obnoxii ſunt quàm cæteri: quemadmodum teneriores, iuniores, ſuperiores roſeti ramuli ſpinoſiores; minùs ſpinoſi ſolidiores, adultiores, inferiores.

12. Roſis verè refloreſcentibus omnia reſurgere, florere, viuere, vigeſcere, videntur: quo tempore, vt Tibullus canit,

Floret odoratis terra benigna roſis.

Florentibus principibus floret populi ſalus: omnia tunc viuida & vegeta obſeruantur; marceſcentibus verò iiſdem cuncta ſimulſqualeſcere & marceſcere ſolent.

13. Roſa gratioſa eſt: & ex gratia eius ſumma gloria. Gratiâ & gloriâ illuſtriſſimi in ampliſſimo hoc mundi theatro principes celebrantur.

14. Generoſa roſa nobiliſſimis virtutibus prædita aureâ comâ à natura decorata eſt. Reges potentia, factis, & virtutibus inclyti aureâ coronâ redimiti ſumma

venera-

neratione conſpiciuntur. Receptæ quidem olim et-
m erant è floribus paratæ coronæ, quò ſortis & con-
tionis ſuæ reges, homines non minus mortales, me-
ores eſſent, & Plinii monito conſiderarent, ea, quæ
ectatiſſimè florent, celerrimè marceſcere.

14. Roſæ reperiuntur præſtantiſſimæ centifoliæ.
ræſtantiſſimi ſunt & quidam principes, poteſtatis ac
rtutis ratione verè centifolii. Inter quos principum
rinceps noſter, Imperator pius, felix, inclytus, victor
triumphator ſemper Auguſtus. Quem ob ampliſſi-
a, quibus potitur, regna, ſummas ob virtutes, multas
agnaſque dotes, roſam & piè & verè nominarim, non
entifoliam, ſed millefoliam, æternum florituram. At-
ue hæc Auguſta Roſa ſempiternis meritiſſimorum
ncomiorum roſis decorata nunquam in vrbe Chriſtia-
o defloreſcet. DIVVs FerDInanDVs CoronatIs fre-
Vs rosIs VIrebIt. Quo Chronologico vaticinio non
auca, non parua, contineri ſapiens lector intelliget. Vt
hôc: DIVVs FerDInanDVS roſeIs fretVs CoronIs
IgebIt. Et hôc: DIVVs FerDInandus Cæſar regIIs
etVs rosIs VIret.

15. Roſa ſanitati hominum inſervit. Rex vel prin-
eps ſaluti eorundem præeſt atque proſpicit. Dicitur
dè βασιλεὺς, quòd in eo tanquam baſi quadam populi
ndata ſit ſalus. Hinc Ouid. 2. *de Ponto*,

Regia, crede mihi, res eſt, ſuccurrere lapſis.

16. Roſa non per ſe & à ſe ipſa eſt, ſed à DEO. O-
nis principatus, omnis poteſtas non niſi à DEO eſt.
oman. *c.* 13. Ex DEO ſuſpenſa ſunt omnia; à quo ſunt
mnes cauſæ cauſarum. Senec. II. *quæſt. natur.* Omnes
vno illo principe creatore creaturæ principes; ipſa
ter metalla Aurum; inter flores Roſa; inter animantes
rreſtres Leo vel Monoceros, aquatiles Balæna, aë-
as Aquila, inter homines (qui cœleſtia ſunt & diuina
uædam animalia) principes & Reges. Quibus proindè
EVS ac diuina primum omnium curæ ſint. Primum
t, inquit Ariſt. *lib.* 7. *Polit c.* 8. cura rerum Diuinarum.
ecet enim, vt Diogenes Stoicus apud Stobæum lo-

 quitur,

quitur, quod optimum eſt, ab optimo coli, & quod im-perat, ab imperante. Quò quis in Rep. maiorem di-gnitatis gradum adeptus eſt, eò DEVM colat ſubmiſ-ſius. Agapæt. *prec.* 1. Diuitiæ, inquit idem Agap. euaneſ-ſcunt, vulgi fauor vt aura vaneſcit, ſola vitæ DEO pla-centis gloria immortalibus ſeculis extenditur, & trans obliuionis tenebras collocat poſſidentes. Roſæ ad exorientem ſerenâ fronte Solem lætam, conuertere ſolent faciem. Ad ſummum ſanctiſſimumque Solem DEVM, pius princeps alacrem conuertit vultum. Nam vt Roſa minimè zizaniæ more ſpontaneo creſcit ortu, ſic nec pius princeps tyrannorum more exſurgit inſur-gitque, ſed DEO ſatus, populo gratus, effloreſcit. At proindè aureæ Regum coronæ ſpineæ Regum Regis coronæ meritò ſubmittuntur. E roſarum enim ſentibus ſeu ſenticoſis rubi virgis factam eam, quam ſanctiſſimo Chriſto ſceleratiſſimi Iudæi impoſuêre, coronam exiſ-ſtimo, cunctis Regibus ad exemplum atque in perpe-tuum monumentum, vti ſeriò ſeduloq; conſiderarent, roſeam quidem regum, ſed & ſpineam eſſe coronam, ſuperiori ſubordinatam. Omnis namque humana po-tentia Diuinæ omnipotentiæ ſubiacet. Ab hoc lumine claritas illa. Principalis ſplendor reſplendeſcens ſeu-re nitens eſt opalinis in columbini colli pennis co-lor, qui non niſi ſolarium radiorum colluſtratione cla-reſcit.

17. Roſa cœlitus defluente rore rigata ſuſtentatur ac recreatur. Princeps cœleſti imbutus rore Diuinâ gratiâ recreatur, floreſcit, & à marcore, quem terreſtris ſqualidæque minitatur intemperies, præſeruatur.

18. Roſa non ſolùm videtur & habetur, ſed & eſt bona, bella. Ita & Princeps eſſe quàm videri probus ma-lit. Salluſt. *in Catilin.* Vt roſa, ita & princeps non colo-rem ſolùm externum, ſed & tincturam internam, ſpiri-tum ac eſſentiam habeat. Nam ſine actionibus palliata pietas, quàm quis vultu, voce, colore præ ſe fert, non vera, ſed vana eſt, imò nulla. Vt poma in terra Sodomæ naſcuntur non-poma, quæ contacta in fumum abeunt

&

compreſſa nil niſi vaporem, vel cinerem vel fauillas
nittunt : talis externa & verboſa illa pietas ſine in-
rna ſubſtantia, ſine vitali operum ſucco. Sola pro-
interna probitas. Roſa ſimplici veſtita habitu,
nplici colore decorata. Simplex etiam ſit princi-
s animi veſtitus, non multicolor, non varius men-
habitus, non fallax affectus, non ſimulationis
uâ contectus vultus : licet roſas modò candidas,
odò rubras, modò ſubrubentes, modò purpu-
as, modò flauas, modò cœruleas, modò artifi-
oſo ſulphuris ſuffumigio variegatas, reperiri Prin-
pi pulcherrimum ad exemplum atque imitationem
etendere quis poſſit. Verùm colorum augmen-
virium decrementum roſas pati obſeruamus.
uid in flauis vel fragrantiæ, vel efficaciæ? Quò
ures in variegata roſa colores, eò plures corru-
ones, pauciores reſeruantur vires. Vt omninò
nceps multicoloris ſimulationis contaminatione
riegatus atque variè agitatus tetri ſulphuris ſuf-
nigio colorátæ & artificioſè corruptæ roſæ com-
rari queat; vel ferreo flori ſuperficietenus inau-
o, cuius interna vilitas futilitaſque tempore tan-
m atque vſu proditur. At ſimulationis ceruſsâ li-
æ mentis maculæ næuique turpiores obtegi ſolent
nnunquam nonnullius vel promouendi commodi
euitandi incommodi gratia. Sed, vt verùm fa-
mur, ſine manifeſta quidem ſæpè iactura non poſ-
t non ſimulare, & apertam quidem frontem,
uſam verò mentem circumferre principes. Ne-
t regere, qui neſcit tegere. Denudata principis
ns nobilis matrona eſt ſine ſtola in publico. Vel
rrorem incutit, vel honorem concutit, vel amo-
n excitat infelicem. Arcana conſilia prudenter non
ùm promere, ſed & proditores affectus premere
it princeps. Si non diſſimularent inferiores, non
ularent ſuperiores, & econtra. Nimiùm apertæ roſæ
nimùm ſæpè validæ. Complicatæ roſulæ conniuen-
q; calyces vnitã, ergo & valentiorem, vim cõtinent.

Suas tamen obtinent tum recluſæ tum reconditæ ro-
ſæ vires atque laudes, imò & occultas ſuas qualitates
vt princeps arcanas virtutes ac proprietates. Videat
modò princeps, ne ex ſimplici ſimulatore multiplex fi-
hypocrita: ne vel veſpertilionis & caſtoris imitator vi-
deatur; quorum ille muris & volucris, hic auis & piſci
terreſtris ſimul & aquatilis animalis; naturam habet
mores exercet. Non amphibium ſit princeps, non mon-
ſtrum varium. Non ſit mente volucris, pelle ouis, ven-
tre lupus, dente canis, fronte homo, corde vulpes, ma-
culis Leopardus, lachrymis crocodylus; non ſit papi-
lio, qui vago circumuolat motu & adſpectu pulcher
videtur, ſed ſemen emittit ex quo variis ad miraculum
picta coloribus eruca, ſed virulenta, ſed violenta, fo-
lia, fructus, omnemque roſeti ſpeciem depaſcens, pro-
dit.

19. Roſa ſecundùm externam faciem ac figuram
facilè corruptibilis; non ſic interna eius forma ac eſſen-
tia. Sola enim interna æterna. Et qua parte æterni
creatoris imaginem referunt, eâ etiam incorruptibiles
omnes creaturæ ſunt, nec redigi in nihilum niſi à ſolo
DEO, qui eas è nihilo produxit, poſſunt. Principes non
minùs ac reliqui homines ratione externæ figuræ, ra-
tione ſenſibilium actionum; ratione cutanearum exu-
viarum & corporeorum animæ indumentorum corru-
ptibiles ſunt, fragiles, caduci: animæ verò, virtutis, &
gloriæ ratione immortales. Omnes mortales, inquit
Mercurius Triſmegiſtus *c.12. Pœmand.* etiam principes
fato ſubiiciuntur & initio & mutationi. Id quod Rex
Salomo potentiâ & ſapientiâ maximus probè conſi-
derauit, dum piâ confeſſione ſic exclamauit. Sapien.
c.7. Sum quidem & ego homo mortalis. &c. Præclara
igitur facies, vt cum Salluſtio loquar, magnæ diuitiæ,
vis corporis & alia huiuſmodi omnia breui dilabuntur:
at ingenii clara facinora, ſicuti anima, immortalia ſunt.
Cætera humana pereunt, inquit idem Salluſtius: & di-
vitiarum & formæ gloria fluxa atque fragilis eſt: virtus
clara æternaque habetur. Hoc vnum, ait Seneca *ep.99.*

contin-

ontingit immortale mortali. Breuiter: florum princi-
is, roſæ, caducâ ſubſtantiâ ſuâ mortalis, immortalia
unt virtutum laudumque monumenta: Principum
loris, Ferdin. corpore mortalis, immortales animi
unt virtutes, virtutum laudes, laudum imitationes.
mmortales eximii floris laus; immortalis eximiæ lau-
is flos.

20. Vt roſæ odor; ita principis fauor, vt illius fra-
rantia, ita huius gratia facilè euaneſcit. Principum æ-
uè ac roſarum gratia caduca, fluxa, fragilis.

21. Roſa oculus terræ vocatur: Princeps oculus
eip. Principis oculus prudentia. Hæc enim iuxta A-
ſtotelem & Iamblich. ὄμμα τῆς ψυχῆς. Olim Hiero-
lyphica litera Ægyptiorum ſeu ſimulacrum principis
eri & boni erat oculus ſceptro impoſit⁹; nimirùm quia
uod oculus eſt in corpore, id Princeps eſt in Rep.
Quod Sol, Mundi oculus in cœlo, id Princeps, Reipub.
culus in ſolo.

22. Roſæ non ſola elegantia, ſed virtus potiſſimùm
ommendatur In principe non tam authoritatis, vel e-
egantiæ, vel etiam doctrinæ, flos, quàm virtutis fru-
tus commendatur: nec enim indoctè dictis, ſed benè
uctis ac geſtis, non in verbis nudis, quæ fœmellis aſſi-
nilant, ſed factis, quæ maſculis Ethici comparant, do-
ta virtus virtuoſaque doctrina conſiſtit. Verè ſcien-
um & benè agendum, moneate Ariſtotele *l. α. Metap.*
1. *t.* 3. Quibus ſummis capitibus omnis vtriuſque So-
hiæ neruus continetur.

23. Vt roſarum virtutes, quibus illæ præditæ, cla-
iores gratioſioreſque reddit forma, coloris elegantia,
c odoris fragrantia; ita natiuas in principe virtutes de-
orat doctrinæ elegantia. Virtus enim, inquit Quin-
ilianus *lib.* 12. *cap.* 2. etſi quoſdam impetus à Natura
umit, tamen perficienda doctrinâ eſt. Doctrina, do-
tiſſimi Lipſii ſententiâ, virtutem aut ornat aut perfi-
it. Princeps, eruditus oculatiſſimus: qui vel luſitan-
lo iocandoque fortunam refrænat, moderatur, vin-
it.

24. Roſa cultu pulchrior ac melior redditur. D
ctrinæ cultu princeps. Neglectus ager quò eſt fæc
dior naturâ, eò ampliùs ſentibus & noxiis herbis va
tur. Ioann. Marian *lib.* 1. *de Rege.* Colatur igitur, eod
ibidem monente, ager, vnde vniuerſo populo anno
ſuppeditanda eſt, Principis animus. Etſi enim virtut
dare haud poſſit ſola inſtitutio, animum tamen ad
cipiendam illam præparat, vt Seneca *Ep.* 89. & purg
vt Lipſius in Politica, loquitur. Aſpectus dicere ſoli
eſt Ariſtoteles, Laertio teſte, à circumfuſo aëre lum
accipit, mens à doctrina. Quamobrem ſapientiſſi
Solon tum primùm imperium gerendum eſſe ſuadeb
ſi quis ferre priùs imperium didicerit. Quomodo eni
aliis imperare poterit is, qui ipſe imperium non eſt pa
ſus. Nunquam benè hominibus dominabitur, qui pro
priis affectibus dominari non didicerit; neque rex ali
eſſe poteſt, niſi quem priùs ratio rexerit. Vt adeò παρα-
δόξως quidem, rectè tamen, ſtatuerim, in principe n
tam rectam quàm regentem ſeu rectricem rationem,
rectum verò affectum ſeu appetitum eſſe debere.

25. Roſa non ſolùm eximiis virtutibus, qualita-
bus, proprietatibus decorata, ſed & ſpinis armata; v
non modò ſeſe defendat, ſed & offendentes reoffend
atque abarceat. Imperatoriam Maieſtatem non ſolù
armis decoratam, ſed etiam legibus oportet eſſe arma-
tam, vt verba ſonant Prœmii Inſtitutionum Iuſtinia-
nearum, vt vtrumque tempus, & bellorum & pacis re-
cte poſſit gubernari: & Princeps Romanus non ſolù
in hoſtilibus præliis victor exiſtat, ſed etiam per legiti-
mos tramites calumniantium iniquitates expellat; &
fiat tam Iuris religioſiſſim⁹, quàm victis hoſtib. trium-
phator magnificus. Hinc ſummam cuiuſque Reipub
tuitionem de ſtirpe duarum rerum, armorum & legum
veniſſe, Iuſtinianus *C. conf. in princ.* teſtatur. Et Iuliu
Pollux principem vult non modò πολεμικὸν, ſed etia
νομοθετικὸν eſſe. Leges n. aut armis imperât aut arma te
perât. Legib. turbatis nec aurea, nec animata, nec arma-
ta ſatis pax dici poteſt. Laudabiliter igitur tot Impera-

tores

res literis pariter ac armis, Arte & Marte, ſagati toga-
excelluerũt; vt & armata pace & pacificis armis flo-
dum ꝓcurarent atq; ꝓpugnarent ſtatum. Ad perfectã
rã non ſola conſilia, ſed & auxilia, remedia, & organa
quiruntur. Conſeio ſin remedio, es cuerpo ſin almã,
onſilium ſine remedio eſt corpus ſine anima. Anima-
s igitur, armatus ac parmatus pro neceſſitate prin-
ps ſit: vti pacifico bello armata vigeat pax: vt harmo-
cè conueniant, quæ paſſim concertare videntur, VIS
IVS.

26. Roſa non ſolùm ſpinarum vi, ſed internâ po-
ſſimùm virtute & fragrantiſſimi ſpiritus emiſſione
luerſus aduerſarios ſuos, ſcarabæos & cantharides,
titur ſeſeque defendit. Principes animis nõnunquam
otiùs quàm armis, non tam violentiâ quàm prudentiâ
tantur. IVS potiùs ipſis commendatum ſit quàm VIS,
ed vtriuſque facilis in alterutrum neſcio quo fatali a-
agrammate tranſmutatio. Scitiſſimè Valerius Flac. *IV.*
rgon.

------ non ſolis viribus æquum
Credere: ſæpè acri potior prudentia dextrâ.

Et Tacit. *III. Annal.* Plura in ſumma fortuna auſpi-
iis & conſiliis quàm telis & manibus geri rectè monet.
ræſtantiſſimas eas Principes quidam imitentur roſas,
uæ nullis armatę ſpinis innocenter clementerque flo-
eſcunt; ad auream pacem quàm ferreum bellum aut
lumbeam vindictam paratiores. Pacem, pacem inge-
nino; quam poſtremis hiſce ſeculis miſerrimè ſordida-
am, dilaceratam, profligatam niſi tempeſtiuè reſtitue-
int animam agenti Patriæ proceres, niſi Chriſtianum
Orbem mirè iam inuerſum ac peruerſum omninò in
ordinem redegerint, deploratâque ferè phthiſi labo-
antem ſalutaribus perſanarint remediis tum contem-
perantibus, tum expurgantibus, quibus tamen nullum
liâs locum tabida concedunt corpora, tum corrobo-
antibus, tum conſolidantibus, actum eſt de vniuerſo
Chriſtianiſmo, actum de Germanica libertate, actum

de bicipiti Aquila, tam paucis ſeculis mirè miſereq; de-
plumata, tantùm non euiſcerata penitùs, altero cer-
capite iam diu à Turcis truncata. Quouſque durab
dura illa diraque tum inter potentiſſimas nationes, tu
& inter minorum gentium magnates, inter craſſior
fermenteſcentis plebis fæces, imò cunctos inter hom
nes æmulatio atque concertatio? Quouſque ſuppre
iacebit inter vnius conditoris & conſeruatoris filios, v
nius regni cohæredes, concordia? Quouſque ſub rel
gionum ſeu palliis ſeu pileis tot nefanda committent
contegenturque piacula? nihil emendatis impiis, in
quis, dormitantibus inter arma literis, legibus, virtut
bus, ac meritis; gliſcentibus litibus, fraudibus, factio
nibus, iniuriis, impunitatibus; preſſis omnibus boni
Niſi tot enormibus peccatis bellorum fouerent ſemi
naria quaſi quædam inferiores, neque etiam colorato
bellorum fructus appeterent ſuperiores. Si turpiſſima
illi ſuas haud continuarent comœdias, neque hi triſti
ſimas perpetuarent tragœdias. Iam verò vtrique di
cordiam, arma, bella, non vt damna precibus abarcer
ſed vt dona affectare videntur. Non magnetes ſunt Ma
gnates, qui naturâ ſuâ ferrum appetant & attrahan
Bellum, bellum, Martialis ille Magnes eſt immenſ
magnitudinis, quem infeliciſſimis machinationib. no
tam vel Chymicis vel Magicis quàm Machiavellici
Polemici mangones & conſtruxêre dudum & conti
nuis implacabilium æmulationum exaltationibus va
lidiorem etiamnum efficacioremque reddunt. Hic ma-
gnus magnes Turcium tandem, vereor, atque barba-
rum attrahet noſtriſq; co'l's immittet ferrum, aureum-
que Diuini Verbi diſpellet theſaurum, ad extremam
ſacroſancti, cuius iam plerique omnes pertæſi viden-
tur, Chriſtianiſmi perniciem, priſtinæ verò poſt hor-
rendas clades barbariei reparationem, potentibus mu-
tuâ eneruatione redditis impotentiſſimis, &, dum ſe in-
uicem non ſolùm deſerunt, ſed etiam deterunt, vnâ
conſumendis. Id quod & aliis Imperiis, Chaldaico, Per-
ſico, Græco, Romano primitiuo Ethnico atque etiam

Chri-

hriſtiano Orientali contigiſſe meminerint. DEVS PT. MAX. ſacratiſſimum Europæi corporis Caput ementiſſimè protegat aç præſeruet, ne vnâ cum aliis embris periculosè contabeſcat, ne labefactata Geranica natio ab ambientibus procis circumueniatur, orrumpatur, ac proſtituatur. O feliciter harmonicam harmonicè felicem corporis conſtitutionem, quâ ſie diſſidio, ſine factionibus aut aduerſis affectibus capiti non refractaria membra decenter correſpondent tque in communem ſalutem, quæ ſuprema lex, vnaniiter conſentiunt!

27. Roſa ſpinis abundantiſſimè armata iis tamen on ad offenſionem ſed defenſionem nititur ac vtitur. rinceps etſi armis armamentariiſque exquiſitiſſimè ſit ſtructus, iis tamen non tam offenſivè, vt loquuntur, uàm defenſivè vtatur. Scutum primò, poſtea gladium, imat. Exemplo potiùs quàm ſupplicio ſubditos in ofcio contineat. Monitorum prius quàm militum coiis belligeret. Cœlum imitetur, quod fulgurare priùs c potiùs quàm fulminare videtur. Nequaquam igitur udiendæ ſanguinariæ hirudines, crudeles Martis pul, furiæ faceſque bellorum, ignei turbarum incenſores, ui cum Vitellio optimè olere occiſum hoſtem, & meùs adhuc ciuem arbitrantur; qui cum Caligula vnicè xoptant, aduerſarios vnam omnes habere ceruicem, vt no ictu detruncatâ illâ ſimul cunctos interficere poſent; qui non niſi ferrum & ignem in ore, in corde, in anibus gerunt, ad vrendum & ſecandum paratiſſimi. ananda potiùs quàm ſecanda morbida membra: nec tatim abrumpendum, ſed patienter enodandum implicatum. Ad lacrymationem vſque putanda luxuriania vitis brachia, non radicitùs ipſa vitis ad marcorem xtirpanda, niſi ſterilis omninò ſit labruſca. Sed, vt veum fatear, quouis lapide obſtinatiores, chalybe minùs exibiles, ſunt nonnulli, quodque mireris, friabiles poiùs; quorum deplorati ſunt affectus, immedicabiles cirrhi. Quo caſu durus nodus duro ſolvendus cuneo. Quibus Adamantinum cor, hircinum verò cerebrum,

ij non niſi proprio molleſcunt ſanguine ſanguinarii dum alienum inceſſanter ſitiunt cruorem.

28. Roſa manifeſtis ſeſe defendit armis aculeis, nec occultis virulentis graſſatur telis, non tacitis furit toxicis. Princeps manifeſto potius armorum preſidio, quàm occulto virulentorum affectuum, ſimulationis ac diſſimulationis, robore, aperto potiùs Marte quàm malefica arte, infectis ſtrategematum proditiorumque telis, Plutonicis haſtis ac globulis, irrationabili ratione ſtatus inuolutis ſcutis, aureis cataphractis, bella geret.

29. Roſæ propter aculeos quibus ille ſtipatæ, nequaquam ſtatim negligendæ. Fructuoſa principis monita ob adiunctas acriores caſtigationes minimè ſtatim culpanda, nec acutiora iudicia reiicienda, nec aculeatorum, quibus etiam mitiſſimus quandoq; ſtipatur princeps, aulicorum gratia confeſtim ipſe reprobandus. Pruriant manus: ob idne caput incuſabimus, aut execrabimur? Et pupugerit nos aculeolis roſa, ſuauitatis tamen ac multiplicis, quâ pollet, virtutis intuitu non ſtatim amabiliſſimo flori dira quæque imprecabimur.

30. Roſa non tam propter ſe quàm publici mortalium commodi gratia exiſtit. Princeps bonus non ſolùm proprii, ſed & proximi cuiuſuis ciuis commodi rationem habet, in promouendâ Rep. verè princeps, id eſt, primò inceps, ſeu incipiens, primum caput. Et ſanè moderatori Reipub. beata ciuium vita propoſita eſt, vt inquit Cicero. Aſſiduis igitur, vt Seneca loquitur *lib.* I *.de clementia cap.* 19. bonitatis argumentis probet, non Remp, ſuam eſſe, ſed ſe Reip. Re ipsâ oſtendat, ſe maximè prodeſſe, non ſolùm præeſſe, imò minimè obeſſe. Vatem audiat Claudianum *ad Honor.*

Tu ciuem patremq; geras, tu conſule cunctis,
Non tibi, nec tua te moueant, ſed publica damna.

Præeſtis, Principes, inquit Lipſ. *in Præfat. Polit.* hominibus, ſed hominum cauſa, nec domini modò & arbitri rerum, ſed tutores & adminiſtri eſtis. Mali improbique

que illi, qui in Imperio non niſi imperium cogitant, perbi & noxii: & qui ſe non ciuibus datos arbitran-r, ſed ſibi ciues. Nam ſicut ſidera illa ſplendorem ha-ent, ſed vt vſibus mortalium deſeruiant (addo ego, ut roſæ dignitate præſtantiſſimæ multas magnaſque res habent, ſed vt iis homines ad ſalutem fruantur) vos dignitatem, ſed cum munere officioque deuin-am. Alta pyramis eſt princeps, cuius lata baſis popu-s, quæ baſis ſi rigore conteratur, nec manſue udine otius firmetur, ad ruinam ſecum pertrahit ſuperſtru-um faſtigioſum & faſtidioſum cacumen.

31. Quemadmodum roſa non tam ob ſpinarum cre-itatem rigoremq; metuitur ac negligitur quàm pro-ter iucunditatis vtilitatiſque celebritatem colitur ac ligitur; ita Principem ſapientes operam dare volunt, ametur potiùs quàm metuatur. Malè, inquit, Plin. *l.* *Epiſt.* terrore veneratio acquiritur: longæq; valentior mori ad obtinendum quod velis quàm timor. Viciſſim nim timeat neceſſe eſt qui terret. At enimuerò in nulla otentia quippiã turpius exiſtimandũ eſt, q̃ metui vel-e etiam ab innocentib. Scal. *in Orat. pro Audecto fil.*

32. Roſa florum princeps eſt atq; regina conſtituta, on quòd dignitate maior, ſed quòd virtutibus cæteris elior. Princeps laudabilis non tam honoris dignitate uàm virtutis diuinitate eminet. Cenſebat ideò Cyrus, uthore Xenophonte *Pæd.* IIX. haud cuiquam conue-ire imperium, qui non melior eſſet iis quibus impera-et. Etenim, vt Ariſtot. *lib.* 5. *Polit. c.* 10. tradit, rex con-ituitur ex idoneis aptiſq; ob eminentiam virtutis, aut ctionum quæ à virtute.

33. In roſa vmbratilis quædam quaſi Iuſtitiæ & cle-mentiæ ſpecies deprehenditur: ius ſuum cuiq; reliquo-rum florum tribuit, nec lædit niſi fortè lædentes: nul-am Lilio vim infert, nec in humilem vio'ã tyrannidem exercet: in eo non parum beneficia, quod fragrantiam ſuam proximis cunctis communicet: homini verò cumprimis eximiis virtutibus ſuis opituletur. In Prin-cipe Chriſtiano duo illa ſidera ſeu luminaria maiora

potiſſi-

potiſſimùm elucent, Iuſticia & Clementia; è quibus il-
la veluti Sol, hæc Luna. Sanè, vt rectè Cicero III. *de offi*
iudicat, fundamentum perpetuæ commendationis &
famæ Iuſticia eſt, ſine qua nihil poteſt eſſe laudabil
Xenophon de Cyri expedit *lib. VIII.* nullas opes, viro
ac præſertim principi, pulchriores honeſtioreſque cen-
ſet, quàm virtutem & iuſticiam, auream illam omnium
virtutum catenam. Pietate namque & Iuſticiâ Princi-
pes Dii fiunt, vt præclarè Principum Princeps Augu-
ſtus apud *Senec.* in Ludo loquitur. Nihil egregi⁹ in prin-
cipe quàm Iuſtitiæ opus, vt tradit Plutarchus in vita
Demetrii. Et meminerit princeps, non ſolùm quantum
ſibi commiſſum, ſed etiam quaten⁹ permiſſum ſit, mo-
nitore Cic. *Or. pro Rab.* Princeps Roſam, florum prin-
cipem, imitatus, nec vicinos principes aut condomi-
nos ſuperciliosè deſpiciat, nec ſæuum in ſubditos &
clientes tyrannum agat; ſed tum iuſtitiæ ſpinis probos
defendat, improbos offendat, tum roſaceâ benignitatis
fragrantiâ beneficas recreet apes, maleficas abarceat
cantharides: bonos præmiis, malos pœnis afficiat, So-
lonis edicto, qui, vt Stobæus teſtatur *ſerm. 41.* interro-
gatus, vndè Reſp. maximè vigeret; ſi boni, reſpondit,
præmiis incidentur ad virtutem, mali autem coerceantur
tur pœnis: quod ſignum clariſſimum eſſe imperii bene
conſtituti Iamblichus ſtatuit. Ipſa quoque SS. edocet,
magiſtratus officium eſſe, probos defendere, improbos
punire. Roman. *cap.* 13. Prov. *cap* 20. Verùm remota
Iuſtitiâ quid ſunt regna, ſecundùm Auguſtinum, niſi
magna latrocinia, quid aliud, mea quidem ſententiâ,
quàm ſenticoſa præcipitia flore pariter ac fructu deſti-
tuta? Propter enim iniuſticias, inquit Eccleſiaſt. *cap.* 10.
propter iniurias, contumelias & diuerſos dolos tranſ-
feruntur regna de gente in gentem: regiæ domus & cla-
riſſimæ familiæ extinguuntur. Quantò magis plebeiæ,
quæ Democraticam, omnium maximè intolerabilem,
tyrannidem ac libidinem exercent. Certè vt roſam a-
nima ſeu propria eſſentialis forma viuificat, quamdiu
in ea eſt, diſcedens verò mortuam, marcori & extremæ

reſolu-

ſolutioni obnoxiam relinquit;ſicReſpub. viuificatur
iticiâ ceu vitali ſpiritu, quo recedente concidit, &
imùm informis ac deformis reddita, non ſine dolore,
on ſine horrore, cadauer fit vitali motu deſtitutum,
hinc in prima elementa ſua cum fœtore & omnimo-
corruptione reſoluitur atq; euaneſcit. Dicam quod
s eſt; Iniuſticiam omnium malorum Evam, ſorore
patam aſtutiâ & filia tyrannide, famulis auaritiâ, ſu-
rbiâ, ſimulatione, inſtabilem reddere fortunam, ma-
arum pariter & malarum mutationum cauſam eſſe,
oſperitatem omnem abigere, quouis tempore loco-
ue mortales obſeruarunt, obſeruant, obſeruabunt.
unquam benè ceſſit poteſtatis ac proſperitatis abu-
s. Nuſquam indemnis permanſit virtutis, fidelitatis,
octrinæ contemptus. Præmiis digna ſunt doctrinæ
rtutiſque merita; quæ ſi præripiantur, ſi reprimantur,
retrahantur, aquilinarum ſortiuntur pennarum na-
ram, quibus aſſociatas alias conſumi conſtat. Verùm
uanta patiuntur interim & innocentes? Patiuntur vt
otiantur; vt per anguſta tranſeant ad auguſta.

34. Roſam beneficentiâ atque clementiâ imitari
ebere Principem, omnes vnanimiter Politici politio-
es ſtatuũt; niſi forſan malè-ſanctum illum Neoterico-
m Aulico-Politicorum anteſignanum, ignei ingenii,
npliſſimæ aliâs ac profundiſſimæ doctrinæ, Machia-
ellum excipias: qui ſubtiliorem quandam tyrannidem
feliciter machinatus, plures ferè melleorum quidem
d multa fellis admixtione diſtempeſatorum conſi-
orum imitatores quam aculeatorum ſcriptorum ſuo-
um lectores hodiè videret, ſi videre poſſet: certè non
iſi pœnitentiam pro frumento ſeminatæ ſuæ in Chri-
tianam Politiam zizaniæ meteret; quòd veri Chriſtia-
iſmi adeò oblitus, ſolius ferè temporarii commodi ſe-
nitas inſequens tam longè à regia honeſtatis virtutiſ-
ue via ſecum tot ſequaces abduxerit, tot inconueniẽ-
iſſima dogmata introduxerit. Nam cùm vera clemen-
ia, non picta fictaque perſonati principis benignitas,
omini, ſi quæ alia virtus, conuenientiſſima, quia hu-
maniſſi-

maniſſima, neminem tamen Senecæ iudicio *libro pri* *de Clemen. cap.* 2. ex omnibus magis quàm Regem a principem decet. Quare omni æuo, qui benignita ac clementiâ imperium temperavêre, his candida læta omnia fuiſſe, etiam hoſtes æquiores quàm al ciues Salluſt. *ad Cæſar.* ſcribit. Quod & Salomo pr nunciat Prouerb. 20. *verſ.* 28. Miſericordia & verit cuſtodiunt regem, ac roboratur clementiâ thronus ius. Equidem nullâ in re magis quàm beneficent DEVM OPT. MAX. (à cuius ſeuera iuſtitiâ ad p ternam clementiam & benignitatem appellare ſole ipſi principes Chriſtiani) imitari poſſunt etiam poten tiſſimi.

35. Roſa nullâ re æternam hominis ſui memoriam atque celebrationem magis adſequitur quàm beneffi câ, quâ hominibus auxiliatur, virtute: ita nec vllâ re Cicerone teſte, ad æternam gloriam propiùs homines etiam principes, accedunt, quàm ſalute hominibu danda. Quod probè conſiderauit Ioannes II. Luſita niæ Rex, qui, vt Oſorius *lib.* 1. ſcribit, cùm audiuiſſet volucrem eſſe (Pelicanum) quæ roſtro pectus dilaceret vt pullos ſerpentum morſibus exanimatos, ſanguine ſuo profuſo reuocet in vitam; eiuſdem volucris imagi ne inſignia ſua exornare voluit, vt oſtenderet, ſe para tum eſſe, pro ſuorũ ſalute proprium etiam ſanguinem profundere. Quod ſymbolũ Alphonſo etiã adſcribitur.

36. Vt roſa gratis grata, ingratis ingrata, omnium ferè amorem ſibi conciliat, aſinis, cantharidibus & ſca rabæis nihilominùs terrori eſt. Ita & Princeps Taciti conſilio *XI. Annal.* amorem apud populares, metum a pud hoſtes quærat.

37. Roſam etiam amabiliſſimam, etiam beneficen tiſſimam dæmoniaci ſæpè ferre nequeunt, adeò, vt ne quidem ad roſetum propiùs accedere queant. Princi pem, etiam clementiſſimum, etiam beneficentiſſimum, diabolica ingenia auferre quàm ferre malunt.

38. Roſa mirè concordantes, harmonicè compoſitas & in cœleſtem præcellentium quarundam facultatum vigo-

gorem cõſpirantes, diuerſiſſimas aliâs aduerſiſſimaſ-
ꝫe continet qualitates, quarum ratione pro re nata re-
gerat, calefacit, humectat, exſiccat; ſubdulcis, amari-
la, auſteriuſcula, purgat, alterat, mitigat, corrobo-
; capiti, pectori, vẽtri, membris medetur, admirabili
tiũ variatione. Princeps variè compoſitis, ritè refra-
s, mirè correctis, harmonicè concordantibus & in
intam quandam humanarum actionum eſſentiam, in
eleſtem virtutem, cõſpirantib. moribus, humoribus,
ectibus, aliâs plurimùm ſibi repugnantibus, modò
tis, & ſuauis, modò ſubamarus & auſterus, modò tẽ-
ratus, modò feruidus & acris videtur, modò delicta
rgat & expellit, modò refrigerat excandeſcentes cõ-
minos, reſtaurat clientes ac ſubditos, reficit iniqua
ſſos & ſuppreſſos infirmos fortificat, omnib. ſua cuiq;
ione, ſuccurrit, ſuo quemq; reſpectu excipit, benefi-
 afficit.

9. Vt roſa etiam dum abſtergit & purgat, ſimul cor-
borat: ita Princeps in ipsâ iuſtitiæ executione, quæ
alorum expurgatio quædam clementiâ corroboret &
ficiat potiùs quã interficiat ſumo iure, i. e. ſummâ in-
riâ. Ergo nõ rigidâ ſemper pœnâ, ſed verâ ſæpiùs pœ-
tentiâ, contentus ſit ꝑcepto Taciti. Poteſt pœna dila-
exigi, non poteſt exacta reuocari. Senec. *ep.* 23. Ergo
c ſtatim extremis ſuppliciis Neronizet, nec intẽpe-
uis ꝓſcriptionib. Sullaturiat. Melior aliquando, meo
dicio, venia vindictâ: niſi grandia nimis ſint facinora.
q; adhibenda eſt moderatio: q̃ ſanabilia ingenia di-
nguere à deploratis ſciat. Nec promiſcuam habere ac
lgarem clementiam oportet nec abſciſſam. Nam tam
nnib. ignoſcere crudelitas eſt, quam nulli: & vbi diſ-
imen inter malos bonoſq; ſublatum eſt, confuſio ſe-
itur & vitiorum eruptio. Modum tenere debemus.
d quia difficile eſt temperamentum, quicquid æquo
us futurum, in partem humaniorem præponderet.
nec. *lib.* 1. *de clem. c.* 2.

10. Vt medici lenitiuo ſeu laxante roſarũ ſyrupo plus
piùs efficiũt q̃ validiꝫ ac violentis aliis remediis pur-
gantibus;

gantibus: id quod & in Mannæ, pilularum Angeli-
rum, Aloes roſatæ, olei amygdalini, &c. vſu obſerr
tur: Ita lenitate Principes nonnunquam plus efficiun
quam rigore atque violentia. Roſaceum oleum vel
lum vel ex iuſculo gallinaceo aut lacte caprino, ovin
vaccinóve ſumptum acerrimis venenis, Arſenico, au
ripigmento, Mercurio ſublimato, aquæ Regis, effic
ciùs aduerſatur quàm quoduis aliud alexipharma
præſertim calidiora atque acriora continens aroma
quibus acutiſſima toxica illa non tantùm non obtu
duntur aut euincuntur, ſed & magis exaſperantur, ſym
ptomata verò exacerbantur. Roſeo lenitatis antido
Princeps ardentiſſima atque acerbiſſima, malignis
hoſtibus illata, damna feliciùs faciliùſque vel exti
guet, vel mitigabit quam acrioribus calidioris anim
affectibus & vehementioribus remediis, quibus ne
modò non abarceri, ſed & exacerbari virulenta male
ficia ſæpe ſolent. Equidem vt Claud. Paneg. Mall
canit,

-----peragit tranquilla poteſtas
Quod violenta nequit: mandat atque fortiùs vrget
Imperioſa quies. Ingenia humana veluti nobiles a
generoſi equi meliùs facili freno reguntur, quàm con
tinua calcarium admotione. Meliùs exemplo quàm
imperio reguntur imperia. Efficimus ſæpè plus docen
do quàm iubendo, monendo quam minando, vt loqu
tur Aug. *ep.* 65.

41. Roſa licet florum princeps, humiliorem tamen
potiùs quàm editiorem ſedem occupans non tam ſum
marum arborum verticibus quam humiliore fruticeto
roſeto, gaudet: aut, ſi ſatis quidem altè locata, mode
ſtiam tamen æquè ac maieſtatē pulcherrimo exemplo
oſtendere videtur: Princeps laudabilis quò magis at
tollitur, eò magis ſeſe demittit: quò maior, eò melior
eò modeſtior. Namque modeſtiæ famam ne quidem
ſummis mortalium aſpernandam & à Diis æſtimari Ta-
citus iudicat XV. *Annal.* Aliâs in alto poſitum non alta
ſapere difficile eſt. Bernhardus in ep. Magnæ felicitatis

eſt,

ſt,à felicitate non vinci. Auguſtinus. Contemptor a-
nimus atque ſuperbia commune nobilitatis malum.
Salluſt. Iugurth. Multi in illa altitudine nil niſi alti
ſunt, & vt Cüpreſſi, quoad cætera ſteriles, præter ſpe-
ciem nil habent. Lipſ. *in Polit.*. Verùm princeps lauda-
bilis non minùs hominem ſe eſſe quàm hominibus
præeſſe cogitet; auriculam vellicante Plinio *Panegyr.*
Imponat igitur felicitati ſuæ frænos; faciliùs illam re-
get, conſilio Curtii *lib.* VII. imò imponat frænis fræ-
num, nec nimis aſperè exerceat maieſtatis legem. Nam
vt Senec. *in Herc. fur.* monet, ſequitur ſuperbos vltor
à tergo DEVS. Et minoribus præſertim ac inferioribus
magiſtratibus Politici obſeruandum eſſe monent, ne
plus imperare ſubditis quàm obtemperare ſuperiorib.
ſtudeant: ne VIS potiùs quàm IVS iiſdem commenda-
tum ſit, ne fautrice fortuna, officio & authoritate faſtuo-
ſè vel fucosè abutantur; ne viros in Rep. claros ipſique
DEO charos pro mancipiis habeant, aut tyrannidem
ſeu craſſiorem ſeu ſubtiliorem exerceant in eos quos
commendarunt ſuperiores.

42. In ſummo roſeti vertice conſtitutæ roſæ pa-
raſtatis tamen atque ſubditis virentibus foliis neceſſa-
rium haud præripiunt aut ſubtrahunt alimentū, quan-
quam extrema vrgente ariditate, ſqualore, ſucciq; de-
fectu, ſubareſcentibus paulatim foliis, amandetur reli-
quus ſuccus ad alendam nobiliorem roſeti partē ipſam
nempè florentem roſam. In ſummo Mundani roſeti fa-
ſtigio reſidentes magnates inferiorib. haud temerariè
ſurripiunt, ſtatibus ac ſubditis neceſſaria ſuſtentacula:
nec niſi requirente neceſſitate collectis ſubditorum tri-
butis, ceu ſupernatantib. ſpumis, ſupercreſcentibus flo-
ſculis, reſtaurantur. Capita ſunt Principes, quæ neruos
illos gerendarum rerum continent, tranſmiſſum vitalē
ſuccum ſpiritumque perfectius ac ſubtilius elaborant:
non cucurbitæ, quę violento motu cum ſudore ſangui-
nem ex cutaneis eliciunt venis. Si ſummo roſeti ramu-
lo adhærens roſa nimis excreſceret, nimis proindè gra-
uis fieret, ac ponderoſa, ramulum non modò proprium

F flecteret

flecteret ac rumperet, ſed & vnâ ſe ipſam corrumperet Separata nanque neceſſario nutrimento atque ſuſtentáculo ſeſe defraudaret.

43. Vt roſa quo rarior, eò charior: quotidianis autem vſibus minore in honore habetur: quò copioſius vireſcit, eò citiùs vileſcit: ita continuus aſpectus minùs verendos magnos homines ipsâ ſatietate facit, aſſerente Liuio *lib.*35. Et viles nonnunquam qui nimiùm ciuiles. Lipſ. *in Polit.* Maieſtati verò maior ex longinquo reuerentia. Tacit. 1. *Annal.*

44. Roſa omnium medicorum, omnium ægrorum, omnium gratorum hominum vnanimi confeſſione liberaliſſimè tum fragrātiam tum virtutem ſuam impertit. Liberalis etiam laudabilis princeps. Liberalitate enim nihil eſt naturæ humanæ accommodatius. Cic. 11. *offic.* Nihil in hac vita beatius, dicebat Canis Scaliger, Veronæ Dominus, teſte Iouio, quàm inuicto animo ſuæ pariter atque alienæ fortunæ obuiam ire, & perpetuis beneficentiæ ac liberalitatis operibus inſitæ virtutis fomitem fouiſſe, flammam extendiſſe. Et vt roſæ minùs flagitioſum eſt, ſpinas, arma ſua, perdere, quàm beneficæ virtutis gloriam: ita principem armis, vt Salluſt. loquitur Iugurth. quàm munificentiâ vinci, minùs flagitioſum. Et rectè Xenophon, vt tradit Stob *ſerm.* 46. dicere ſolebat, multò præclarius ac laudabilius eſſe, beneficiorum quàm trophæorum multitudinem poſt ſe relinquere. Honeſta eſt & valdè honoranda liberalitas, inquit illuſtris Wilhelmus Ferdinandus ab Effe- ren *in Man. Polit. de ratione ſtatus libro tertio punct.* 13 quia non tantùm magnos animos, ſed bonos, & verè regios oſtendit, qui dare magis quàm accipere vel adimere deſiderant. Legat, monet idem ibid. in Hiſtoriis à paſſionib. liber ſcrutator: videbit, quàm periculoſa, quàm exitioſa ſemper fuerit Regibus ingratitudo. Præcipuè verò pios & doctos erga viros, roſeis virtutibus ſanctéq; floridâ vitâ claros, liberales ſunt laudabiles ſummates. Facilè aliâs fieri poteſt ac ſolet, vt quemadmodum roſæ beneficia occupans ac depaſcens fucus omnē

api

i locum præripit ſuauiſſimoque gratioſi floris ſucco
e ſolùm inebriat; ſic & in humano genere immeriti
idam fuci meliores Principalis liberalitatis floſculos
cupent, fructus captent, dignioribus præripiant, at-
e adeò ſuprà opinionem fructuoſa merita, iam in
ocinctu conſtituta, reprimant, donatoris autem vel
nocentiam vel iniquitatem prodant. Cæterùm miſſa
unera promiſſis præferenda. Hieron. Cardan. *in Pro-
n.c.71.*

45. Roſa ſola ſæpiùs inſufficiens in medicina com-
ixtis adiuuantibus, corrigentibus & cooperantibus
et herbis, floribus, radicibus, &c. pro re nata variis
cauſis & curis. Princeps cùm docente *Cic.* 1. *offic.* o-
nis ratio & inſtitutio vitæ adiumenta hominum de-
eret, ipſe autem, Tacito monente *III. Annal.* ſuâ
ientiâ non poſſit cuncta complecti; nec vnius mens
tantæ molis capax. 1. *Annal.* adſumat in partem cu-
rum conſiliarios, eiuſdem Taciti conſilio *I. Annal.*
nſiderans, magna negotia magnis adiutoribus ege-
. Vellei. *lib.* 2. & multos Regis oculos, multas aures
ſe oportere, Xenophontis arbitrio. Plus enim iuxta
lon. & Ariſtot. oculi vident quàm oculus. Et nemo
mnes, neminem omnes fefellerunt. Plinius Paneg.
utti gli huomini ſanno ogni coſa, ma non un ſolo,
eriuerbium eſt Italorum; omnes omnia ſciunt homi-
es, nemo ſolus. Atque vt ſagaciſſimus loquitur Poli-
cus Hiſp. Antonius Perez. *aphoriſm. fol.* 228. *num.* 37.
a noticia de varios auiſos obra lo que la deſtilacion
e muchas yervas: porque tomando de cada una ſu
arte, ſe ſaca una quinta eſſencia inſenſiblemente pa-
effectos admirables, id eſt: Variorum monitorum
conſiliorum cognitio variarum herbarum deſtilla-
oni ſimilem habet operationem, in qua eductâ colle-
âque meliore cuiuſque parte, quinta comparatur eſ-
ntia præſtantiſſimarum virium & admirabilis effi-
aciæ.

46. Vt autem deficientibus viuidis ac viridib. roſis
ſiccatæ ſubſtituuntur. Ita viuis abſentibus conſilia-

riis ſuccedanei conſulantur muti, mortui, ac emer illi, qui chartaceis linguis, libris vel literis, tacitè l quentes, ſyncera, perpetua, certa, nec cincinnata, pr ferunt conſilia. Fidó conſegliere è un buon libro. D ſtempra nell'animo là verità, e puo perſuadere ſen far arroſſire; dicunt Itali. Bonus liber vel author fidi eſt conſiliarius. Digerit in animo veritatem, & perſu dere poteſt abſque ruboris excitatione, abſq; verecu diæ prouocatione, vel, vt noua phraſis aulica ſonat ab que roſæ expreſſione, abſque roſeâ tincturâ.

47. Roſa, vbi validiore remedio, ſeu alterante, ſe purgante, ſeu corroborante opus, admixtis quidem e get medicamentis, ſed ſibi & microcoſmicæ Reipub amicis naturæ familiaribus. Princeps ſiue alteratio ne atque reformatione quadam in Politicis opus, ſiu expurganda quæuis mala, ſive confirmanda Reſp. com dominis, adminiſtris, conſiliariis, & amicis opus ha bet. Hinc Plinius Panegyricus præcipuum principi opus eſſe ait, coadiutores amicos parare. Verùm o ptandi & cooptandi viri virtute doctrinaque clari; & nulli potiùs quàm mali: vt à laudatis laudetur prin ceps: vt ab iis probetur, qui probis probati: vt optime de ſe ſentiant optimi. Per viros verè claros inclare ſcit princeps. Malum, ſed certum, corrupti ſecul ſignum; vbi dignitates meruiſſe maximum impedi mentum eſt ad eas acquirendas. Infallibile morbidi ſtatus iudicum, ſi negligantur boni, diligantur mali. Periculoſam certè denotat cacochymiam atque ma laciam. Præclare Cominæus. Nullum maius indi cium bonæ mentis princeps poteſt oſtendere, quàm vt adiungat ſibi, quibus familiariter vtatur, viros vir tute & famâ celebres. Nam omnes ſtatim iudica bunt, eum talem eſſe, quales ij, qui apud illum. Et eſt profectò meâ quidem ſententiâ principi adiunctus conſiliarius doctrinâ virtuteque clarus Roſæ additus Moſchus atq; Cinamomum, Roſæ aſſociatum Lilium ac viola.

48. Vt varia inſitione & inoculatione natiuum

roſa

ſa mutat colorem. In veteranum nanque Braſſi-
caulem vel Ilicem Agrifoliam, quam rigentem
deram etiam vocitant, roſeus ſi inſeratur ſurculus,
ſas ſuo tempore proferet vel virides vel luteas. Ita
roica generoſitate floridus ac verè roſeus Princi-
s animus pro ratione inſitionis & inoculationis na-
ios mutat mores ac humores, prout nempè vel co-
atorum imitatione, vel moderatorum inſtitutio-
, vel conſiliariorum informatione, vel aulicorum
rſuaſione variam ſuſtinet alterationem. Itaque
n tam facilè cuiuis pectori cor ſuum, neque alieno
piti oculos inſerat omninò. Videndum, quibus fi-
ndum. Animis alii viperinis, alii vulpinis, alii leo-
nis, pauciſſimi humanis. Hieron. Cardan. in *Proxen.*
p. 78.

49. Vt roſæ pluria ſunt folia; quæ grata conſocia-
one ſuauiſſimaque conſpiràtione florem complent
integrant: Ita Principis plures virtutes, plures di-
ones; quæ pulchrâ conſociatione catenatim vnitæ
tegrum conſtituunt principem, perfectum principa-
m: at verò diffluentibus vel pauculis floridæ roſæ
liolis, aliis poſt alia decidentibus tota ſucceſſiuè cor-
mpitur floris tum gratia tum gloria: ſic deceden-
bus ſeu virtutibus, ſeu detractis ditionibus quibuſ-
m principalibus, paulatim concidit princeps, cor-
it principatus, qui non minùs ac roſa partium ſua-
m vnione conſtantiſque vnionis conſeruatione gau-
t. Principatus roſea corolla eſt, catena eſt, cuius v-
co diſrupto membro, diſſoluta, turpata, corruptaq;
detur vniuerſa corporis compages. Sublimis ac ſub-
lis fabrica eſt, cuius vnicus principalis atque fun-
amentalis ſubtractus lapis plenariam minitatur rui-
am.

50. Roſæ virtutes & operationes ob infinitarum
rè circumſtãtiarum varietatem variare ſolent ſępiùs;
t nec omnes omnimodè omni tẽpore refrigerent, ad-
ringant, laxent, corroborent, vnâ eademque ratione.
n principibus virtutes & earum exercitatio propter

 adiuncto-

adiunctorum ſeu circumſtantiarum varias mutation[es]
variare quoque plurimum ſolent, præſertim verò pru-
dentia, virtutum regina. Quid enim aliud ea, inqui[t]
Lipſius *in Pol. l. 4. cap.* 1. quàm electio rerum, quæ aliter
atque aliter ſeſe habent? Quòd ſi illæ incertæ; etiam i-
pſa, eò magis, quòd non rebus ſolùm deuincta, ſed iis
quæ rebus adſtant. Tempora, loca, homines, adſpicit:
& pro minima eorum mutatione ipſa ſe mutat: adeò ea
non vbiq; vna, vt nec in vna re vna. Quam ob eandem
cauſam ipſæ etiam leges roſis haud ineptè compara[ri]
poſſent. Sed hæc alterius atq; altioris quidem ſunt tum
loci tum profeſſionis. Concludo cum Contareno: Quā-
do l'occhio dell'animo ſi è invaghito nella proſpettiua
d'una materia, all'hora dee ſeruir ſi dell'arte che
quell'occhiale, che tiene la prudenza quādo è piu vec-
chia per non ingannar ſi nelle coſe lontane, veder dov[e]
prattica il pericolo, notare i paſſi, auvertire i poſti co-
noſcer gli auuantaggi, oſſervare gli andamenti, trovar
gli accidenti in fatto, deſtramēte rimouer le ſpine, che
poſſono frapor ſi in una deliberazione grave è rilevan-
te. Cùm oculus animi ampliſſimum obiectarum rerum
campum ingreſſus pererrarit, artificioſo ſenilis pruden-
tiæ perſpicillo tempeſtiuè nixus prouidere debet, ne
longinquarum rerum incertitudine decipiatur; perſpi-
cere autem, vndè inſidietur periculum, notare paſſus,
aduertere ſtatus & euentus, relationes ac rumores, co-
gnoſcere prouentus & emolumenta, obſeru[are] progreſ-
ſus, acta atq; accidentia attingere, dextrè remouere flo-
rentiſſimis, grauiſſimis ac momentoſis ſuppoſitas inter-
mixtaſque conſiliorum roſis ſpinas.

CAPVT XII.

Inter roſam & virginitatem Parœmia.

SEcundùm S. Baſilium eleganter etiam duplicis co-
loris, candidi & rubicundi, ratione Roſæ candidæ
Virginū ſimplicitas & rubicunda verecūdia aſſimilatur.

1. In tenellis namq; roſarum foliolis non ſolùm ſub-
candidus candidæ ſimplicitatis ſignifer color perſpici-
tur, ſed & rubeus, verecundiæ, quæ propria floridæ iu-

ventutis

entutis virtus, proditor animaduertitur. Hinc Virgilius Maro, Poëtarum anteſignanus, verecundiam deſcribere volens, eam roſæ inter lilia conſtitutæ comparat ſequentibus verſibus.

Accepit vocem lachrymis Lauinia matris
Flagrantes perfuſa genas, cui plurimus ignem
Subiecit rubor & calefacta per ora cucurrit:
Indum ſanguineo veluti violauerit œſtro
Si quis ebur, vel mixta rubent vbi Lilia multa
Alba roſis, tales virgo dabat ore colores.

Et Ovidius:

Quale roſæ fulgent inter ſua lilia miſtæ.

Pulchriores hinc etiam coloratioreſue virgines vel lacti cum ſanguine mixto vel roſæ rubralbæ comparatæ, roſæ nominari ſolent, ipſis innuentibus ſacris literis; quæ ob inſignem elegantiam & formoſitatem pulcherrimam pariter & pientiſſimam Suſannam roſæ nomine dignatæ ſunt. Hebræis enim Schoſchannh roſam (aliâs etiam Lilium) ſonat, vt adeò Suſannæ & Roſinæ nomine idem denotare videatur: roſeis nimirùm dotibus florentiſſima fœmina. Vndè haud præter rationem lectiſſima atque elegantiſſima quædam Rubralba Roſabella nominata. In virgine ergo color albicans candoris ſeu innocentiæ, rubens pudoris ſeu verecundiæ ſignum, licet haud infallibile. Verùm enimverò ſcitè omninò Roſæ Virgo comparatur.

2. Vt enim Roſa fragilis omninò, fluxilis & labilis (vndè etiam à Græco verbo, ῥέω, id eſt, fluo, denominata) ita non minùs virgines quandoque fragiles, fluxiles & labiles ratione variarum infirmitatum mentis, corporis, fortunæ. Variabiles, alterabiles & incorruptibiles, vt roſæ, ita & virgines: iuxta tritum illud prouerbium Germanorum rhythmicum:

Jungfrawen lieb vnd Roſenbletter /
Hertzengunſt vnd Aprillenwetter /
Würffel / Karten / vnd Seyten ſpiel /
Verkehren ſich gar baldt vnd viel.

Virûm potentûm gratia,
Amorque dulcis virginum,
Roſa voluptas ſplendida,
Fallaxq́ luſus teſſera,
Odorq́ delectabilis,
Mutantur, heu citiſſimè.

Eundem ferè in ſenſum quidem canit:

Aura, roſa ſpecies, fauor aulæ, gratia nymphæ,
Cognatâ violant mobilitate fidem.

3. Roſa odore, & virgo pudore priuata parem merentur gratiam. Hinc Poëta quidam aculeatè potiùs quàm acuratè, verè interim:

Cùm flos odorem perdit, virgoque pudorem,
Tunc flos fit Dűrre / *virgo quę euadit* ein Hure.

Etenim, vt ab alio quodam Poëta putatitia eiuſmodi (putana Italis indè dicta) virgo reprehenditur;

Seſe proſtituens in primo flore iuuentæ
Cum flore & fructum perdidit ipſa ſuum.

Vna donna, dice l' Italiano, ſenza l' anima della caſtita, che la rende odorifera, al' mondo, è un fetente cadauero; id eſt, fœmina ſine odorifero caſtitatis ſpiritu fœtens eſt cadauer. Pudor certè virginei floris grata eſt fragrantia, quâ diſperdita perit & ipſe flos & vnâ fructus ipſe. Omnes autem integritatis amaſci

Contemnunt ſpinas, cùm cecidere roſæ.

Vt malè contentus eſſet, cui roſetum quidem promitteretur, ſpinetum verò exhiberetur: ſic, cui promitteretur roſea virgo, ſenticoſa verò & aculeata deſponderetur pellex.

4. Roſæ non ſolùm forma & figura, ſed & qualitates variabiles. Variabilis & mutabilis Lunæ & fortunæ more virgo; cuius conſtantiſſima ſola perhibetur inconſtantia, certiſſima incertitudo.

5. Roſa amabilis & delectabilis. Amabilis & delectabilis etiam virgo: quam ideò proci, canes illi Veneris

neris

eris venatici, tantâ cupidine proſequuntur, ambiunt, epereunt, ſed minùs cauti & caſti nonnunquam per-
ant. Caueas igitur, quiſquis puellarum conſortio de-
ctaris, ne pereas per eas.

6. Roſa aureâ, è citrinis filamentis concinnatâ, co-
nâ decorata eſt. Virgo illibatæ, inuiolatæ, inuictæ
dicitiæ ſignum, floridam corollam, capiti impoſi-
m, geſtat.

7. Roſa plurimis ſpinis circundata. Virgo multis
malis tentationum periculorumque ſpinis obſeſſa.

8. Roſa ſpinis ſeſe defendit à vermium & inſecto-
m inſidiis atque iniuriis. Vera virgo continentiæ,
udentiæ, aliarumque virtutum ſpinis, ceu telis, ab
ſolentium procorum, porcorum impudentium, inſi-
oſis tentationibus, quas pecuniâ (quâ vnicè vincun-
r atque vinciuntur auriuoræ parentum Chryſophi-
rum filiæ) & blandâ petulantiâ, arrogantiâ, fallacibus
omiſſionibus, negotioſis copulatricum vetularum
otionibus potiſſimùm moliuntur, ſeſe defendit; vt
m cauta ſit tum caſta maneat.

9. Roſa ſpinis ſuis improuidos, dum eas incautè
cerpere ſatagunt, pungit atque ita punit. Viros vi-
gines, dum eas vel minùs cautè vel minùs caſtè tan-
nt, arrigunt; dum ludunt, lædunt; atq; ipſæ omnium
auiſſimè læduntur. Quòd ſi enim illicitus foueatur
nor, ſubſequi ſolet amaror, ſæpè etiam tumor; poſteà
mor, error, terror, horror & pœnarum rigor.

10. Roſa leni & purâ manu tractata ſuauiſſimo
actantem recreat odore, fœdis autem conſpurcata
rioribuſque preſſa digitis marceſcendo ſubtiliſſi-
am illam fragrantiam denegat. Ita virgo, verbis mo-
bus & amoribus excepta puris ac decentibus, tan-
m abeſt, vt vel ſibi vel aliis damno ſit, vt potiùs ſua-
ſſimâ conuerſatione, lectiſſimorum morum exerci-
tione, gratâ elegantia & eloquentiâ laudabili con-
erſantem miro modo ac motu recreet (hinc virgo ne-
io quo ominoſo anagrammate idem eſt ac vigor) at-
ue etiam informet infirmum, confirmet conformem:

 obſœnis

obſcœnis verò atque impudicis tentata colloquiis, geſtibus indecoris, fœda reddatur & fœtida ſibi, pernitioſa conuerſantibus.

11. Roſa folia, ceu labra, obtinet rubicunda. Rubicunda etiam oris labia virgini ſunt ſanæ-ſanctæ. Et hinc roſea à Poëtis ora nominantur;

Virgineus roſeo cernitur ore pudor.

Indè Cornel. Gall.

Candida contemſi, niſi quæ ſuffuſa rubore
Vernarent propriis ora ſerena roſis.
Hunc Venus antè alios ſibi vendicat ipſa colorem,
Diligit & florem Cypris vbique ſuum.

Et apud alium Poëtam ora virginum roſarum atria vocantur:

----cuius reſerantur in ore roſarum
Atria.

Item labra roſea: Sic Buchananus Pſalm. 45.

Quem decorat lepor & roſeis affuſa labellis
Gratia.

Et alius quidam:

----roſeis ſe mergere labris.

Idem;

Rubraque fert roſeis Roſabella corallia labris.

Item roſeæ genæ. Sic Barclaius in Argenide, lib. I.

Sic roſeis ſtat forma genis, ſic frontis honora
Fulget apex, tales accendunt lumina flammæ.

Roſea ceruix: apud Virgil. I. Æneid.

———roſea ceruice refulſit.

12. Tenella roſæ folia nimio contactu attrita flaccefcunt & corrumpuntur. Nimio contactu, frequentioribus præſertim ac feruentiorib. oſculis, ora cordaq; virginea contaminari, Catſius Poëta cecinit *Embl. nuptial.* 26. præmiſsâ priùs obiectione, mox eâdem repulsâ.

Eſt operæ pretium furari baſia nymphis,
Atque animam roſeis inſinuare labris.
Cur neget amplexus, & abhorreat oſcula virgo?
Non pudor his, roſei non perit oris honos.

Ba-

Baſia virgineis quis credat obeſſe labellis,
Ingenuus tenero quæ tulit ore puer?
Libat apis violas & baſia figit acantho,
Oraq; plena fauis in ſua tecta refert.
Non tamen hinc viola, non hinc marceſcit acanthus,
Vtque fuit roſeus perſtat vtique color.
Virgo notas, iuuenis quas preſſerit ore proteruo,
Abluit, & facies, quæ fuit antè, redit.
Si licet oppoſito de lumine ſumere lumen;
Inuida cur iuueni baſia virgo neget?

Reſponſio.

Baſia nil teneris data poſſe nocere puellis,
Nil tactus cupidi blanditiaſque proci,
Haud mihi quis vano perſuadeat ore Poeta:
Tactus & ipſa latens baſia virus habent.
Purpureos digitis vitis ne tange racemos:
Tractari manibus non amat iſte color.
Iſte color, color iſte recens, decor integer vuæ,
ntactæ genium virginitatis habet.
Sint procul amplexus, procul oſcula, dulce venenum.
Ah! faciunt longas preſſa labella notas.
Vtque domum rediens faciem lauet vndique virgo,
Altior in tacito pectore menda latet.

13. Et ſanè vt tenella roſa, quò quis diutiùs eam exoſculatur & pertractat, eò magis magiſque ſeſe illa aperit & occultiora foliola expandit: ita etiam virgo, quorundam iudicio, quo magis eam quis amplectitur & exoſculatur, eò magis ſeſe ipſa dedit, profert, offert.

14. Vt roſa non ſui ipſius ſed hominis, gratia à creatore & Natura producta. Sic virgo non tam propter ſe ipſam quàm propter virum generata: vndè etiam *virgo* quaſi *viri ergo* dicta videtur: quamuis aliâs etiam dicatur *virago*, quaſi, *virum ago*, quòd quandoque ſit quaſi virga viro, viri vorago. Propriè tamen putarim à virore, quòd viridis ſit ac inſtar roſæ florida, non flaccida, vel à virtute, quam exercere debet denominatam.

15. Roſa inflammationes attemperat, reſtinguit, compeſcit. Roſeam decenter ductam virginem Adamicas inflammationes blando refrigerio temperare referunt.

16. Roſam rubore Martem referre ſignatura quapiam, Iohannes Baptiſta Porta ſcribit. Sunt fortaſſis & andragines nonnullæ, quæ Martialibus potiùs quàm Mercurialibus ingeniis præditæ non tam Mineruæ quàm Bellonæ vexillum ſequuntur, & in certamine non mente, ſed dente pro enſe, linguâ pro ſicâ, buccâ pro bombarda, plumbeis ſæpè, ſæpè etiam ferro durioribus, circinatis, atq; echinatis nugis vtuntur pro globulis.

17. In roſa non tam ſpinæ, quæ plurimæ, quàm florida foliola, quæ quantitate quidem exigua, virtute verò præcellentia, quæruntur. In virginibus nubilibus nobiles potiùs virtutes quàm ignobiles nummorum copiæ ac ſolæ diuitiæ (quæ quid aliud ſæpiùs quàm ſpinæ?) vel acuti aſtutiq; ſermones (qui verè cardui ſunt) reſpiciendæ.

18. Quemadmodum qui roſetum accedens roſam intendit decerpere, non flaccidam, ſed floridam, eligit: ita qui Gynæceum ambit, ex eo meliorem potiùs quàm molliorem, vietam, fracidam, virginem ducere contendit.

19. Vt à ſpinoſis roſis pueri plerunque læduntur, dum eas improuidè & incautè adoriri ac decerpere ſatagunt: ita pueri & pueriles cuncti, qui (quod prouerbio dicitur) vix generati generare pruriunt, teſtamque vix egreſſi reingredi deſiderant, nondum vel exſiccatis probè auriculis, vel conſolidato cranio, vel firmato cerebello, virgâ quàm virgine digniores iuuenci, amaſii, vt plurimum à virginibus, quas intempeſtiuè ambiunt, etiam in ipſo innocentiæ ac diſciplinæ ſtatu, punguntur abſque commiſeratione, puniuntur à correctoribus non abſque riſu.

Animaduertendum hic iuuenibus, ſtudioſis atque aliis etiam, quæ de virginibus dicta ſunt, accommo-

dari

dari poſſe. Nunc ad id progrediendum, cuius gratia potiſſimùm virginibus iuuenes, iuuenibus virgines acceptæ ſunt.

CAPVT XIII.

ROſis deliciæ ac diuitiæ quoque comparari iure poſſunt. *Roſis deliciæ ac diuitiæ comparatæ.*

1. Vt enim roſæ ſpinis; ita deliciæ ac diuitiæ ſpinoſis vitiis & incommodis quamplurimis circundatæ.

2. Roſæ pulchræ quidem, iucundæ, & fructuoſæ, ſed caducæ: pulchræ itidem diuitiæ, iucundæ, frugiferæ, ſed cadiuæ; damnis ſæpè potiùs quàm donis grauidæ. Roſæ non tam viſu, dùm roſeto adhærent, quàm vſu, dum egenti applicantur, commodant. Diuitiæ nil proſunt vel inſpectæ vel numeratæ, vel arcis, veluti mancipia carceribus, concluſæ; ſed ad bonum, pium, legitimum vſum translatæ; cum ſint χρήματα; ac ſi dixeris, vſu alia, ſeu vtenſilia. Opus namque eſt opibus; ſine quibus nihil fiet, quod opus. Quare ſapienter Socrates, vt refert Stobæus *ſerm. de Temper.* diuitias ex vſu metiri iubebat non poſſeſſione. Quî enim tua ſint, quæ ipſe nunquam vſurpas, ſubſecuturo poſſeſſori vel ad vſum reſeruas, vel ad abuſum relinquis? Hodiè nil aliud videntur temporaria terrenaque bona quàm inutilia rigidaque quaſi quædam cadauera, penitiſſimis tumulis in perpetuum ſepulta, religiosè tamen frequentata.

3. Roſæ liberaliſſimè fragrantem emittunt odorem, ſuaſque communicant facultates. Diuites eodem modo liberaliter opes ſuas diſpenſare & communicare debent. Ergo:

Diues opum fer opem: ſic operantur opes.
Aliâs qui parcus eſt viuens, porcus eſt moriens.

Et profectò nobilius eſt, mea quidem ſententiâ, ditare quam diteſcere. Diues igitur diuitias meo conſilio ceu roſetum tractet: cuius quum particulæ nonnullę preſecantur, reliquæ eò plures producunt flores: & ſi integrũ roſetum, dum vere veluti parturiens iam iam roſas emiſſurum

miſſurum videtur, etiam effodiatur, atq; in alium modò commodum, locum transferatur, ſitu potiùs ac tempore quàm flore priuabitur. Autumno namq;, ſi non ipſo vere, maiore miraculo floridas producet roſas, roſeoſque proferet fructus.

4. Vt nobiliſſimæ roſæ virtutes medicis quidem maximè cognitæ, ægris verò, quibus illi propriæ ſanitatis etiam iacturâ inſeruiunt, potiſſimùm commodę (Medici enim illarum vſum quidem ſciunt, ęgri verò fructum percipiunt) ita aureæ non minùs roſæ nobilis (cuius nomine nunc ſynecdochicè facultates innuo) vis & vſus quidē illis ad neceſſaria cōquirenda fortè cognitus, verum haud conceſſus, vti quidē olim Ariſtoteli, Galeno, Senecę, & aliis excellētiſſimis viris: cùm plerunq; ægris medici ſanitatis roſas, medicis ægri ſpinas pro flore pariter & fructu relinquant. Pauciſſimi enim reperiuntur grati beneficæ Medicinæ, huiuſdemque filię, ſanitatis, cultores & amaſii, tritumq; olim experientiæ reclamat hodiernæ diuerbium: Dat Galen⁹ opes. Hoc certè doctiorib. infeſto & funeſto tempore nec dat Galen. opes, cum non poſſit egenus, nec dant Galeno opes, cum non velint, auari, ingrati, inuidi. Imò ne dant quidem quod debent. Fortean Geber Germanus æquè ac Arabs demortuus: & neſcio ego, an fortaſſis Habdanckorum (Comitum aliâs) vix vnus aut alter ſuperſit.

5. Quemadmodum roſæ quidem ab omnibus expetuntur, ſpinæ verò à nemine appetuntur:

Nam riget amiſsâ ſpina relicta roſâ.

Ita iucundos diuitiarum floſculos nemo non expetit, ipſarum verò ſpinas ſeu carduos, id eſt, arduos, quibus acquiruntur, licitè quidem, labores quilibet extimeſcit. Licet aliâs:

Quiſquis apes, vndasq; timet, ſpinaſque roſeti,
Non mel, non piſces, non ferat ille roſas.

Et hæc grauis eſt multarum in Politia calamitatum, contentionum, æmulationum cauſa. Grauior autem, quòd nobiliſſimis animæ dotib. & functionibus viliſſimi corporis labores, ſubtiliores fraudes, adulationes,

vſur-

ſurpationes, iniquiſſimæ captationes & aucupia præ-
rantur, nec vllum ferè inter homines etiam Chriſtia-
os, ampliùs virtutis, ſapientiæ, doctrinæ vel precium
el premium, minùs certè ac olim apud Ethnicos. Hinc
ſt, quòd omnes ferè ab arduo, nec vnquam ſatis agni-
o, ſapientiæ ſtudio & officiis literariis, flore pariter ac
uctu neſcio quo fato deſtitutis, abſtineant, abhor-
ant. Atque ita priſtina breui barbaries ne perſen-
atur, valdè verendum. Sublatis namque ſtudiorum
etiis ſtudia perire ipſa Tacitus aſſeuerat *XI. Annal.*
t, vt ſcitè iudicat Hondius *Præfat. in Atlant. maior.*
uia pleriq; ſumma ſibi præmia pollicentur, nec tamen
mnes viâ regiâ rectiſque artibus ad ea contendunt,
ulti verò quòd ſibi à virtute deeſſe cõſpiciunt, à frau-
e & malis artibus fœnerantur, fit, vt non tantùm pari-
s imparia obtingant, ſed inferioribus etiam præmia
ferantur præſtantioribus denegata: eoq; pacto fran-
tur bonorum virorum contentio, impetuſque retar-
tur, dum alios vident præmia virtutis poſſidere, alios
ereri.

Terris receſſit priſca ſanctitas, ſimul
Opes honori, caſta paupertas probro
Cœpta eſt haberi, crebruitq́; mos malus
Cenſere cenſu, haud innocentiâ viros
Hinc impudicus impudenſque ſannio
Tellure matre natus, & Pluto patre
Fructus potitur debitos induſtriis,
Virtute nulla nixus aut fama bono.

Quorum verſuum author præſtantiſſimus eſt Poëta
tavus, Dominicus Baudius. Equidem indotata vir-
virtus eſt, quàm non niſi αὐταρκείᾳ ditatus ambit.
d & æmulationes, quibus non rarò ſe inuicem exer-
nt, ab aliis plus ſatis diuexati, literati, magnorum im-
dimentorum & incommodorum cauſæ ſunt. Veren-
r nonnulli, ne nimium felices ſint alii. Nemo nimis
ix vnquam fuit, eſt, aut erit in hac vaſta miſeriarum
lle, in hoc ſenticoſo Mundi roſeto.

6. Vt roſæ, dum floreſcunt, odoratiſſimæ, iucundiſ-
ſimæ,

ſimæ, gratiſſimæ ſunt, dum verò marceſcunt, minùs o-dorę, iucundæ, gratæ: ſic diuitiæ, dum in flore conſti-tutæ, recreationis amore iucundiſſimæ, dũ defloreſcere incipiunt, ægritudinis amarore ingratiſſimæ videntur.

7. Roſa viridis & ſucculenta ſuauis, nec ita vt arida amara eſt. Diuitis gloria, quãdiu floret atq; viget, dul-cis: poſtquã verò marceſcit, amara etiã eius recordatio.

8. Sol roſam æſtu arefacit. Fortuna incendio, ęmu-latorum æſtu & iniuriis aliis ferè infinitis ſubitò auferre ſolet diuitis opes atque gloriam.

9. Roſeus ſurculus reſectus aliorſum tranſplanta-tur, inibique excreſcit: alio tempore in hac, alio in illa roſeti parte effloreſcit. Ita tranſplantatæ veluti diuitiæ locumque mutantes ab vno tranſeunt ad alium; vt quæ modò hîc iam alibi excreſcant.

Vt roſa cùm marcet viridi delapſa roſeto;
Tunc noua deſertas occupat orta vices:

ita marceſcente decerptâque forſan vnâ vel altera di-uitiarum roſellâ, florida fortunarum particulâ, ſuccre-ſcere ſolet alia.

10. Roſa colorem mutat, nec vnius ſemper eſt odo-ris ac ſaporis. Deliciæ & diuitiæ ſpeciem ſaporemque mutant, & pro guſtu diuitis aliter aliterque ſapiunt; fa-melico melleæ, ſaturo videntur falleæ.

11. Roſam fortuna ſæpè dum promittit, ſpinas ani-mo ſperantis immittit. Diuitias eadem dum promittit, varios aculeos infigit. La fortune, diſent les François, monſtre la roſe & donne l' eſpine.

12. Roſam, vt & alios flores, Plinius dicit eſſe lu-ſum laſciuum & picturam Naturæ. Diuitias ego dixe-rim luſum laſcivum & vmbratilem picturam fortunæ, quæ inuida ac infida mortalium vexatrix petulanſque procorum titillatrix plerunque amaſiis ſuis aut illudit, aut lædit eoſdem. Sed hæc ipſa obeſſe non poteſt, quàm quibus prodeſſe ſolet.

13. Florum tres præcipui ſunt colores: coccineus in Roſa: ianthin⁹ in Viola: purpureus in Iride. Tres hoſce colores ars imitatur in veſtib. quas diuites tingunt, ge-

ſtantque

antq; nunc coccineas, nunc ianthinas, nunc purpu-
eas. Qui tres colores repræſentant pariter tres opum
aſtatores: nimirùm coccineus ignem & incendium:
iolaceus aquam & naufragium: purpureus cædes &
apinas. Opes enim vel pereunt incendio, vel naufra-
io, vel rapina, vel & roſei ſanguinis profuſione.

14. Quemadmodum roſa haud diu perdurat, ſed
uæ modò floreſcit, mox flacceſcit. Ita dives modò
ireſcit, modò vileſcit: &, vt habetur Iacob. *c.*1.*v.*10.
cut flos fœni tranſibit. Exortus eſt enim Sol cum ar-
ore & arefecit fœnum & flos eius decidit, & decor
ultus eius periit: Ita & dives in itineribus ſuis mar-
eſcet. Adeò caduci illi fortunæ floſculi, imò leuiculi
appi & iuli, cuiuis vento obnoxii facilè difflantur.
citè hac de re cecinit Eliſabetha Ioanna Weſtonia,
irgo Angla, generis, virtutis, doctrinæ, nobilitate
lariſſima:

Vt ſurgunt viridi flores radice virentes,
Et ſucco faciles deficiente cadunt.
Fortunæ haud aliter fulgentia dona rotatu
Emergunt, ſubitâ & mobilitate ruunt.

15. Quemadmodum roſarum odorem nonnulli
erre nequeunt, eoq; magis læduntur quam iuuantur.
Nouimus enim mulierculas, quæ perceptâ roſarum
ragrantiâ in leipothymiam inciderint; cuius rei ratio
anifeſta:) Ita delicias ac diuitias mortalium multi
erre nequeunt, iuxta verſum illum:

Difficile eſt æquâ commoda mente pati.

Nam inſoleſcunt homines plerunque diuitiis: ſolideſ-
unt autem virtutum exercitiis.

16. Roſæ nimis auida & auara manu improuidè
ræhenſæ captantem capiunt vindicibus ſpinis ſuis
ſpina enim quibuſdam à σπᾶν, quòd apprehenſa tra-
at, nominatur) nec incautum carptorem illæſum aut
npunè ferentem dimittunt: conchis marinis marga-
itiferis hac in parte non abſimiles, authore Iſidoro
haraceno, qui teſtatur, in magno verſari periculo
os, qui margaritas venantur, cùm inhiantem con-

cham rectâ manum indiderint. Eâ enim in ſe contractâ ſtrictéq; coarctata incluſos digitos abſcindi, vel ſaltem conquaſſari, quibuſdam eo cruciatu morientibus. Quod ipſum Plinius *lib. 9. c. 35.* teſtatur, dum inquit: Concha ipſa cùm manum ſentit (piſcatoris) comprimit ſeſe operitque opes ſuas, gnara, propter illas ſe peti, manumq; ſi præveniat, abſcindit, nulla iuſtiore pœna, aut acrioribus munita ſuppliciis. Etſi Plinius verbis illis: gnaræ, propter opes ſe peti, Philologicè & declamatoriè potiùs quàm Philoſophicè & accuratè loquutus videatur. Conteſtem aliâs ſortitus eiuſdem Hiſtoriæ Ælianum, referentem, in mari rubro conchas quaſdam, quamcunque piſcatoris natantis partem labris ſuis ſeu marginibus teſtaceis apprehenderint, abſcindere; id quod & hodiè Hiſpani atque Luſitani teſtantur. Vt mirer, hac in parte bonum dormitaſſe Rondeletium, aliâs in rerum naturalium venationibus vigilantiſſimum, qui pro fabula veriſſimam illam hiſtoriam habet. Diuitiæ quid aliud quàm vel ſpinoſi flores vel floridæ ſpinæ? quæ non vngunt, ſed pungunt & puniunt, auarumq; capturientem ipſæ capiunt, decipientem decipiunt. Quid aliud quàm conchæ? (Ditis, credant diuites, non minùs ac Veneris conchæ periculis plenæ) quæ malè-ſanos amaſios diſperdere, quum hi eaſdem deperire, ſolent: in eo tamen ab illis abſimiles, quod iſtæ æquè mortiferæ ac illæ margaritiferæ.

17. Quemadmodum alia plurima, ſic & roſacea quædam medicamenta tam obſunt intempeſtiuè propinata quàm proſunt tempeſtiuè ſumpta: Sic & Diuitiæ; quas Zeno dicere ſolebat non magis prodeſſe quàm nocere ſanitati, addam ego, & ſanctitati. Certè quamprimùm Germanos, aliâs inuictos, auri ſacra fames & argentangina vicit; vt primùm non modò merum, ſed & aurum, etiam non potabile, ſitire potareq; conſueuerunt, omnia in Germaniam ſunt introducta mala: & iidem plurimùm à priſtinis moribus & humoribus receſſiſſe, imò planè degeneraſſe videntur.

Deli-

Deliciarum ac diuitiarum magnalia illa olim ſpreuerunt potiùs quàm ſperauerunt: quod vel vnico exemplo clarum reddi poteſt. Victo enim, vt refert Cominæus *l.* 7. Carolo Duce Burgundiæ ad Granſonium ab Heluetiis magno prælio, & fugiente, milites victores ingentes quidem opes aſſecuti, quantæ tamen illæ eſſent, ignorabant, nec priuſquàm amitterent, agnoſcebant. Adamantem namque Ducis toto orbe celeberrimum, cui erant appenſi aliquot vniones, quidam vbi inter alia reperiſſet, in pyxidem repoſuit; mox ſub currum abiecit; paulò poſt reuerſus ſuſtulit, & ſacrifico cuidam vendidit aureo nummo. Is deindè à ſui oppidi magiſtratu, cui miſerat, accepit aureos duos. Quæ gemma pretioſiſſima, cùm deindè à gemmariis eius præſtantia cognoſceretur, & propter immenſum precium diu nullum emptorem inueniret, tandem ad Turcos allata & eorum Imperatori vendita eſſe dicitur, qui eam, vti conſtans fama eſt, in ornatum diadematis ſui tanquam peculiare monile tranſtulit: in eoque magnis feſtiuitatibus oſtentatur. Alii volunt, Adamantem illum tandem vicies mille ducatis venditum infulæ Pontificis Romani etiàmnum hodiè inſertum videri. Maximum, me IESU, artificium eſt, ſolis notum piè-ſapientibus, (quales multos etiam quouis tempore Germania tulit) animo contrà argentanginam præſeruato diuitias abſque damno poſſidere, & iiſdem non tam frui quàm vti, imò, quandocunq; vbicunque melius ita DEO viſum fuerit, libenter valedicere & illis & vniuerſis, quibus breuiſſimè in hac vita ludimus, mundi crepundiis, nugis, bullis, vmbris, vanitatibus.

CAPVT XIV.

HOmo, qui veterum Philoſophorum ſententiâ inuerſa quaſi quædam planta eſt, non tam terreſtris quàm cœleſtis, grauiſſimo Galeni iudicio *lib. de Conſult. c.* 4. cuius radix ſurſum, rami deorſum ſpectent, (Nam ſicuti plantæ os à terra, ſic nobis oris ſitus à cœ- *Varia Hominis cum Roſa comparatio.*

lo: vt, quemadmodum illæ indè, ſic nos illinc noſtrarum actionum principia hauriamus. Scal.*ex*.140.*ſ*.2.) Sacrarum Literarum teſtimonio flos, fœnum, herba Pſal.*90.v.6.* & Pſal.103.*v.15*. & Pſal.129.*v.5*. Eccleſ. *c.14.v.18.* Ierem.*c.5.v.7*. Oſ. *c.4.v.14.* 1. Corinth. *c.6.v.13. & 15.* Coloſſ *c.3.v.5.* Hebr.*c.13.v.4.* 1. Petr.*c.1.v.24.* tam variè & verè roſæ comparari poteſt, quemadmodum & omnia humana, vt vel ſexcentæ parœmiæ hinc concinnandæ eſſent, niſi me tum ipſius rei amplitudo, tum ingenioli mei tenuitas, tum & criticorum, qui affectatam in parergis prolixitatem lectoribus moroſioribus ingratam, mihi forſan exprobrarent, rigidior cenſura promiſſæ breuitatis memorem redderet. Pauculas igitur hîc ſaltem delibabimus.

1. Roſa omnium florum, homo animalium, princeps eſt.

2. Roſa pulcherrima. Pulcherrimus & microcoſmus, Homo, vtpote ad ipſius Dei (qui vt bonitatis ita & pulchritudinis fons & origo) imaginem conditus: in quo vno omnium reliquarum creaturarum gratiæ concurrentes tanquam in compendio clarè conſpiciuntur. Hinc homo homine potiſſimùm & plus quàm cunctis cæteris, etiam pulcherrimis creaturis, delectatur. Et, quoties virginem vel alium hominem formâ præſtantem ſingulari commendare cupimus encomio, florentem roſam nuncupamus: atque ipſa Suſanna ob inſignem pulchritudinem ſuam in ſacris roſa appellatur. Hinc & illud natum prouerbium: roſis aſſidet.

3. Roſa partium, qualitatum, virtutum ſuarum ratione omninò harmonica eſt & perfectiſſima. Harmonicè perfectus eſt & perfectiſſimè Harmonicus Homo tam corporis quàm animæ (vtinam & poſt lapſum, virtutum actionumq́;) reſpectu. Sed hæc amplioribus, huc quidem impertinentibus, egent dilucidationibus.

4. Roſa culta meliùs excreſcit quàm inculta. Sic & homo culturâ opus habet à tenerrimâ ætatulâ. Syl-ueſcit aliàs & vileſcit prorſus abſque educationis cul-

tu. Ex

tu. Ex priuatione enim vel deprauatione educationis omnis omni tempore inter mortales ruditas, barbaries, tyrannis, inhumanitas, inſolentia, imprudentia atque impudentia nata. Educatio namque vitia extirpat, & virtutes parit. Galen. *l.* quòd animi mores, &c. *c.* 10. Vnuſquiſque igitur, eodem ibidem monente, pro viribus annitatur, & educatione & ſtudiis & diſciplinis vitium quidem fugere, virtutem capeſſere. Ne, quod fieri ſolet, florem iuuentutis dæmoni, floces ſenectutis Deo quiſquam conſecret; atque adeò ipsâ non ſolùm ſapientia, ſed etiam reſipiſcentiâ priuetur. Nam plerunque

Qui non aſſueſcit virtuti dum iuueneſcit,
A vitiis neſcit deſiſtere quando ſeneſcit.

Et, vt alius quidam canit;

Fertilis aſſiduo ſi non renouetur aratro,
Nil niſi cum ſpinis gramen habebit ager.

Ager, inquit Cic. 2. *Tuſc.* quamuis fertilis, ſine cultura fructuoſus eſſe non poteſt. Cultu, ô veri Chriſtianiſmi cultores, cultu inquam, opus habet tum Eccleſiaſtica, tum Politica, tum Oeconomica Hierarchia; quæ inculta, ſordida, ſqualida indies magis magiſque tum ſylueſcere, tum vileſcere infeſtiſſimo hoc bonis ſeculo videtur. Neque priùs res mundanæ meliùs habebunt, quàm vniuerſalis, ſeria, vera, ac ſeuera inſtituta fuerit omnium ſtatuum repurgatio & reſtauratio ab ordinariis ſubditorum moderatoribus, gubernatoribus, rectoribus, vicediis: & hi non modò pro aliis, ſed & præ illis iuſtitiam excoluerint, virtutem exercuerint. Malè habentibus enim agricolis malè plerunque habent agelli. Quales hi, tales illi. Quod felix fauſtumque ſit, correctionis initium facite vos, ô Chori, Fori, Tori, antiſtites, & veram, non affectatam, iuſtitiam ac pietatem colite. Pallida hodiè incedit virtus: palliatum vitium. Plerique boni videri quàm eſſe, mali eſſe quàm videri malunt. Coloratus, ne dicam, fucoſus & laruatus, plurimorum Chriſtianiſmus, longè ab eo, qui Chriſti tempore floruit, alie-

nus, omni conamine priſtino nitori reſtituendus. In mundo mundanam, in cœlo cœleſtem ducendam vitam oblatrant voluptatis candidati, parùm-ſancti, nihil minus quàm veri Politici. Non creatus eſt ad immunditiem Mundus, tanquam hara quædam, quâ immundi porci ſaginentur & pro explenda libidine volutentur, donec ſuo quiſque tempore mactetur. Nunquam tandem luto-amici terrenarum voluptatum inuoluti viſco emergere ſtudebunt? Nunquam ad ſuperiorem melioremque mundi partem, cuius reſpiciendæ gratia erecto vultu præditi ſunt, aſpirabunt? Impiam aut non nimis piam vitam ſtatuunt mundanam? At eam ego non humanam ſed barbaram eſſe iudico. Non tam brutorum quàm hominum gratia florulentus hic conditus hortus, Mundus: vt in eo tanquam ſacro quodam amphitheatro Sacroſanctum Numen deuotè agnoſcant, ſanctè colant. Haud verendum, nimis quenquam fore pium. At hoc eſt, quod illi metuunt, ſi quid metuunt: ideoq; piis reſiſtunt, impiis aſſiſtunt; innocentes vel delinquere vel deliquiſſe cogunt. Ad verticem cœleſtis mentis, pietatis, ſummo etiam conatu anheles, vix ad medium pertinges. Ad ſupremum cœlum tranſvolare ſatagas, ad mediam aeris regionem difficulter peruenies. Spretis infernis ad ſuperna piè aſpirare, laudabilis eſt ſuperbia, nec contemnendus contemptus. Culturâ, repeto, immundus mundus opus habet, & quidem tempeſtiuâ, accuratâ, ſtrenuâ, haud ſuperficiariâ. Fœda perpurgantur ſtabula & mundus non mundetur? Vlteriores præcauentur infectiones peſtilentiales, & non immedicabiles omninò, quæ contaminatos inter homines graſſantur, infectiones non auertantur? Aut inuitandi, aut adigendi refractarii mortales ad ſeriam, quam unicè expectat Deus, exoptant pii, differunt impii, pœnitentiam. Solidis vtendum flagris, vbi ſolitis flabellis nihil efficitur. Averruncanda, ſarrienda, ſtirpitùs exſcindenda, vel ſaltem aſſiduè abradenda atque auellenda radicata iam inueteratorum vitiorum Zizania: aſſerenda noua pie-

tatis

atis, virtutis, doctrinæ ſemina: fertilis reddendus Reip. ager, nimiùm hactenùs ſterilis: mundandum mundi roſetum atque liberandum ab auaritiæ ſordibus, iniquitatis, fraudis, falſimoniæ, quiſquiliis, voluptatum chantharidibus, luxus & luxuriæ vermibus, infinitis ſcelerum erucis: nec iuſto vindici, Deo, acerrimam, & quidem ferream candentem, ferulam vibranti, pertinaciſſimâ conniuentiâ ac pernicioſiſſimâ temporiſatione, omnis veræ pœnitentiæ obſtaculo, ampliùs illudendum. Neque enim priùs deſinet Dominus punire quàm homo deſierit peccare.

5. Roſa raro pinguibus, argilloſis, aut riguis excreſcit locis, nec tamen etiam vmbroſis ac ſordidis facilè prouenit angulis, ſed ſiccâ, rarâ, ruderatâ Soliſque radiis colluſtratâ delectatur terrâ. Homo pinguiore ſatus atque excultus loco minùs feliciter effloreſcit quàm qui ſicciore, ſolidiore & aridiore, ſed tamen libero ac beneficiis Diuini Solis radiis illuſtrato, nec obſcuro, duriuſculè educatus.

6. Roſa inter ſpinas effloreſcit. Homo varias inter aduerſitatum ſpinas conſtitutus nihilominùs tamen præter ſpem & expectationem ſolâ Dei gratiâ ſæpiùs effloreſcit. Et, vt roſa ſpinis non tam abutitur ad offenſionem, quàm vtitur ad defenſionem: ita homo tribulationum ſpinis non tam abutitur in damnum vel proprium vel alienum, ex impatientia, vindictæ cupiditate, deſperatione, quàm vtitur ad proprium commodum, ſi non corporis temporarium, animæ tamen æuiternum.

7. Verùm, vt roſis ſpinæ à Natura ad abarcendas aduerſariorum inſidias atq; iniurias conceſſæ, ita non minùs hominibus armorum ſpinę & iuſta defenſio Naturæ iure permiſſa. Hoc n. vt Cicero loquitur *in Orat. pro Milone*, & ratio doctis & mos gentibus & feris Natura ipſa præſcripſit, vt omnem ſemper vim, quacunque ope poſſent, à corpore, à capite, a vita ſua propulſarent. Et *lib.12. Ep.1.* Quid eſt quod contrà Vim ſine vi fieri poſſit? Nimirum vim vi repellere, par pari

referre licet. Et

Fallere fallentem publica iura ſinunt.

Videatur *l. vt vim. ff. de iuſt. & iur.* Item *l. 21. C. de pact.* Item *l. 6. C. Commun. vtriusq; iud.* Iuſtum bellum, inquit Liuius *l. 9.* quibus neceſſarium, & pia arma, quibus nulla niſi in armis relinquitur ſpes. Idcirco

Iudice me, fraus eſt conceſſa repellere fraudem
Armaq; in armatos ſumere iura ſinunt.

8. Roſa innocentiſſima corroſa tamen à vermibus & cantharidibus ad interitum vſque afficitur. Afficiuntur & innocentiſſimi ſæpiùs homines à nocentiſſimis & callidis potiùs quàm candidis illis vermibus, qui ad perniciem bonorum nati plus obeſſe quàm prodeſſe ſolent, inuidi, inſcii, maleuoli, maledici, malefici. Nulla virtus ab inuidia libera, nulla doctrina tuta.

O dirum exitium mortalibus! O nihil vnquam
Creſcere nec magnas patiens exſurgere laudes
Inuidia!

Vt roſa, ita & virtus amabiliſſima ſuis tamen haud caret oſoribus. Vt, cuius lucem gloriam, eius vmbram inuidiam videamus. Nec roſa ſine ſpinis, nec virtus ſine inuidiæ telis floreſcit. Sans eſpine ne ſe cueille la roſe, diſent les François. On ne cueille pas la roſe ſans picqueure, c'eſt à dire, ſans ſe picquer. On n'acquiſt pas la renommee, ſans eſpine de l'envie. Virtutis comes inuidia, inquit Cicero *IV. ad Herenn.* plerunque bonos inſectatur. Et, vt idem *de clar. orat.* teſtatur, mos eſt hominum, vt nôlint eundem pluribus rebus excellere. Inuidetur, eodem teſte *II. de Orat.* præſtanti florentique fortunæ. Verum inuidia virtute parta, gloria non inuidia putanda eſt, eodem Cic. authore *I. inuect. in Catilin.* Adeò, vt Ovvenus canit,

Virtutem genij duo ſemper in orbe ſequuntur:
Hic bonus, ille malus: gloria & inuidia.
Liuor edax hominum viuorum encomia carpit:
Vt defunctorum corpora vermis edit.

Mirandum ſanè; optimis parentibus, Honore & Virtute, prognatam peſſimam ſobolem, inuidiam: vt ſequ en-

quente epigrammate, à me exercitii gratia aliquando ubciſivâ horulâ effictò, declaratur.

Maritus Virtutis, Honor, bonus eſt: bona coniux,
Quæ impregnata tamen parturit invidiam.
Eſt ſanus pater; eſt mater ſanctiſſima, Virtus:
At monſtrum inſanum, filia, degenerat.
Inuita inuidiæ genetrix, virtus, pariendo
Sic pateris tu: erras, quæ pia mater eras.
Inuidiam quia nempè paris, (monſtrum vel abortum)
Inuidiam pateris: ſic pariendo peris.
Sed pereundo paris rurſus. Quæ filia? fama:
Invidiæ victrix: gloria morte carens.
Vmbra ſit invidia: hanc comitem patiare, neceſſe eſt.
Sed mala multa tibi ſi pariat, pereat.

quidem mirabilis eſt invidiæ genealogia, propagatio, familiæque ratio. Nam ex Honore & Virtute, obiliſſimis parentibus, ſpurciſſima nata filia degener, nvidia, proſtituta meretricula; quæ ſubtiliori primùm igmento, deindè & craſſo mendacio, nupta peperit, ccurrente ſuſpicione, obſtetrice verſutia, nutrice imudentia, calumniam: ex calumnia verò Mercurius urtivo concubitu progeneravit rumorem: qui matrinonio cum veritate, temporis filiâ, contracto tandem enuit ſuſceptore ſeu patrino cādore, matrinâ conſcintiâ, innocentiam; quam promotrice conſtantiâ moeſtus ducens triumphus ſuaviſſimorum filiorum, aplauſus, gloriæ, & æterni nominis ſplendoris, matrem ecit. Itaque ex optimis prognata maioribus invidia oſteros vel invita produxit optimos; ſeſeque ipſa detruxit, dum ruinam aliis adſtruxit. Invidia, invidia rofectò beſtia illa eſt ac peſtis ſibi ipſi non minùs atue aliis exitioſa; ſcorpio non abſimilis, qui vindictæ upidus, ſed non capax, venenoſo nodoſæ caudæ acúo ſeipſum lethaliter ferire ſolet. Quid ergo? Virtuemne vitabimus vti vitemus invidiam? Nequaquam. ongè aliud & quidem commodius mihi conſilium. am cùm Virtutis comes & felicitatis pediſſequa ſit vidia, invidenti potius quàm inviſo pernicioſa,

conſultiùs haud agere me poſſe reor , quam ſi nemini invidiam invideam: & huius ipſius iacula Chriſtiana tum prudentiâ repellam, tum patientiâ obtundam. Hac namque ratione dum patior, invido; dum potior, mihi gratificor: & eo ipſo gratiam illi extorqueo, mihi concilio, vel volente nolente illo. Et ferre quædam potiùs quàm auferre poſſumus, ſolemus, debemus.

9. Roſa odoratiſſima inter aliâ olida plantata tantùm abeſt vt degeneret, vel quicquam Virtutum ſuarum amittat, vt vegetior potiùs evadat, validior & odoratior, vt infrà declarabitur. Sic homo doctrinâ vel virtute clarus quosvis inter adverſarios inhumanos, rudes, ſordidos, invidos , quasvis inter adverſitates conſtitutus generoſitate ac virtute ſuâ accreſcere potiùs quam decreſcere, effloreſcere quàm defloreſcere ſolet; iuxta verſus illos Camerarii *in Emblem.*

Livor iners ſtimulos generoſis mentibus addit:
Sic per fœda roſis allia creſcit honor.
Et roſa, & è mediis conſurgunt lilia ſpinis;
Sic virtus ipſis creſcit ovatq; malis.

10. Roſa inter lilia conſtituta eſt hominis doctrina virtutibus ſtipata. Quod enim Roſa inter lilia, quod gemma auro incluſa, quod aurea argenteis vaſis impoſita poma, id virtus eruditioni coniuncta.

11. Vt Roſa à ſpinarum , ita homo virtute doctrinaque præditus ab invidorum telis nunquam immunis.

Vt roſa ſuaveolens ſpinis miſcetur acutis,
Sic virtutis honos pungitur invidiâ.

Et, vt pius Poeta cecinit ,

Nunquam bella piis nunquam certamina deſunt,
Et cum quo certet, mens pia ſemper habet.

12. Roſa apibus amica, ſcarabœis inimica. Homo vel virtute vel doctrinâ clarus gratis gratus eſt, ingratis ingratus.

Vt roſa mors, ſcarabee, tibi eſt, at api vna voluptas;
Virtus grata bonis eſt inimica malis.

Can-

Candida cantharidis roſa mors eſt: candida virtus
In Mundo mors eſt horrida mentis atra.

ed æquanimiter ſordidis ex humano genere ſcarabeis ermittamus, vti generoſis doctrinæ roſis tam infenſi etentium eorum Æoli ſint ventorum, qui ab Occi- ente ſpirant: ſi virtutis fragrantiam abhorreant, ſui ſi- lium vitiis fœdiſſimis gaudeant.

13. Roſa quia ſpinis horridula pungere, adſtrin- nte verò ſapore incommodare vel minùs arridere vi- tur, à delicatulis fortè negligitur: contrà flos Afri- nus ſeu Indicus, roſa Indica Geſnero dictus, blan- or quidem, ſed virulentus, vt & ipſe Napellus, diligi- r, in hortis plantatur, colitur, cõſervatur. Negligun- r aliquando etiam homines præſtantes, quia fortean curati virtutis, veritatis, iuſticiæ cultores ac vindi- s: diliguntur contrà blandi, ſed ad perniciem nati ulatores: qui caudam in ore quidam vulpinam, in rde ſcorpioninam geſtant: qui parùm docti, ſed plus is negotioſi multos officioſiſſimè diſperdunt. Qui- s ii potiſſimùm delectantur faſtuoſi, qui doctis in- ſi non alios quàm ſibi mancipiorum more ſubiectos ad quævis etiam iniquiſſima ſervitia paratos nimio minio aſſueti ferre queunt. Vndè ſæpiùs obſeruatur, Medicina, exempli gratia, piis doctiſque poſthabi- imò inſidiosè ſuppreſſis, viris, ſceleratiſsimos quos- medicaſtros, modò linguaces & grandiſtrepos, ad citum mentientes, bellâque occaſione impunè deci- ntes, rudes, indoctos, impios Chriſtianorum dra- nculos, ſanguiſugas, cancros foveri, defendi, eligi, & b Divino Salvatore, cui ſacramentum dixêre Chri- colæ, magis diligi. Latent, me IESV, nefandæ facino- huius cauſæ. Non crediderim, quod quidam ſuſpi- tur, id fieri conniventibus ſuperioribus à fæce ple- ob impunè perpetranda tacita infanticidia, ener- nda pro inſidiatorum libidine connubia, exploranda ticinia & alias exercendas artellas, à quibus medicus è Chriſtianus abhorret; cuius nec conſilium nec ilium in talibus illis expectandum. Sed horum abu-

ſuum

ſuum atque etiam ſuſpicionum præcautio tum cœleſt
iudici, tum huius in terra vicariis, prudentiſſimis arb
tris, nec nefarii lucelli conſortibus, committenda; in
omninò tandem ad extremam nauſeam proſtituatur
ſaluberrima medicina: cuius fructu verendum eſt in
mal feriati detractores tantum fruſtrentur, quantum
flore tum Medicinam, tum ipſos etiam Medicos Do
gmaticos fruſtrare ſatagunt. Conſiderare deberen
verum veræ ſcientiæ florem pariter & fructum ſolâ Sa
croſanctæ Triados Divinâ gratiâ nobis communicari
diam autem Medicinam, quam & Ipſe IESVS in terri
exercuit, tanquam puram margaritam haud impuri
eſſe porcis committendam, nec ſanctum canibus con
cedendum; (vt Evangelicis vtar verbis) qui non vt Eth
nici merâ humanâ inebriati ſapientiâ, ſolâ veri DEI
Creatoris & Recreatoris, ignorantiâ laborant, ſed ſa
nâ ſcientiâ partim & arte, partim conſcientiâ deſtitu
nefandâ pertinaciâ malitiosè inſaniunt, vero Medici
næ auctori, quem publicato etiam dudum ſanctiſsim
teſtamento novo & oblato Evangelio agnoſcere no
tam neſciunt quàm nolunt, infenſiſsimi atque infeſti
ſimi, at nihilominùs in ipſius Chriſti deſpectum à Chri
ſtianis nonnullis incubis foti, ad ipſa facultatum ſacra
ria promoti, tantò magis à ſalutiferâ converſione re
moti ac impediti, maximo tum ſcandalo tum detri
mento cætus Chriſtiani. Sed malunt lucro faſcina
Plutonicolæ frivolis excuſatiunculis ſemper errar
quàm ſemel erraſſe. Tu, Domine IESV, iudica.

13. Roſacea medicamina (vt ſuccus & ſtillatitiu
liquor) per ſe ſumpta amariuſcula ſunt nec vſque ade
grata, niſi ſaccharo vel tabulis manus Chriſti dictis ſir
dulcata. Humana conſilia & auxilia, niſi Divinâ ſua
viſsimi Chriſti manu temperata edulcataque, tum in
firma, tum ſubamara, tum acerba tandem obſervan
tur.

14. Roſa propter inſignes Virtutes ac benefici
clariſsima eſt & omnibus chariſsima, nullis ferè medi
camentis atque alimentis nobilioribus non indita. Flo
ridu

ſus homo præcellentem ob beneficentiamac virtu-
m clariſsimus & charisſimus eſt omnibus, præſtan-
oribus in conſultationibus & opitulationibus ſem-
r deſideratus,accitus,dilectus,nunquam ſine damno
glectus.

15. Roſæ propter formæ elegantiam & virtutis ex-
llentiam ſtatusque ſui eminentiorem paulò condi-
nem ſuperbiæ nota à ſuperbis affricatur, vt ſequens
ne exercitii gratia efficta fabula declarat. Iurgiis ali-
ndo ſeſe invicem excepêre atque altercationibus
ud levibus exercuêre fungus & roſa. Fungus roſæ
itiorem, quem ſuperba occuparet, locum, atque et-
n horridas, quibus aſpera veſtita eſſet, ſpinas expro-
ns, ſeſe nudum natum & inermem, hominis exem-
, humilioribus inſuper locis ac fimetis contentum
e ſine gloria quidem gloriabatur. Cui aſſentiens ſca-
eus, tam adverſam ſibi eſſe roſam, vt eius odorem
ſque præſentaneo periculo ferre minimè poſsit, pa-
n declarabat. Quibus etiam cantharides acclama-
nt, roſarumque lethiferum eſſe odorem propriâ &
idem infeliciſsima experientiâ comprobare ſatage-
nt. Verùm iis omnibus riſu & commiſeratione di-
s illudens roſa paucis & ſuccifis, ſed ſuccoſis, verbis
ondebat: ab alma matre ſuâ Naturâ, ſe paulò editio-
oco productam, vt à vilibus, abiectis, ſordidis, quæ
mi ſeſe inuicem contaminarent, remotior, illibatam
aret puritatem natiuam, ſpinoſo verò habitu ſe
que defendens frequentes aduerſariorum iniurias
rceret: cæterùm antagoniſtam ſuum, cantharidem,
lentam eſſe beſtiam, & propria culpa etiam à bene-
fragrantia interfici: alterum verò antagoniſtam,
abeum, fœdum atque fœtidum eſſe ſtercorum a-
ſium, qui ſordidus ſordidis cumprimis delectetur
itaculis & cœnaculis, quò ſimiles habeant labra
ucas; (vt mirari ſubeat, quid Roterodamum illum
torem, aliâs excellentiſsimum, in Chiliadibus ſuis
am inſolentiam permoverit, vti ſordidiſsimum
abeum Imperatrici Aquilæ non modò conferre
ſed

ſed & præferre non erubuerit) fundum verò aiebat c
vitie potiùs notum quàm canitie nobilem miſeram
geſtatē pro laudabili vtirtute, vilitatem pro vtilitat
immunditiam pro humilitate venditare. Sic etiam in
nocentiſsimis hominibus, quos DEVS nobilioribus
donis ac dignitatibus dotavit, quos malevolorum et
iam inſidiis preſſos natura erigit, virtus extollit, qua
propria merita commendant & illuſtrant, ſuperbiæ no
ta inuri ſolet ab iis, qui ſordidi & viles potiùs quàm
viles quos doctrinâ imitari aut nolunt aut neſciunt
calumniari malunt, quod in ſe ipſis non deprehendunt
interim tamen ipſi plus ſatis ſuperbiunt: humilitatem
à qua ipſimet alieniſsimi, ab omnibus erga ſe requi
runt: quibus re ipſa haud præditi ſunt virtutibus au
iure digni laudibus, vi, faucis, & variis technis ſibi a
rogant, aliis maximè merentibus derogant, invidenu
præripiunt, eò aſpirantes, vt ſi non ſint, videantur ſa
tem boni, docti, digni, felices: contrà verò quales ip
ſunt, tales alios prædicant & pronunciant, atque adeò
dum proprio in ſpeculo ſe remotiſſimos etiam conſpi
cere poſſe ſperant, cunctos ſibi aſſimilare, nec niſi
malis præferre ſatagunt. Tantos inſuper in dement
& malitia progreſſus fecerunt impudentiſſimi alaſto
res, vt innocentiſſimorum, ſaniorum, ſanctiorumque
ſed ſuprà communem ſortem floreſcentium, diuin
dona familiarium neſcio quorum ſpirituum adſcr
bant adminiſtrationibus, ſaltem vt orando laborand
que non niſi trivialia comparari perſuadeant aſſecl
ſuis, id eſt, ignavis fucis, & vt bonis angelis detrahan
quæ malis attribuant: ac ſi vel mala vel minuta ſolù
vni omnium bonorum authori, meliora verò maior
que omnium malorum falſorumque conditori imp
tare, damna DEO, dona dæmoni adſcribere, ſine ho
renda & plus quàm barbarica blaſphemia poſſent. He
miſellos! Eòne res recidiſſe Chriſtianorum, vt lauda
bilem pietatis zelum impii falſâ picturâ turpiſſimis
tratorum ingeniorum ſuorum coloribus, rigidiſſim
aſperrimarum linguarum penicillis, deformare, nefa

daqu

Itaque ſiniſtrarum interpretatiuncularum metamor-
phoſi in hypocriſin cogere non erubeſcant? Vides, ani-
maduertis, improbas, corrigis, doles, tritam errandi
peccandique viam ac vitam mortalium? ſingularem te
icent, elatum, exorbitantem, falcem in alienam meſ-
em immittentem, Spartæ deſertorem: ac ſi Chriſtiano
Chriſtianè vel loqui vel viuere meritò prohibitum ſit
orum arrogantiâ, & neſcio quâ tyrannicâ dictaturâ,
ui omnem vnicè ſibi adſcribere ſcientiam, applicare
onſcientiam nunquam ſolent. Agas tandem quicquid
elis, poſſis, debeas; obtrectabunt, imputabunt, bona
uidem ſibi, mala tibi, frivolis & falſidicis commentis
mam iugulare, fortunam ferire non ceſſabunt. At ve-
ò tu, pie Chriſtiane,

Deo tuo deditus ſanâq; conſcientiâ fretus,
Perfer & obdura, dolor hic tibi proderit olim.

oſam interim imitare, quæ nec ſuperba turbulentis
otibus evehitur, vt fumus, nec ſordida in humi ſu-
erficie acquieſcens excrementis ſatiatur terrenis vt
ngus. Quanquam ſpretis infernis ad ſuperna piis
ntendere votis decentiſſima laudataque ſit ſuper-
a. Sed vt Roſa Roſa eſt & erit, quæ ſemper fuit, cre-
ntibus etiam virulentis cantharidibus & ſcarabeis;
tu quiſquis es, ô homo, laudabilibus (etſi parùm lau-
tis ab illaudabilibus) virtutibus dedite ac prædite,
etâ invidorum malevolentiâ, vilicet nonnullâ ſti-
tâ, contempto contemptu,

Eſto quod es; quod ſunt alij, ſine quemlibet eſſe;
Quod non es, nolis; quod potes eſſe, velis.

aſcitur ex innocentia, quam & ipſam vel detrahere
l obſcurare conantur malevoli, tandem impatientia?
nſideres & innocentem eſſe roſam. Benefica eſt &
tioſa. Falsò tamen interim accuſatur, carpitur, ro-
ur, contunditur & confunditur. Equidem vt verum
eamur, quemadmodum ab incautis roſarum decer-
ribus, ſi fortè pungantur, non ſibi ipſis, ſed inno-
tiſſimis roſis culpa ſæpiùs adſcribi, ſic optimis viris
anum, quod ex inuidorum temerariis inſidiis ſubſe-
cutum

cutum, imputari ſolet. Smyndirides Sybarita tempore quodam in roſarum foliis recumbens, ſomnumque in iis capiens, expergefactus, ſe tubera ex nimiâ lecti duritie inflicta habere conqueſtus eſt. Ælian. *de variâ Hiſt. l. 9. cap. 24.* Ita vix a roſeis doctrinis tacti de tuberibus conqueruntur. Adeò facilè intumeſcunt: innocentes noxæ arguunt. Quis autem innocens eſſe poterit, ſi accuſaſſe ſufficiet? Ammian. Marcellin. *l. XVIII.* ſi noxii aut eſſe aut haberi cogamur? Quamvis enim, vt inquit Seneca, id agas, vt ne quis meritò te oderit, erunt tamen ſemper qui oderint, ac, vt Lipſius loquitur, perdiderint clam vel palam. Nunquam, mi IESV, ceſſant mali bonorum abuti patientiâ ἀναισθησία: ipſam etiam veniam ſpernunt; vindictam ſperant & accerſunt; quod animaduertere ſæpiùs quàm avertere licet. Interim regium eſt, Alexandri ſententiâ, cùm benè feceris, malè audire. Plutarch. *in Vit. Alexandr.* Vacare culpâ magnum ſolatium. Cic. Satis eſt, ſi hoc habemus, ne quis nobis malè facere poſſit. Sueton. Auguſt. Et malè fecerit: ſi non auferre, ferre potiùs quàm inferre iniurias annitamur. Suum cuique decus poſteritas rependet. Tacit. *IV. Annal. 35.* Sæpè honorata virtus eſt, etiam, vbi eam fefellit exitus. Scelera quoque, quamuis citrà exitum ſubſederunt, puniuntur. Nec infelix virtus amittit gloriæ titulum: nec gloriam virtutis intercipit fortuita felicitas. M. Senec. *Rhetor. l. 4. controv. VI.* Et ſatis idoneus patientiæ ſequeſter DEVS eſt: ſi iniurias depoſueris penes eum, vltor eſt. Tertull. *l. de Patient.* Tandem verò omnia in melius vertet æternus veritatis ac virtutis princeps, vnus omnium vindex & iudex. Et

Qui benè fecerunt, illi ſua facta ſequentur,
Qui malè fecerunt, facta ſequentur eos.

Livor tandem poſt fata quieſcet: quanquam hodie ſint, qui ipſa etiam allatrent funera canes, mortuumq; vellicent leonem.

16. Roſa ſuavis & nectarea, quantò amabilior tantò

antò magis ab erucis, vermibus , & aliis quibuſdam
nſectis impetitur atq; arroditur; quæ minus ſuaues,
criores & auſteriores plantas intactas relinquere ſo-
ent. Homo quanto ſuavior & gratior, tantò magis à
nalevolis moleſtatur adverſariis , ſalvis & impertur-
atis relictis auſterioribus infeſtationum vindici-
us.

17. Quemadmodum inodorus Amaranthus flo-
entiſſimâ perpetuitate perpetuaque floriditate fre-
us in ipſo marcore vigeſcere videtur : Roſa verò fran-
rantior quidem eſt , ſed & fragilior : ita mortalium
uidam robuſtiores maximè quidem durant , minùs
erò ſapiunt , minùs animi dotibus olent : imbe-
illiores autem roſeum quidem florentis ingenii
dorem ſpirant , ſed raro diu reſpirant ; plus for-
næ , virtutis ac famæ quàm vel virium vel vitæ con-
equuntur.

18 Roſarum foliola decenter reſiccata , etiam
narcida, quod mirum , artificiosè infuſa rubicundam
incturam & facultates ſuas communicant, ad humani
eneris emolumentum. Roſeorum ingeniorum arida
t cadiua folia, relicta reſeruataque ſcripta, typis man-
ata lucique publicæ commendata , veteraſcentia et-
am & obſita puluere , tincturam eſſentiam &
ires largiuntur ad mortalium ſalutem atque incolu-
itatem.

19. Vt roſa rigide tractata, trita & conſpurcata,
aviſſimam fragrantiam, quam florida communicare
olet, flaccida & marcida deneget. Ita homo fragran-
iſſimi & flagrantiſſimi licet animi , vel ſuperiorum ri-
ore preſſus, vel ſuperborũ liuore cõſpurcatus vel ma-
uolorum technis præpeditus , eam , quam floreſcens
rtean communicaret , donorum ſuorum atque do-
rinarum fragrantiam amittit , præſtantiſſimasque
rtutum ſuarum operationes, requiſitis mediis & ad-
mentis deſtitutus, exercere nequit. Egeno langui-
mens eſt, ligata lingua, vincta manus. Paupertatis

mole ſubtile cor oneratur, ſublimis animus deprimitur: quoduis ad negotium timidus eſt, nec vnquam alacris & generoſus egenus.

20. Vt roſa non tam ob externam formam ac elegantiam quàm internam virtutem atque efficaciam tantoperè commendata: ſic homo non tam ob externæ formæ dignitatem quàm internæ mentis ac virtutis diuinitatem celebratus. Fragrantiſſimus & flagrantiſſimus eſt roſarum ſpiritus: ſubamarus & acerbus earundem puluis. Puluis humanus (Nam quid aliud hominis corpus?) omninò amarulentus & acerbus eſt. Flagrantiſsimus autem atque fragrantiſsimus verè roſei microcoſmi ſpiritus, accuratus potiùs quàm aculeatus, non ſpe ac ſpecieroſeus, opere ſpinoſus.

21. Vt roſam, ita & hominem, virtus potiſsimùm nobilitat. Hæc enim vera & propria nobilitas, quæ à propriis virtutibus proficiſcitur. Cic. Plutarch. Senec. & cæteris ſanioribus ſanctioribusq; authoribus: Vt ad pauca reſpicere videantur, qui nobilitatem ſolis maiorum imaginibus ac diuitiis metiuntur, vt Laërtius loquitur, cùm tamen Virtutibus non ex diuitiis vel dignitate, ſed ex virtute dignitati honor accedat. Boët. 2. *de conſ. Philoſ. Proſâ* 6. ſitque nobis in id incumbendum, vt non modò auitis titulis generoſi, ſed & propriis virtutibus clari, nec tam temporariâ fortunâ quam æternâ famâ nobiles ſimus. Falluntigitur & falluntur, qui, quam ſoli Marti arrogant, ſoli Arti derogant nobilitatem. Quantum enim Martis pulli igne, tantum Apollinis alumni ingenio; quantum Bellonæ ſacrifici gladio, tantum Minervæ Muſarumque ſacerdotes calamo; quantum illi atro puluere, tantum hi atramento; quantum illi campo, tantum hi charta; quantum illi præliis, tantum hi prælis, quantum illi tormentis, tantum hi monumentis; quantum illi precio, tantum hi precibus; quantum illi Marte, tantum hi arte efficiunt & euincunt. Graſſandum ad gloriam, inquit Salluſt. in Iugurth.

gurth. non vi, ſed viâ virtutis. Nobilis animus, vir-
te clarus, vtriusque fortunæ dominus, reuera no-
litat: vt nobilia promerita nobilia ſequantur præ-
ia. Hinc Germanis Edellcut/quaſi ἀέθλιοι, id eſt,
nè meriti dicuntur. Iniqui certè illi, qui, vt cum Ma-
Salluſtiano loquar, quod ex aliena virtute ſibi
rogant, id aliis ex propria non concedunt. Non
bet, inquit Plin. *Panagyr.* deterior eſſe conditio eo-
m, qui poſteros habere nobiles meruerunt, quàm
i parentes habuerunt. La nobleſſe eſt vne belle
alitè & introduite avec raiſon, mais d'autant que
eſt une qualitê dependant d'autruy, & qui peuſt
mber en vn homme vicieux & de ne:nt, elle eſt en
timation bien loin au deſſous de la vertu. C'eſt vne
rtu, ſi ce l'eſt, artificielle & viſible: dependant du
mps & de la fortune diverſe en forme ſelon les con-
tes. Seigneur de la montagne *l.3. des eſſais cap.5.* Et
mbien chacun de nous a eu de predeceſſeurs riches,
uures, Roys, Valets, Græcs, Barbares, *l.1. Eſſ. cap.4.*
ebeii nonnunquam, vel minùs fortunati, clarorum
minum parentes; nobiliſsimi verò maiorum ma-
tes.
uid quòd omnes, cum Prudentio loquar,

DEI parentis eſſe ab ore capimus,
Cui quiſq; ſeruit, ille verè eſt nobilis.

eque tamen quicquam antiquæ & inprimis honora-
nobilitatis generi ſeu generis nobilitati (ſiquidem
tutis nobilitate fundata ſit atque firmata) detra-
ndum. Rimandum potiùs & mirandum, tot tan-
que præluſtriſsimas familias tot ſeculis, conſtan-
us vel fortunæ donis, vel naturæ ſaltem, vitæ, do-
inæ, monumentis, floruiſſe, tot nobiliſsimos he-
es, non temerariâ productione factitios, non è lu-
a quisquiliarum & excrementorum miſcella more
vellarum ranarum aut fungorum oriundos, non
vi vitiisque ſubtilioribus expreſſâ, vel nummis,
nipotentibus illis in Mundo promotoribus, coem-
væ nali dignitate, ſed re ſiue ſago, ſiue toga ſiue

gladio,ſiue calamo,conſilioque laudabiliter geſtâ claros,virtutem pro fundamento,gloriam pro firmamento veræ nobilitatis habere ſuoſq; in poſteros tranſmittere.Sanè propagatione per parentes in liberos nobilitatem aliquâ ratione tranſplantari, atq; adeò naturalem quandam generis nobilitatem dari, contrà nonnullos Politicos haud abſurdè ſtatuerim ; cùm & illi concedant,vitia & ignobilitatem à parentibus in filios propagari. Quidni ergo & virtutes & nobilitatem? Quòd ſi porrò corporis,quidni etiam animi qualitates? Ex bonis bonos naſci proverbium eſt : nec vnquam imbellem generant aquilæ columbam. Vt è Roſa,non è Squilla,roſa naſcitur : ita vix ignobilis omninò, ſed omninò nobilis, nobilem progenerat : ſi non ſemper : neque etiam nunquam.Si non parùm intereſt, à qua præciſa roſeto taleola propagetur : è quibus roſis, domeſticis an ſylveſtribus, roſacea parentur medicamina : Si multum intereſt,à qua ſurculus arbore deſumatur,pro obtinendo fructu nobiliore,copioſiore, maiore,meliore ; ſi ad capiendas feras plurimùm refert, quo canum genere venaticos eligamus : haud parùm etiam intererit,quo genere quis ortus,quibus nobilioris veluti naturæ dotibus & nativis virtutibus præditus quæ peragere præ aliis queat. Et iniquum omninò foret, Turcicam barbariem,immanitatem atque inhumanitatem ſaperet,ſi ne hoc quidem nobiliſſimis meritis inclàreſcentium virorum filiis concederetur, vt in ipſis iuſtæ gratitudinis & recordationis ergo nobilium parentum nomen vel colatur, vel ſaltem ad imitationem tanquam ſpeculum præclarum conſeruetur. Nobilis arbor nobilem fructum promittit ; fructus arborem prodit. Sed quorſum , ah quorſum ! de mundanis & vanis vmbris tantâ ſollicitudine contendunt cœleſtis illius , veræ , beatæ , ſempiternæ nobilitatis malè-ſani contemptores , parum ſancti cultores , incurioſi ſectatores ? cùm tamen in temporariâ , putatitiâ , ſuperficiariâ , ſplendidâ obſcu-

bſcuritate clarâ noſtrâ nobilitate, mox vnâ cum niuerſo mundo mundanisque, quibus luſitamus, repundiis deſitura, tantam mobilitatem, ne icam nullitatem, miſelli mortalis animaduerta- ıus.

22. Roſa nil aliud eſt quàm rubralbum lu- ım, ſpecioſè floridum, ad miraculum à natura ela- oratum ad vſum & luſum hominis. Ipſe homo uid aliud eſt quàm ſpecioſum lutum, ſanguinis ubore & ſeminis lactisque candore eleganter tin- tum ſummoque miraculo & magiſterio à Natu- a efformatum ad vſum Diuinum quidem, ſi ve- um finem ſpectes; abuſum verò propriâ (proh olor) mortalium culpâ ſæpiùs mirabilem, & lu- ım fortunæ miſerabilem; vſum verò quando- ue vel nullum vel malum. Quantoperè enim fæ- ulentis hiſce temporum reliquiis mortales, ad loriam DEI prototypi creati, à vero vſu & fi- e recedant; quos abuſus introducant, quos lu- us non dicam comicos, ſed plus quàm tragicos nter ſe exerceant; quàm nefandis artificiis & ma- hinationibus rubicundam illam tincturam, ſuaviſſi- nam animæ fauiſſam, ſibi ipſis vi extrahant, crude- iſſimi præſertim Martis pulli, publici homicidiorum tque rapinarum Profeſſores Practici, deplorare magis uàm declarare licet.

23. Quód in roſis odor, id in hominibus honor. At verò roſarum odorem nonnulli ferre nequeunt aturâ. Sunt & qui alterius hominis, etiam di- niſſimi, honorem ferre nequeunt, ſed merâ ne- uitiâ. Atque adeò, vt illi læduntur, etiamſi eos oſæ non lædant, ita hi moleſtantur, etiamſi a- ii ipſos haud moleſtent. Forſan fœtore cadaue- oſorum quàm odore floridorum magis dele- tantur, & vmbrâ potiùs quàm luce aliorum gau- dent.

24. Roſa à roſeto avulſa citò flacceſcit, & mar-

ceſcit. Homo ab Eccleſiæ, vel ipſius Eccleſiæ Rectoris Dei, roſario abſtractus mox marceſcit.

24. Roſa coronata eſt. Coronatus etiam homo a cœleſti Rege variis beneficiis, dotatus ac ditatus innumeris bonis ac donis mentis, corporis, fortunæ, temporalibus ac æternis, æternâ gratiarum actione digniſſimis.

25. Roſa ſocietatis amans haud ſolitariè, ſed aliis aſſociata in roſeto excreſcit. Eſt & homo ſocietatis amans, vtpote naturâ ſuâ animal πολιτικὸν. Ariſt. *l.1. Ethic. c.7. Lib.1. Politic. c.2. Lib.9. Eth. c.9. Galen. lib.* III. *de vſ. part. c.* 18. ſociale animal communi bono genitum. Senec. *lib.1. de Clement. c.2.* Et ſanè abſque ciuili cohabitatione, conſuetudine & conuerſatione nulla inter ipſos homines humanitas, nulla amicitia exerceretur. Amare enim eſt παρὰ τὸ ἅμα, teſte Scalig. *in quadã Epiſt.* Et homo, quaſi ὁμῶς, ὁμοῦ, ἐ καὶ ὁμόνοιαν viuens, maximè ciuilitatis atque etiam coniugii capax. Quicquid enim agimus, inquit Scalig. *Comment. in Theophr. de cauſ. plant. l. 3. c. 2.* eò ſpectare debet, vt vnâ viuamus, vnâ ſimus, imò vnum ſimus in charitate. Neque bonum eſt, hominem eſſe ſolum S S. edicto. Homo ſine homine nullo modo viuere poteſt, inquit Lactantius *lib.6. Inſtit. diuin. cap.* 10. Sic nos nati videmur, vt inter omnes eſſet ſocietas quædam. *Cic. in Lael.* Homines hominum cauſa ſunt generati, vt ipſi alii inter ſe prodeſſe poſſent. Idem Romanæ eloquentiæ parens *lib.1. Offic.* Hoc natura præſcribit, vt homo homini, quicunque ſit, conſultum velit, imò debeat. Idem *lib.3. Offic.* Verùm vt roſæ in roſeto nunquam ſine ſpinis, ſed de ſpinis æquè ac floribus participant: ita mortales non ſolùm in coniugio, ſed quovis Mundi roſeto, quovis ſtatu Politico, crucis ſpinis, tribulis, & arduis carduis obiecti: maledictioni æquè ac benedictioni obnoxii. Etenim, vt Camerarius canit, ex Ovid.

Semper

Semper in hac vita miſcentur dulcia amaris,
Iungitur & pulchris horrida ſpina roſis.

26. Vt ſtillatitia roſarum aqua putidis vel putridis commixta medicamentis non ſolùm propriam non reſeruat fragrantiam & ſuauitatem, ſed & alieno contaminatur fœtore, ſic roſea florentis hominis mens inter fœda atque fœtida ingenia natiuas non modò amittit vires ac virtutes, ſed & alieno fœtore conſpurcatur.

27. Roſis atque omnibus nitidioribus & ſuauioribus floſculis apes delectantur, acres, ſordidas, ingratas, noxias, auerſantur. Animis virtute verè roſeis, puris atque amabilibus cœleſtes apes, Angeli, libentiſſimè cohabitantiiſque delectantur; impuros, ingratos, malignos auerſantur.

28. Roſa fragrantiſſima nimiùm rigata pluuiiſque madefacta multum fragrantiæ, multum virium ſuarum amittit. (Qua de re & ii conqueruntur, qui roſas collecturi madidas eas deprehendunt.) Ita homo, etſi doctrinâ virtutibuſque fragrantiſſimus, copioſiore tamen Bacchi rore rigatus atque inſalubribus ſalutipotationum imbribus & cataclyſmis, quos multæ magnæque morborum tempeſtates ſubſequi ſolent, inebriatus, cum mentis tum corporis vires amittit. Vt meritò ingentia illa in alienam ſanitatem (ad inſaniam verò propriam ſæpè) propinari ſolita pocula abrogentur, atque cum ſalubrioribus potandi modis commutentur: immeritò autem innocentiſſimi quique ſtatim ſuperbire, qui non ſtatim ſuperbibere volunt, iudicentur. Nullo exercitio magis quàm multibibio, vita conſumitur. Audi ſiticuloſe bibo: quò plus bibis, eò minùs viuis. Non viuimus, vt bibamus, ſed bibimus, vt viuamus, ſcilicet non vltrà modum, terminum, aut neceſſitatem. Ah quot non dicam corpora, ſed animæ, vino ſuffocantur. Iurarim, ne vaſtum quidem mare, vnâ cum Nilo, Rheno, Pado, Rhodano, Danubio & omnibus vniuerſi orbis fluuiis, tot homines abſorbere atque abripere: ac ſi ingentem illam ſitis ſitim ne ipſe quidem Oceanus, ſed ſola mors, inexplebilis ipſa, explere

queat. Conſiderent inſatiabiles ſalutibibitores & compotatores (de immoderata ſalutibibitione, de violentâ illâ vinolentiâ, ſermo) monitorium illud Martialis Anglici Epigramma:

Quò tibi potarum plus eſt in ventre ſalutum,
Hoc minùs epotis hiſce ſalutis habes.
Contingant utinam tales tibi mille ſalutes,
Non equidem inuideo, mî ſatis una ſalus.
Vna ſalus ſanis, nullam potare ſalutem,
Non eſt in pota vera ſalute ſalus.
Opto tibi multam, nullam tibi poto ſalutem;
Eſt potior potâ ſicca ſalute ſalus.

Graue videtur Baronis de la Montaigne iudicium *en ſes eſſais l. 2. c. 2.* dum inquit. Je ne puis entendre, comment on vienne à allonger le plaiſir de boire outre la ſoif, & ſe forger en l'imagination un appetit artificiel & contre nature.

29. Vt roſa è tenello primùm calyculo paulatim effloreſcit: ita homo è tenello corpuſculo vel corporis rudimento primordium capiens lento incremento excreſcit atque effloreſcit. Adeò principia rerum mole quidem exigua, virtute verò & progreſſione maxima ſunt. Ariſt. *lib. Sophiſt. c. 11. Lib. probl. ſ. 10. probl. 15. lib. de Metaph. c. 3. t. 4.* Scalig. *comment. in Theophr. de cauſ. plant. l. 2. c. 6.* Omnium rerum, inquit Cic. *l. 5. de finib.* principia parua ſunt, ſed ſuis progreſſionibus augentur. Quid non promittit, imò quid non præſtat, tempus? Hieron. Cardan. *in proxen. c. 57.*

30. Vnica ſæpè roſella ſexcentis aculeis circundata. Vnicus homo ſexcentis obſeſſus calamitatum ſpinis.

31. Vt in roſeto roſellæ poſt alias excreſcunt aliæ; præcedentes excipiunt ſubſequentes; & vbi florere aliæ deſinunt, ibi aliæ incipiunt: ſic homines in ſpinoſo mundi roſeto ſe inuicem excipiunt, ſibi inuicem loco cedunt, & prædeceſſores è veſtigio ſubſequuntur ſuperſtites.

32. Roſetum vere flores promittit, auctumno vel hye-

yemis exordio rubellos demùm fructus producit.
omo ætatis vere tenellos iuuentutis floſculos oſten-
it, ſenectutis hyeme maturos demum & paulatim fra-
eſcentes producit ſapientiæ fructus.

33. Roſa explicatis foliis aureiſque linguellis ar-
na ſua variis inhiantibus beſtiolis exponit & obno-
a reddit dona. Nam æquè malefica aranea atque be-
efica apicula ei ſeſe inſinuat, acceptum quæque ſibi
ccum exſugens & elaborans: Diuinum hæc nectar,
rum trahit illa venenum: conniuens autem & com-
icata ſaluas integraſque reſeruat facultates ſuas. Ho-
o profuſis & expaſſis floridis animi ſui foliis, verbis,
us iuſto diductis labiis eductâque lingua intimos pe-
oris ſui receſſus virulentis vermibus, variis aduerſa-
is, aperit, ac prodit, exhauſtoq; ſucco, qui vel conni-
ente vel clauſâ mente nullis inſidiatorum iniuriis,
llis ſiniſtrorum interpretum importunitatibus, fuiſ-
t obnoxius, tum robur tum omne decus amittit.

34. Luxuriantes ſylueſcentis roſeti ramuli putan-
ſunt ac tempeſtiuè præſecandi, ne frondium & fo-
orum turba prærepto nutritio ſucco florum pariat de-
ctum. Sylueſcentes ac vileſcentes humani generis
muli, luxuriantes helluones, inſolentes Plutarchi,
ſtuoſi temeratores, conuenienti ratione circumci-
endi, ne nimiùm frondeſcant minimumque proindè
reſcant. Princeps quidam cùm aliquando in horto
ſariis ornato expatiatus unâ cum Medico varios de
mpeſcendis & legitimâ culturâ tractandis ſubditis
ſolentioribus diſcurſus haberet, Medicum verò ad
ormem lenitatem atque conniuentiam inclinare vi-
eret, prominentem proximi roſeti, cui Medicus im-
ngebat, ramum putare cœpit; Medico verò, cur id
ctitaret, roganti reſpondit, ſe luxuriantem & in vi-
oſam amplitudinem diffuſum ramum circumcidere,
e vel ampliùs læderet, vel excedentibus quidem foliis
ſis floribus pariter ac fructibus deſtitueretur. Laſci-
entes enim & inutiles demutilandas eſſe frondes;
ermibus ſe ipſam pro habitaculo locare ſtirpem, quæ

ſalutiferum frondatoris ſubterfugit cultrum ; in ſy[...]
uam degenerare & aquoſo crudo ſucco velut intum[...]
ſcere vitem, quæ nec frondationem nec lachrymati[...]
nem ſuſtinet. Nimis ferocia plerunque minùs ferac[...]
deprehendi. Statutis ſuis inſiſtere, nec vlli frutice[...]
parcere debere Principalem hortulanum, ſed fidelit[...]
feliciterque purgante ferro præſecare, ſtringere, put[...]
re, quicquid vitioſi germinis ſubnaſcitur. Nemine[...]
enim tam folia quàm flores & fructus deſiderare.

35. Roſæ floridæ amantur, flaccidæ amandantu[...]
Homo, dum in flore eſt, hominibuſque ad placitu[...]
inſeruire poteſt, gratus eſt & acceptus: vbi verò vel v[...]
ribus vel fortunis deficit, ingratus. Naſcitur amic[...]
rebus ſecundis, noſcitur aduerſis. Nimirùm vt ro[...]
inſidere atque inhiare tum demùm ceſſant apes, fuc[...]
aranei, vermiculi, quum areſcentes illæ requiſitu[...]
cuique denegare ſuccum gratum incipiunt. Ita hom[...]
nes ſeinuicem haud priùs deſerunt & mutuâ familiar[...]
tate, conſuetudine atque amicitiâ frui deſinunt, quà[...]
vbi alterius defectionem, virium vel fortunæ dimin[...]
tionem, laborioſorum auxiliorum denegatam fructi[...]
nem alter animaduerterit. Sed, vbi deſinit conſortiu[...]
humanum, ibi incipit Diuinum.

36. Vt roſa modò florida, modò flaccida & cad[...]
ueroſa, breuis æui eſt, & vel omninò decerpitur, v[...]
ad minimùm roditur à vermibus & aliis inſectis: It[...]
homo modò mirabiliter effloreſcit, modò miſerabil[...]
ter marceſcit, breuis vitæ, vti vel Hippocrates, Diu[...]
nus ille ſenex noſter, atteſtatur *lib.* 1. *Aph.* 1. & ſi no[...]
per ipſam mortem ſtatim abripitur aut decerpitur, in[...]
deſinenter tamen variis ab aduerſariis, præſertim ver[...]
morbis, connatis illis vermibus, quibus ipſe incuba[...]
quos propriis fouet viſceribus, roditur ad extrema[...]
vſque vniuerſi continui ſolutionem & corruptionem[...]
Et ſanè vt roſa ſummam perfectionem aſſequuta pau[...]
latim defloreſcit: ita hominis vita (vt & ſanitas, qu[...]
florida vitæ roſa eſt, fortuna, amicitia, mundanaqu[...]
gloria, omnia roſæ comparanda,) cum ad ſummu[...]

quod[...]

quoddã veluti ſolſtitium (vitæſtitium dicerem, ſi Tullius conniueret) peruenerit, nec vlteriùs adſcendere poſſit, paulatim deſcendit ac decedit. Nimirùm omnia caduca, fluida, fugacia, fragilia ſunt.

Minuta, magna, ſumma, & ima reſpice;
Perenne ſub polo nihil.

Cui naſci contigit, mori reſtat, inquit Seneca *Ep.* 99. Et, vt Ouuenus canit;

Humanum in terris nihil eſt, quod non ſit humandum:
Auolat hinc animus, cætera ſorbet humus.
Pendentes agimus vitas in littore mortis,
Tam propè mors vitæ eſt quàm propè margo mari.
Vna ferè res eſt homini mors vitaq́; : ſicut
Efficiunt vnum terraq́; & vnda globum.

Incipimus tunc mori (inquit Ioannes Picus Mirandula, Philoſophiæ Phœnix potiùs quàm Picus) cum primùm incipimus viuere, & mors cum vita protenditur. Roſa, etiam pulcherrima, etiam recentiſſima & vix nata denaſcitur ac defloreſcit. Ita tenellus homuncio quandoque, dum oritur, moritur, vix thalamo exiens tumulum init; quandoque etiam, quod miſerandum, antequam naſcatur, in ipſo materno vtero denaſcitur; & anguſtum ſepulchrum priùs quàm auguſtum huius mundi theatrum ingreditur. O ſpes omnium hominum vanas! ô vanitates inſperatas! Quis non & longæuam & felicem vitam pariter ac fortunam, dum ſpirat, ſperat, immemor ineuitabilis mortalitatis; cùm tamen nil aliud homo ſit, quàm ros matutinus ac roſa veſpertina, flos vnâ dieculâ, imò eâdem horulâ & florens & marceſcens. Quod Poeta quidam profeſſus eſt hoc diſticho:

Nos quoq́; floruimus, ſed flos fuit ille caducus;
Flammaq́; de ſtipulâ noſtra breuisq́; fuit.

Et Virgilius gratiis pleno de Roſa epigrammate;

Hæc modò quæ toto rutilauerat igne comarum,
Pallida collapſis deſeritur foliis.
Mirabar celerem fugitiuâ ætate iuuentam,
Et, dum naſcuntur, conſenuiſſe roſas.

Ecce

Ecce & defluxit rutili coma punica floris,
Dum loquor: & tellus tecta rubere micat.
Tot ſpecies, tantoſq; ortus varioſq; nouatus
Vna dies aperit, conficit vna dies.
Conquerimur, Natura, breuis quòd gratia florum eſt.
Oſtentata oculis illicò dona rapis.
Quàm longa vna dies, ætas tam longa roſarum:
Quas pubeſcenteis iuncta ſenecta premit.
Quam modò naſcentem rutilus conſpexit Eous,
Hanc rediens ſero veſpere vidit anum.
Sed benè: quòd paucis licet interitura diebus
Succedens æuum prorogat ipſa ſuum.
Collige, virgo, roſas, dum flos nouus, & noua pubes,
Et memor eſto, æuum ſic properare tuum.

Flores, inquit Plinius *l.* 21. *c.*1. Natura in diem gignit, magnâ hominum admonitione, quæ ſpectatiſſimè floreant, celerrimè marceſcere. Spernamus ergo nugas nugarum & vanitates vanitatum, cum S. Auguſtino 8. *confeſſ. c.* 11. Conſideremus, nihil eſſe diuturnum, in quo aliquid eſt extremum, & omnia ſpatia ſeculorum definita ſi æternitati interminæ comparentur, non exigua æſtimanda eſſe, ſed nulla. Ah quid homines ſumus? quamdiu ſumus? Quid niſi fumus & vapor, ad modicum apparens, mox diſparens, ſacroſancto teſte nuncio, Iacobo *Epiſt. c.*4. *v.* 14. Quid niſi flos, ros, roſa, bulla, modò enaſcens, modò euaneſcens? Heu quàm vita noſtra vel mala vel nulla eſt! Fingamus nos longæuam Mathuſalæ ætatem attingere: quid tum poſtea? Interim infeliciter pleriſque viuendum; & ſi quibus feliciuſculè, tandem tamen moriendum: nec niſi per ipſam mortem immortalitatem aſſequi licet. Cuius vtriuſque dum animitùs recordor: dum mortalitatem pariter ac immortalitatem haud ſuperficiariis, ſed profundioribus cogitationibus meditor; non poſſum quin ſimul promiſſæ breuitatis oblitus acerbiſſimum mihi beatiſſimi parentis obitum, vel, vt magis Chriſtianè loquar, ex hac temporaria in æternam illam vitam abitum, in memoriam reuocem, & vul-

Parentatio Vrbano Roſenberg à filio, Ioanne Carolo, dicata.

ulnus per ſe inſanabile, nunquam ad perfectam dedu-
endum cicatricem, piâ, debitâ, & vrgente magis ma-
iſque amoris ardore pleniore nunc parentatione non
olùm refricem, ſed & eo ipſo doloris quaſi quodam a-
odyno aliqua ex parte leniam: eos imitatus ægros,
ui lachrymosâ ſauciati animi profusâ ſanie turge-
centem internorum dolorum materiam emiſiſſe vi-
lentur. Liceat enim à piis lachrymis incipere pariter
c in eaſdem deſinere lugubrem eius parentationem,
uius & ortus humano more lachrymoſus extitit, &
ccaſus perſentitur lachrymoſior. Liceat maiore cor-
is portione atque ipsâ vitæ radice orbato mihi bonâ
enia & æquanimitate veſtrâ, lectores, eius piâ recor-
atione frui, cuius me iucundâ conuerſatione perpe-
uò impoſterùm priuari ſentio, magnâ priſtinæ alacri-
atis, ſpei, conſilii, auxilii iacturâ. Liceat mihi extre-
mâ gratiarum actione eum dignari, qui me non ſolùm
nortali hoc corpuſculo, ſed & immortali animo, & vi-
â, & omnibus quibus fruor quibuſque non fruor bo-
is poſt DEVM dignatus eſt. Liceat deſideratiſſimis
xtinctis conſiliis (vt, quos impetu prorumpentes co-
ibere amplius nequeo, confertim gemitus emittam)
miſerabilem videri, quem miſerum eſſe cariſſimi ca-
pitis amiſſione dura fata voluêre. Heu quantum puta-
is, ô condolentia pectora, cordolium, eius mortem
indeſinenter viuo mihi obuerſari, cuius etiam morta-
litas, ineuitabilis licet, nunquam non anteà horribilis
dictu fuerat, imò vel ſola cogitatione terribilis: qui
continuò metuiſſem, ne qui in illo viuerem viuente,
in ipſo moriente ſtatim etiam interirem, atque adeò al-
terutro deiecto vterque proſterneretur: aut, quod
longè durius, illo moriente mors ius ſuum non tam
perſequens quàm prorogans bis me, alieno ſcilicet pa-
rentis ac proprio meo iterum aliquando fato poſſet in-
terficere, atque ita prolongato tantùm amariſſimæ vi-
tæ curriculo, ſerò ſeneſcente miſeriâ, qui miſellus vel
præmori, vel commori tempeſtiuè potuiſſem, tandem
cumulatis ærumnis miſerrimus eſſe deſinerem. Ec-
quod

quod namq; in dura pariter ac diuturna viuacitate mihi ſupereſt ſolatium; niſi frigidum hoc quis obgerat: quòd maximâ iam exercitus, occaleſcens, atque obduratus calamitate maiore poſthac affici nequeam communem verò cum aliis hactenus ſuſtinuerim? At ſi miſerum ſolari poſſet minores non tam obſcurans vel abſorbens quàm in ſe confertim potiùs transferens miſeria maxima, cuius illæ longam lentamque, vereor, conſtituunt caudam. Ac ſi magnanimum deceret, ex alienis incommodis, multiplicatâ potiùs ſympathiæ iure mœſtitiâ, fructum capere conſolationis. Quinimò proximi perturbatione tantum abeſt, vt placare conturbatas meas cogitationes queam, tantum abeſt vt alienæ triſtitiæ ruderibus propriæ lætitiæ fundamenta ſuperſtruere, aliorum caſibus erectus ſtare, aliorum cruciatibus anodynum effingere meis doloribus velim aut valeam, vt pauliſper intermiſſum ac veluti conſopitum ſtudioſâ obliuione malum, ſimilis caſus veſtigiis exacerbatum, redintegraſcere atque ita de nouo iterum incendi deſiderium anxiè quæſiti nec inuenti pectoris, iam ſæpè ſim expertus. Neque etiam iuſtiſſimarum me mearum aut pudet aut pœnitet querelarum. Lugendi enim mihi cauſa omnium grauiſſima, omnis nempè lætitiæ ſublata cauſa, parens: cuius præſentiâ ſolem luxiſſe proſperitatis noſtræ, ſed abſentiâ nunc horrendam eclipſin eiuſdem ingraueſcere, nobis eſt apertè confitendum. Equidem, ô chariſſime, ô parem mecum calamitatem perpeſſe frater, qui in parente quondam vixiſſe non ſolùm, ſed &, vetulæ ludibria fortunæ, pauliſper refloruiſſe, iam ceu orbata diſtractæ familiæ capite membra relangueſcere videmur atque remacreſcere. Vt meritò fortunatos infortunatorum, etiam maiorum, maiores prædicemus. Sic plurimarum Oeconomica corpora familiarum ipſo capite vel deficiente vel prorſus decedente, cunctorum membrorum intemperiem, alterationem, diminutionem, vnitatis atque continuitatis ſolutionem, & ſibi inuicem ſuccedentium incommodiſſimorum ſymptoma-

tum;

[...]um incurſum aduerſariorum exceſſu, auxiliatorum [...]efectu, patiuntur; niſi tutelaribus cœleſtis patris ma[...]bus, quibus nos vnicè fidimus, ſingulariter fouean[...]ur. Merita, quibus ille nomini non modò ſuo ſed & [...]niuerſæ poſteritati perpetuum fauorem conciliare [...]oterat, mortalium memoriâ facilè excidere, maleuo[...]ntiâ concidere, experimur. Quæ ingratitudo ſi ab [...]ominum, pietate, virtute, doctrinâ, humanitate præ[...]torum, imò & barbarorum, imò & ferarum nonnul[...]rum naturâ alieniſſima; ſi in ingratitudine nihil non [...]ali ineſt, Ciceronis iudicio; ſi, cui gratia referri non [...]oteſt, quanta debetur, habenda tamen eſt, quantam [...]nimi noſtri concipere poſſunt, eiuſdem eloquentiæ [...] incipis arbitrio; ſi, quæ poſſumus & quæ non poſ[...]mus, charis parentibus omnia debemus; neque ve[...]am mihi gratiſſimo erga chariſſimum parentem filio, [...] æquis præſertim rerum æſtimatoribus, humanita[...] conſciis, emendicandam, ob digreſſionem à propo[...]a materia, nec odium à paterni nominis & honoris [...]oribus expectandum vel extimeſcendum, ob pane[...]ricam parentis recordationem arbitror; ſed veluti [...]re meo nixus, operam non ſolùm licitam, verùm & [...]centem & debitam aggredior. Quòd ſi verò vel flo[...]dis facūdiæ roſis (lachrymarum æſtu flaccidis) omni[...] vacuam atque paupertinam, vel denſis aſperiorum [...]terelarum ſpinis rigidam & frigidam oratiunculam [...]prehenderint auſteriores critici; ſi nec robuſtos e[...]quentiæ muſculos explicatos ad motum, nec varia [...]embra conformata ad decorum, nec roſeos venarum [...]nales directos ad floridas orationis vires, nec gem[...]eos neruos implantatos ad ſubtiliorem ſenſum, ne[...]m totam ſpeciem ex his omnibus harmonicè con[...]nnatam animaduerterint; veniam tamen iiſdem fa[...]è extorquebis, pater, pro me, qui in tanta perturba[...]one conſternatus omninò, laudis æquè ac elegantiæ [...]ſcius in id vnicè incumbo, vt, cùm in te viuere ne[...]ueam, tu in me flagrantiſſimo ſpiritu, perennante [...]emoriâ magis magiſque ventilato, viuiſcas; &, quo-

niam

niam efficaci gratiarum, quas tam anxiè meditatu fueram, relatione felix eſſe non potui te viuente, gratus ſim ſaltem interempto tibi; nec luctuoſam tantùm recordationem ex obitu tuo, ſed & fructuoſam recreationem ex virtutum tuarum memoratione comparare queam. Quamobrem non committam, vt quamdiu ego fruar beneficiis tuis, tu ne fruaris officiis meis, id eſt, perpetuis meritorum tuorum elogiis: nunquam committam, vt obſtructis veluti cordis auriculis, vel otioſus infelicitatis meæ videar ſpectator, vel iniquus ineptuſque diſſimulator. Te ſemper in oculis, in corde, in ore geſtabo, viuidum ſpeculum mihi atque vniuerſę poſteritati continuò proponendum, ducem mearum actionum, comitem cogitationum, auctorem vitæ, doctrinæ, dignitatis, felicitatis. Te ſanctè pièque ſemper venerabor, memor amoris, particeps nominis, ſanguinis, ſpiritus, æternitatis. Et quandoquidem miſello mihi, qui cunctas ſpes meas in perpetuis literarum theſauris vnicè ſemper repoſui, omninò fatale fuit hoc, vt vnâ cum gratia, ſi qua eſt, Muſarum mearum, acerbiſſimus immenſæ iacturæ ſenſus in memoriâ meâ tam penitùs tamque pertinaci duratione fixus irrequietam ſtimulare mentem debeat; per me non ſtabit, quò minùs eorum, quæ tibi à me iure conſecrata; ſtudiorum monumenta tum ad ſempiternam tuam gloriam, tum ad triſtiſſimi, crudæ miſeriarum reliquias concoquentis, filii conſolationem referantur. Tibi ſanè parenti nunc parento non promercalium victimarum cruore, ſed proculcati animi horrore, propriarum virium, conſiliorum ſolaminum, mactatione. Nam cùm tu tota ſpes mea, meæ maior pars, in his terris interieris; ſtat ſententia, totum tempus hoc, quod tuæ vitæ iure ac meritò ſuperaddi debuiſſet, immortali memoriæ ſaltem tranſmittere. Gratias autem ne minimas quidem referre poſſe, maximas agere debere me, vt obſtrictus perſentiſco, ita & ingenuè fateor, non tam exquiſito quàm exequiali, non tam digno, quàm debito, quidem oratio-

tio-

ionis genere, ne acceptorum beneficiorum infinitatem quibuſcunque tandem verbis exæquare velle videar. Mihi namque iam adempta præciſaque ſpes omnis eſt excogitandi quicquam, quod vel tuis meritis vel meis debitis votiſque, quibus olim qualem quatem meditatus fueram ſatisfactionem, vllâ ex parte reſpondeat. Si quâ verò commendatiunculâ ob ſtatuum, vt aiunt, ſempiternum pietatis in parentem exemplum me ſuprà votum affecerint humaniores, eam cum Iulio meo Cæſare Scaligero communem mihi contigiſſe debita modeſtiâ iiſcum gloriabor, quorum ſententiis nemo vnquam ardentiore, nemo conſtantiore proſequio defleuit filium quàm Scaliger pater, nemo patrem quàm Roſiger filius. Cùm autem nulla in re mihi ſupprimendus amor parenti debitus præterquàm in aſſerenda hîc paternæ laudis liberaliore memoriâ, neque mihi animus ſit, omnem depingere normam, ad quam ille vixit, ſed aliquam ſaltem oſtendere formam, ad quam nos piè moriamur; hoc ſaltem & modeſtè & breuiter & verè aſſero: patrem meum, beatæ memoriæ, Vrbanum Roſenberg/ optimis natum parentibus optimè educatum, Eccleſiæ, ſcholæ, ſtudiis humanioribus commendatum, eos profectus, eam ſpem tum piis parentibus tum aliis præclaris hominibus feciſſe, vt niſi maiorum ſumptuum defectu præpeditus fuiſſet, multa magnaque in re literaria præſtare potuiſſe ſit indubitatum. Hinc magni viri, quibus ille propiore obuerſatus vultu promemmans oſtendit ingenium, dotes florentiſſimi iuuenis nobiliſſimas & aliquando maximè frugiferas pronunciarunt, minùs verò fauentem, minùs reſpondentem præcellenti naturæ fortunam incuſarunt. Reginæ virtutum, Pietatis, ſcientiarum, artium liberalium, præſertim Muſicæ (Diuini illius meliorum contemplationum atque actionum præludii) amantiſſimus fuit; haud triuialis ingenii; nec vulgaris facundiæ; rotundi oris; quale quidem bilinguibus odio-

ſiſſimum hominibus; Germanæ ſynceritatis ſtudioſiſſimus; præceptorum atque promotorum obſeruantiſſimus; literarum literatorumque fautor optatiſſimus; plantariæ rei amator & admirator frequentiſſimus. Probè nec laxâ nimis habenâ educatus haud aliter ſuos etiam educauit liberos, ſingulari tamen affectus paterni temperamento, ſumptibus haud leuibus. Optimus audiit Oeconomus, Politicus prudentiſſimus, haud Epimetheus, ſed Prometheus, primarii apud Argentinenſes ſenatus aſſeſſor laudatiſſimus, ſacerrimus iuſtitiæ ſacerdos, acerrimus honeſtatis propugnator, iniquitatis perſecutor, barbariei debellator, munditiei cultor. Mendacii tantus oſor, vt eiuſdem profeſſores non ſolùm non Chriſtianorum, ſed ne hominum quidem nomine dignos iudicarit: vt qui brutis ipſis inhumaniores ſermonem non omninò nullum, ſed omninò malum falſumque proderent. Seruandæ fidei ſtudioſiſſimum vidiſſes propriam non dicam commoditatem, ſed ipſam etiam vitam potiùs quàm fidem læſiſſe, ſanctitatem veram eſſe ſanitatem ſtatuiſſe. Conſtantiam, propriam illam verè virilium animorum virtutem, innocentiæ baculum, conſcientiæ manum, ſibi commendatiſſimam habuit, vt nec ad ſiniſtram pertrahi, nec à dextera deflecti ſententia potuerit. Patientiæ deditus omninò; quâ id etiam obtinuit, vt vtriuſque fortunæ, cuius inſolentiam, cuius varia vexamina ſæpiùs expertus eſt, non ſeruus, non adulator, imò ne quidem intempeſtiuus laudator, ſed fortiſſimus domitor ac dominus proclamaretur. Incredibilem in eo diligentiam diligentiſſimi etiam admirati ſunt. Irrequietus enim & perpetuò negotioſus more ſolis illuſtriſſimis ſemper radiis curſum ſuum abſoluit; vt ob frequentiſſimas lucubrationes & antelucanas vigilias vigilem gallum per iocum familiares eum ſæpè nominarint. Eos abhorruit, qui partim otio marcidi, partim faſtu tumidi, quæ deſperant ſibi, in aliis deſpiciunt; vt nunc eſt ſeculum faſtuoſo ſuper-

cilio durum & ferè dixerim vitioſè coloratum, cer-
arùm candidum. Ingratiſſimam generoſis animis
ratitudinem huiuſque fœdam matrem, impuden-
m, nunquam vel nominare ſaltem abſque nauſea &
ominatione potuit, vt qui naturâ abſtemii certis à
us aduerſis abhorrent. Mundanam aſtutiam pro
râ ſapientia, laruatum vitium pro ſplendida virtute,
emuis irrationabilem affectum pro ratione ſtatus,
o iure, pro lege, pro norma, venditari, multoties
nqueſtus eſt. Præſentem rerum ſtatum, quo vix
erbior effingi queat, totum certè Marti mortique
ancipatum, inſtitutâ ſæpiſſimè Politicâ prognoſi,
am gliſcentibus næuis ſordidata mundi facies ſup-
ditarat, prædixit exactiſſimè, lentâq; partim phthi-
, partim violenta virulentaque peſte laboraturam
ermaniam præuidit perſpicuè. Vaſtas opes, dona
idem diuina, robuſtos humanarum actionum ar-
s, abuſu tamen quàm vſu maiores, quantum alii con-
piſcunt, tantum ipſe contempſit; altas arces, & am-
s arcas plethoricæ ſortis ſtrumas & verrucas; ſu-
ſuas verò pecunias eiuſdem excrementa quaſi
dam & præſegmina vocare ſolitus. Hinc & cæ-
fortunæ, quæ nequioribus plus ſatis nonnunquam
iet, melioribus fructus ſuos inuidet, iniurias aui-
ùs excepit quàm indulgentiam expetiit: referens,
tutem ipſam ſibi & pretium & præmium ſolam eſſe
fficientiſſimum; ſatis eſſe ratus, benè feciſſe atque
ſilentio dignitatis ſuæ meminiſſe eaque heroicâ hu-
ilitate occultaſſe, quibus alii quàm maximè ſuper-
ent. Interim tamen mundanum illum deaſtrum,
enarium, cum ſororibus, aſtutiâ & plebeiâ tyranni-
tam ſtrenuè dominari valdè doluit. Omnium for-
natiſſimos eos iudicauit, qui fortunæ minimè fide-
nt. Nec tamen feſtiuiùs vexari poſſe fortunam ab
ortunato, quàm, ſi cuncta velit hic quæ illa volue-
. Ipſo nimirùm obſequio eam lædi, atque adeò illudi
tiùs, ſi annueris, quàm ſi renueris, cùm ſemper con-

traria te velle velit; id quod acerrimis aduerſariis eſt in more poſitum. Auaritiam auerſatus non modò ſed & deteſtatus eſt; inprimis verò conſuetam hodiè per fas & nefas fœnerationem; referens, malle ſe pauperem potiùs quàm auarum eſſe, quandoquidem pauper parùm poſſideat, vt plurimùm tamen pro neceſſitate ſaturetur: auarus multis magniſque obrutus bonis, nunquam tamen ſatiari queat: qui perpetuò metuat, ne vel amittat quod habet, vel non conſequatur quod nondum habet: quique ſuperfluis fortunarum catarrhis ſæpe ſuffocetur. Nequicquam vel derogauit aliis, vel arrogauit ſibi, ſed ſuam cuique laudem laborum præmium, & reliquit libenter, & conceſſit cumulatè, & detulit liberaliter. Adulationem melli mixtum fel & ſaccharo dulcatum toxicum appellauit: adulatores verò vulpem, & huius quidem caput in corde, caudam in lingua, geſtare, dixit ille veræ virtutis cultor: Verba autem felle grauida, mel præ ſe ferentia, malignarum eſſe partus vel abortus animarum, quæ beneficia concipiant, maleficia pariant. Inuidiam, quæ indiuidua felicitatis pediſſequa quoſuis pios neſciò quo fato non leuiter titillare, ſed grauiter ſtimulare ſolet, conſtantiâ ſuperandam eſſe ſuo ſæpiùs exemplo docuit. Idcirco acriuſculum atque adeò gratum embamma, quo dulciora temperaret edulia, recentem inuidiam appellauit; inueteratam tamen & iam non tantùm maleuolam, ſed & maleficam, putere ac nimis penetrare cenſuit, vti ſenſit. Omnium verò inimiciſſimos illos æſtimauit, qui fauorem non modò, ſed & ipſam aduerſariorum nobis inuiderent inuidiam. In hac enim non minùs ac in ſcorpiis ac viperis ſibi ipſi repugnans alexipharmacum latitare: tum & inuiſum inuidi, pium impii ſcopulum eſſe, cui propriâ culpâ, proprio caſu illidatur; roſetum eſſe, cuius floribus qui aduerſarentur, ſpinis abarcerentur. Id quod iis etiam euenit, qui poſtquam viuentem nobis inuiderunt parentem, vbi mundanis ſub-

tra-

actum vident, noſtrâ nondum exſaturati calamita-
: luctum etiam ipſum inuident. Et ſanè video ſæ-
ùs ac rideo, nec tamen ſine cordolio, tam vafros,
m proteruos eſſe nonnullos, vt non modò præſtan-
orem fortunam, vitam, virtutem, famam, ſed & i-
ſam, quæ hanc inſtar vmbræ ſequitur perpetua co-
es, inuidiam nobis inuideant. Volunt ipſi nobis
uidere; negant, inuideri. Si quem vel re vel ſpe
lùm felicem ſuſpicantur; omni molimine impe-
iunt atque obtundunt. Argutias ſuas, quæ inge-
ioſiſſima eorum eſt malitia, pro diuinâ voluntate &
eſcio quibus fatalibus diſpoſitionibus venditant; re-
eſſis verò impedimentis, occultos ſub ſimulati fauo-
s cinere fouent igniculos, venenatamque in fucata
agina ſicam, aculeatam linguam, geſtant; quâ pun-
tim lædant, vbi cæſim ferire nequeunt. Omnia ſini-
rè interpretantur; bonum malum, malum bonum
ocant; candida in nigra nigraque in candida ver-
int: quibus ſimiles vel eſſe, vel haberi, nec niſi in
alis præferri, ferè cogimur. Vt Germanum atque
hriſtianum candorem eiuraſſe, nequitiæ ſacramen-
im dixiſſe videantur. At longè aliter animatus fuit
eneuolus, ſi quis vnquam, parens meus; qui male-
olentiæ neſcius non minùs alieno quàm proprio læ-
atus commodo commune bonum exoptauit vnicè.
erceptis cumprimis filiorum profectibus mirè re-
reatum conſtat. Puero mihi veſperâ feſtum natiui-
atis CHRISTI proximè præcedente cubitum ituro
handaſſe memini, ſupplex eâ nocte debitâ deuotio-
e peterem à JESVLO, vnico cunctorum bono-
um largitore, quodcunque potiſſimùm in votis ha-
erem, & omnium maximè frugiferum exiſtimarem,
roindè certum diſponerem receptaculum: cùm ve-
ò ſequenti faſto die, Chriſtianis nobis omnium ſa-
errimo, me non aliud quàm cordis vaſculum collo-
aſſe nec niſi pietatem expetiiſſe referrem; dici non
oteſt, quanto ipſum gaudio reſponſiuncula illa per-

fuderit ; vt quæ Salomonis precibus , ſapientiam DEO flagitantibus, haud eſſet abſimilis, nec ſola σοφίαν, ſed & εὐσέβειαν ipſam, & hâc omnia vera born complecteretur. Quare profuſis, vt in ſummâ atqu ſubitaneâ fieri ſolet hilaritate, lacrumis, & ſibi & mi hi congratulatus eſt. Grauiter aliquando decum benti deque recuperanda ſanitate quaſi deſperanti mi hi memorabile atque admirabile Regis Hiskiæ ſupra ordinariâ DEI clementiâ freti, propoſuit exem plum, penitiùs conſiderandum, iuſſitque ſimili ratio ne pauperculus ac miſellus æger priſtinam ardentibu ab omnipotente archiatro precibus emendicarem va letudinem & ad finem iam deuolutæ vitæ meæ proro gationem: cuius diuino conſilio ſtimulatus feliciſſi mum piorum votorum ſucceſſum expertus ſumma atque ſempiternas tum æterno DEO, cœleſti pa trono, tum & pio parenti, me debere gratias ad extre mum vſque ſpiritum deuotè ſanctéque confitebo. Quindecennalem namque ſupergreſſus iam antea de ſperatæ vitæ prolongationem, quod reliquum eſt me lioris tempuſculi, ſortis, ſanitatis, tanquam clemen tiſſimè conceſſum ſuperpondium & auctarium preca riò, redundante Domini gratiâ, obtineo, nuſquam paternorum immemor conſiliorum, nuſquam Diui norum auxiliorum. Neque verò filiis ſolùm, ſed & collegis ſenatoribus, ciuibus, amicis, perpetuum ſu deſiderium reliquit ille bonorum omnium benigniſſi mus patronus ; vt qui defuncti amici præſtantiam collegiſſent ex abſentiâ, cuius intuitu præterita plera que diiudicari ſolent pleniùs ; & qui in eo nihil im maturi, ſi mortem excipias, deprehendiſſent. Innu meros, quos & hîc atteſtor, ciues intricatis valdè du biiſque negotiorum fluctibus iactatos florentiſſimi ac fructuoſiſſimis conſiliis ad optatum tranquillitati portum promouit, auxiliis inſuper plus quàm huma nis ſibi deuinctos perpetuos debitores reddidit : fa miliariſſimè quemque allocutus, non vultuosâ fron

te, non

e, non inſurgentibus rugis, non ad cœcam auſterita-
em faſtuosè contractis ſuperciliis. Graphicè prola-
a tum dicta tum ſcripta ſæpiùs admirati ſunt grauiſ-
mi viri, præſertim in ſenatu, quem ſemper & hono-
auit & ornauit, nunquam onerauit. Publicis in iu-
iciis bona quæque collaudanda atque agnoſcenda,
ala verò & illaudabilia vel condemnanda vel con-
emnenda; probos præmiis, improbos pœnis ad ex-
mplum afficiendos cenſuit. Reipublicæ adeò addi-
tus fuit, vt maximâ proprii commodi iacturâ vires &
acultates ſuas vnicè ad publicum direxerit commo-
um, ne ipſo quidem in ocio ocioſus; à laudatis lau-
atus: nec niſi ingratis ingratus. Teſtis Argentina
'atria, teſtis Senatus, teſtes ciues pietate, virtute, do-
trinâ præſtantes, teſtis triſtiſſima vidua, mater pien-
iſſima, Maria Magdalena Eiringera, teſtis à Clariſſi-
no Theologo, Schalleſio, habita typiſque mandata
unebris concio. Cæterùm verè Chriſtianus fuit, hu-
nanus, candidus, clarus fuit: ad virtutem, ad gra-
iam, ad gloriam natus. Eam laudem ipſi, præter in-
cios, inuidos, iniquos, obtrectatores, nemo deroga-
it. Quomodo verò ſingulari, ſed verecundè reticen-
â mihi, felicitate primus Argentinæ ſit potitus, me-
norat nobiliſſimus Iuriſconſultus & Anteceſſor Ar-
entin. Dn. D. Caſp. Bitſchius in Oratione, quam Ar-
entinenſium Priuilegiorum Academicorum Pro-
nulgationi inſertam videas. Hominem aliàs atque
deò nihil humani à ſe alienum fuiſſe, nunquam non
onfeſſus eſt. Quapropter etiam humanæ fragilitatis
erumque omnium terrenarum pertæſus, inculpatæ
itæ ſtudens ad cœleſtem incolatum ſtrenuè aſpirauit:
c cùm diuturno paulatim eneruatus morbo ex hac
niſera vita ſibi migrandum, in cœleſtem verò patriam
roficiſcendum eſſe iam iam perſentiſceret, recordor
um humanarum rerum plus quàm ſaturum id iter, ar-
luum aliâs, heroicâ tamen & verè Chriſtianâ patien-
iâ ſummoque deſiderio ſuſcepiſſe, & in hac ipsâ mor-

talitate indicibili quodam æternitatis prægustu co-roboratum inter alias præclaras ad iter iam ſeſe accin-gentis animæ meditationes hanc in dolorum atrocita-te pronunciaſſe veram & ſatis profundam: difficilem hominis in hoc Mundi theatrum eſſe introitum, diffi-cilem & exitum; feliciorem tamen, ſi non faciliorem abitum quam aditum: nullos in hac mundana palæſtra ſine Marte, nullos ſine morte, dari triumphos: per an-guſta tranſeundum eſſe ad auguſta: multaque patien-tiâ ferre nos, quæ nullâ potentiâ auferre poſſumus, de-bere. Vitam certè ſicut hoſpitem habuit; præſen-tem non eiecit, abeuntem non tenuit, nec penulam la-cerauit, in id ſemper intentus, vt laudabilem potiùs quàm longam viueret vitam; vt ne moreretur, poſt-quam mortuus eſſet, ſed floridâ ſui memoriâ ſuper-ſtites atque ſucceſſuros inter mortales etiam tumu-latus viuiſceret, ac de triumphatrice morte triumpha-ret, vt amiſſo quod in tempore partum, id, quod ſupra omne tempus, aſſequeretur: bonos dicens hîc pere-grinos eſſe, malos illîc exules fore perpetuos: diu vi-uere nil aliud eſſe quàm diu ſtare, vt aliquando cadas; diu florere, vt aliquando marceſcas. Amore Dei ar-dentiſſimè flagrauit, & quem ſeſe amare confidenter credidit, vnicè redamare nunquam dubitauit: vt amo-ris ita & timoris Domini, quem omnis ſapientiæ initi-um eſſe ſapientiſſimus Rex Salomo dictauit, ſtudioſiſ-ſimus. Morbo, quo conflictabatur, naturam vincen-te tandem ac DEO æternitatis iam candidatum ſpiritum reuocante, luctam exantlans ineuitabilem, ſupernam interim anhelans patriam fatigatus via-tor, mox inuictus futurus omnium mundanorum vi-ctor, Ducem ſequens Dominum JESVM, cun-ctis ſuis benedicens &, ah quàm inuitus inui-tis, valedicens placidiſſimè expirauit, medias in-ter preces, quibus ceu gradibus quibuſdam ſcalæ illius Angelicæ, cuius ſacra pagina meminit, in cœleſtem adſcendit Paradyſum, ipsâ cœlitùs de-ſcendente atque obuiante VIA, JESV CHRISTO.

Gen. c. 28. & Ioan. c. 1.

Heu

eu me deſertum & in hac miſeriarum valle ſuperſti-
m! heu ſpes inanes noſtras! heu interemptas cogita-
ones! heu conſtantiſſimam humanarum rerum in-
nſtantiam, certiſſimam incertitudinem! Heu quid
am, quid non agam? Quemnam æquanimitatis,
iem tranquillitatis effingam portum tantis iactato
ictibus animo? Quodnam mediter ſolamen, quod
iamen comminiſcar? Quid in eius arboris, cuius
mitudine nixa ſors mea non minùs ac ſpes, infirma
luti hederula, floreſcere potuiſſet alacrius, intolera-
li iacturâ, quam nunc orbus patior, vlteriùs expe-
em? Quid ſperem, quid ſpirem? Quid non
otiùs relinquam, prætereăm, abiiciam, conte-
nam? iis præſertim temporibus, quibus nihil mali bo-
s, nihil boni malis denegatur; quibus totis Bellonæ
ancipatis oppreſſi iacent pacifici: quibus ſola domi-
itur ſeu vis fraudulenta ſeu fraus violenta, nuda
endicat pallidaque in exilio oberrat virtus, pallia-
m verò larvatumque, modò nummoſum, emergit
tium, furit inuidia, ridetur ſynceritas, doctrina ſor-
t, vera fidaque amicitia ſqualeſcens & phthiſi con-
mpta videtur. Ergone mundana iſta cuncta vana
uſeans viriculis exhauſtis ſemimarcidus, quod re-
quum eſt de corpuſculo, vniuerſum in lachrymas dif-
iere patiar, vt extremo quamprimùm voto potiar; vti
ſoluto corporali vinculo libertate fretus ſpiritus in
terâ illâ vitâ tranſmundanâ, ſolâ verè ſolidâ, cum pa-
iâ perpetuò conuerſari queat animulâ, cui ſolita in
rris denegata conſuetudo. Equidem cùm omnis
lata mihi ſit in ſuauiſſimi parentis abitu lætitia, nil
iud ſupereſſe videtur quàm mera triſtitia, quæ ſola
feliciter viuida illius morte, vereor, immortalis red-
ta certè non niſi mecum morietur. Enimverò patriis
iſtis cor meum combuſtum & chara omnia con-
iaſſata iam contritaque ferè ſentio. Nam quum de-
nctos olim parentes ſuos filii comburerent, quidam
iam in cinerem redactos quotidianis immixtos ali-

mentis comederent atque adeò in propriam conuer-
ſos ſubſtantiam reſuſcitare ſe in ſe quodammodo vel
ſaltem præſeruare à putredine præſumerent ; inuerſo
tu, deſideratiſſime pater , ordine viuum me mortuum
ardentiſſimo tui deſiderio & flagrantiſſimo amore
quo me toties inflammatum anteà tam ſuauiter refri-
geraſti, comburis, paulatim conſumis & defuncto tibi
prorſus aſſimilas ; qui florentiſſimâ, dum vitâ fruerere,
corporis conſtitutione roſam verè referens vix vmbram
tuæ vmbram vti nunc referrem, mihi conceſſiſti. Sed
quorſum, intempeſtiuâ præteriti floris recordatione
repullulantes è requietorio ſuo gemitus exſuſcito ?
Quid indè ſolatii ? Quid reſtituituram te ſperem, im-
pudentiſſima mors, quæ omnia rapere, nihil vel dare
vel reddere ſoles ? quæ ideò fortaſsè tenero puello pe-
perciſti, vt omnibus bonis cumulatum, maturum, ac
dignitatibus pleniſſimum, præter expectationem exu-
tum, maiore triumpho ſuſtolleres , vel faciliori clade
poſteros in eo ſolo cunctos vnâ trucidares, vel me ſal-
tem nondum tibi deſtinatum, imò functionis iuſſu præ-
tempore vigilent antagoniſtam, alienis & quidem im-
medicabilibus ſauciares vulneribus. O inuida, ô iniqua
mors ! Et cur enim innocentiſſimum me non auditâ
cauſâ inauditâ perſequeris mulctâ , alieno ſupplicio ?
An, quòd me ipſum tibi pro placito tuo non dedide-
rim, quem me ipſo mihi chariorem obſeruaſti, violen-
ter abripis ? An eum dum vitæ , dum viuis inuidiſti ,
dum exoſam te, contemptam, illaudatam vidiſti, calli-
dis machinationibus ſomni nomine admiſſa viuum ti-
bi aſſimilans vel te in illo vel illum in te laudatum iri
ſperaſti ? cùm quotidiana obſeruatione teſte , liuor
poſt fata quieſcat, laus reſurgat ac vireſcat. Sic igitur
alienis plumis ſuperbire, mutuatitiâ gloriâ gloriari ſa-
tagis ? Quouſque libidinem tuam, exercebis nec ex-
plebis vera fera ? Quouſque ſub iugo tuo plus quàm
tyrannico detinebis diuino redemptos ſanguine liber-
tos, ô vaferrima, ô feralis furia ? Quouſque ſeditioſa,
cru-

crudelis, bruta, barbara, diſturbabis tranquillos, diſcruciabis beneficos, detruncabis integerrimos, devorabis innocentiſſimos? Si tu vel videri, vel vulnerari poſſes, per me non ſtaret, quò minùs penetrantem experta vindictam faucibus tuis ereptum mox doleres parentem meum, quem iniquè ſurripuiſti mihi. Quid enim prætendis? quid perpetravi? Vel ſi quid ego perpetraui, cur in integerrimum inſontis parentis caput ſæva iacula tua mittis, iis parcens, qui ne nati quidem ſine publicæ ſalutis detrimento? Cur, ſi vllum ego fortè læſæ maieſtatis tuæ crimen commiſi, sacra regina, ſi tyrannidi tuæ reluctatus ſum, ſi quos ſublatos voluiſti, ſalvatos adiuvi, vnâ eâque durisſimâ mulctâ & patrem & filium affeciſti contra omnia, quæ uſquam cognita, iura. Quòd ſi namque filius omninò parentis iniquitatem ferret, immeritò tamen in patrem filii ſeu culpa ſeu pœna transferatur: eum præſertim, qui & extrâ & ſuprà regnum tuum conſtitutus innocentiæ cliens ab inſidiis tuis immunis eſſe meritò debuerat. Quid ei dediſti, quod vllo iure ab eo repeteres? Tuus neutiquam, vt Creatoris DEI, miſericordis creditoris, vt conditricis naturæ, vt patriæ, vt parentis, debitor fuit: & ſi fuiſſet, iam pridem tibi ſatisfactum ab omnipotente obſide ac redemptore. Quòd ſi cuncta reddenda, quæ data ſunt, vel omnium bonorum ceſsione, non iam ille tibi ſuam, ſed ipſi ego meam reddam vitam, neque alteram abs te, quæ nullam habes, emendicem; verùm ab eo, cui ſoli omnia omniumque rationes olim & te & me & omnes reddere oportebit; cùm noviſsimo iudicio è viſceribus tuis extractum repetiero deſideratiſsimum caput, te ipſam verò mortem mori videro, quæ infinitorum homicidiorum rea, propriis tuis latebris captiua, innumero ſpoliorum numero circumdata, non tam Cornelia iamdudum lege, quàm Chriſtiano iudicio condemnata es: cùm inquam internecione tua portam nobis ad veram vitam reſerari perſpexero. Nam in hac

vita,

vita, in tyrannico hoc tuo regno nihil reſtituis, ô inclementiſsima, ô inexorabilis mors: quæ cum omnia mihi in vno abſtuleris, & cunctas in vno reſecto roſeto roſellas amputaveris, cur non & diſperditi ſuauiſsimi floris memoriam, quâ me tam pertinaciter excrucias, ſuffurata ſimul es. Nunc verò ſiue minimam fortè roſellam intueor, ſiue dulciſsimum parentis nomen in audio, ſiue in me ipſo qualia qualia illius inquiro veſtigia; natiuæ ſtatim pietatis calore efferueſcens amor tot ferè cariſsimi capitis icones, quot cogitationes, eff fingit. Proh! te iam eo ipſo videre videor, ô redi uiue parens. At vbi priſtinus ille nitor tuus? Vbi nunc ſerenæ frontis tuæ, aperti clauſæ mentis amphitheatri, ſenſuum cœli, maieſtas? Vbi cœleſtia ſydera, cœrulei ocelli, quibus blandè radiantibus tam amanter infinities me adſpexiſti: quibus ſuaviter non minùs atque grauiter nutantibus me tum monere tum mouere ſolitus es: quibus haud rarò pro lingua, pro manu, pro bacillo vſus es? Vbi aures illæ tuæ ſupplicantibus patulæ patientiſsimæque: quibus odioſiſſimos eiulatus infantiles toleranter excepiſti, ſed & mendicantes quotidiè petitiunculas meas exaudiiſti ferè priùs quàm inaudiuiſti: quibus vel recitatas lectiunculas, vel acriores in ætate iam maturiore diſcurſus, vel frugiferas neſcio quas renitentes promiſsiunculas, heu nunc omnes fruſtraneas, erectâ ſpe lætitiaque ſuſcepiſti? Vbi auguſtum illud elegantiarum templum, ſuaviloquentiæ ſacellum, è quo tot oracula deprompta memini? Vbi liberalitate turgidæ, beneficiis pleniſsimæ manus: Vbi pedes illi toties propter me tantoperè defatigati, ſemper tamen indefeſsi. Iam vmbratile & viſus acie penetrabile corpus intueor. Sed vbi charum illud cor tuum, alma radix earum nunc inquietiſsimè palpitantium fibrarum, in pectore meo reſiduarum, quas à baſi ſuâ diuulſas non niſi præpotens cordis conditor redintegrare valeat. O charum Cor; cuius

ius intimis penetralibus oriundi vitales ſpiritus ei à fonte ſuo periculoſiſsimâ interceptione remo- atque in mera ſuſpiria reſoluti inſueto quaſi quo- m ſeu exilio ſeu deſerto fatiſcere coguntur, qui aiora olim melioraque ſpirare valuiſſent. Vbi ea nnia ſunt nunc, obſecro te per amabiliſsimum rentis officium, per miſerrimam orbitatem me- n? Nihil enim hîc præter iſtas vmbras, qui- ıs inanes ſpes meas eludis, nihil præter nihil, rno. Nam quid præter ſolam ſpeciem & memo- am, quam vel invita mors invicto animo meo re- nquat, ſupereſt? quid præter mœrorem reliquum? uæ promiſſa fors ſecundior, vt velim vivere, me te- eat ampliùs? cuius nec fortunæ proſperioris, nec tæ perfectioris fructus ad te, Mundanorum nun- uam ampliùs participem, vtpote nunquam redu- em, redundare queunt. Heu quò me vertam tan- em, quò me conferam, quò confugiam? Ad diui- a fata? Irata fortè miſerum non audient & im- utabilia impatientiam exprobrabunt, rebellionem terpretabuntur. Ad crudelemne illam omnium ominum domitricem, vt quæ nos infeliciter in hac ta diſiunxit, feliciùs in altera illa coniungat? At ea e tantùm commouet, non promouet, &, quod in- lerabilem ſapit tyrannidem, longâ tortuoſaque mi- ıarum catenâ reuinctum trudit ſimulatque trahit. d Naturam, diam aliâs omnium matrem? At eam ueram pro tempore viſam nouercam & cum Par- s illis, ne digniſsimo quidem parcentibus, collu- entem, vel inclementiâ turgidam vel impotentiâ nguidam fruſtrà, nec ſine periculo, ſollicitem? ex le- am iudicio ſiſtere, inexorabilem precibus fatigare deam? Inuariabilia ſua prætendet iura, ſumma- ue producet priuilegia; vota verò mea cunctas res ſuas atque ordinaria excedere auxilia referet: ræſertim cùm tot ſeculis tantis operis indies magis agiſque ſeneſcente rerum vniuerſitate, inualeſcente

contrà

contrà mortalium peruerſitate, fatiſcere videatur, vt nec reſtituere ſingula, nec reſtaurare cuncta, nec ſaltem ab vlteriore ruinâ me meaue præſeruare valeat. Ad fortunæ, humanarum rerum reginæ; pedes vti procumbam, cæca eiuſdem ſuadent mancipia. Egone verò infidæ illius atque invidæ famulæ, ne dicam meretriculæ, tantoperè contrà nos fulminantis, inſultantis, laſciuientis; fidei committam aut commendem ſpes meas, quæ non niſi ſuperſtitioſis aſſeclis & amaſiis ſuis tum prodeſſe ſolet, tum obeſſe poteſt? Confugiamne ad virtutem? Vereor, ne exulans ipſa æquè minus mihi ac ſibi ipſi auxiliari queat. Et hac quidem optatiſſimâ procuratrice non tam irreducem parentem emendicare quèm huius æternæ memoriæ mœſtitiam meam auſim aſſociare. Ad ſapientiam? Ad excelſum Imperatricis huius thronum vix propius admiſſa mens humana ſapientiſſimum ipſum Salomonem mortuum, nec reſtitutum, inaudit, ſolumque; mortis contemptum partim, partim amorem, pro ſolatio ſibi commendari percipit. Ad patriamne conuertam me? Patris ea ipſa cineribus, quos tegit, contecta videtur. Et iam patrios inviſam lares, diu deſertos, ſqualidos, triſte funus redolentes; vt me contineant, qui proprium retinere dominum haud poterant? Iſti nimiam ſuam dum lugent orbitatem; meam ſimul exacerbarent. Hauriamne ego inſuper ibi ſpiritum, vbi ille amiſit ſuum: Ad amicos? In calamitatibus meis inimicos, proximos aliâs nunc remotiſſimos experiar: qui non niſi ſecundis aſſueti rebus metuent, ne ægra fortè fortuna mea penetrantêm exhalet contagionem, fugâ ſibi pro ſecuritate conſulturi, cùm ſolo ſereno cœlo aurâque tranquillâ gaudeant, à nubilis & vmbroſis tempeſtatibus abhorreant. Peregrinoſné vocem in auxilium? Vereor, ne non tam hoſpites quàm hoſtes oſtendant ſeſe, aduenam qui promouere vel non volunt vel non poſſunt, premere fortuiti mancipii loco ſæpè ſolent, recentem vel refloreſcentem aliorum felicitatem æ-

ris adſpiciunt oculis , per alienæ gloriæ ſtragem ac
obiliorum nominum cadauera ad furtiuam neſcio
uam eminentiam graſſantur. Et hi qui vulneri me-
eantur, cuius non tantùm non agnoſcant immanita-
em, ſed & alienis plagis interruptas conſolidari vo-
uptates ſuas opinentur ? Ita cùm nullibi pro voto
ommorari queam, vbique præter votum cruciari ſo-
eo, Luctus, luctus, ô corda condolentia, ſolus vbique
nihi ſupereſt in hoc vaſto gaudiorum meorum ſepul-
reto, mundo. Quanta quamdiu lacrumandi mihi re-
icta materia ? Vetitæ ſi omninò Stoicorum rigore
irilibus animis ſint lachrymæ; &, ſi neque illas, quæ
er eliſionem cadunt vel nolentibus imò excidunt et-
am retinentibus nobis , liqueſcentis animi pluuias
ectora quædam non tam fortia quàm ferrea ferre
ueunt, illas ſaltem abditas, illas omninò debitas, no-
is concedant, quibus ad fontem ſuum, cor, remeanti-
us nec humanitas nec dignitas deeſt , ſiccis quidem
elictis oculis , ſed inuitis, intima ac penetrantiſsima
nimi vulnera illa , necdum ad perfectam cicatricem
erducta , diſſimulantibus. Quandoquidem enim
arentis animo filii genius indicibili traducis partici-
atione ita commiſceatur , vt penè vnus fiat, patiente
lo prorſuſque diſcedente hic non inſigniter compa-
atur ? non commoueatur, non concutiatur ? non
ntiat firmiſsimi nexus duriſsimi cunei (acutiſſimi
cerbiſsimæ mortis aculei morbi) violentiâ ac impetu
ctam diſſolutionem ? Non ſentiat à ſenſuum fonte,
apite, promanas neruulus principii ſui labefactatio-
em ? Non langueſcat , non evaneſcat lucidiſsimi
lis occaſu pallidus in terra radiolus ? Non ani-
aduertat extrà patriam triſtiſsimo confectus nuntio
lius, ipſam in parente patriam ſibi ſubtractam ? Non
xperiatur iniucundam, alienatam , peregrinam ſine
atre patriam , ah quantum hactenus immutatam,
uantum forſitan inpoſterum immutandam ? O quî
chrymas ego ſupprimam, quas Ioſephus pro Iacobo

parente

parente, Saluator, quem quidem fleſſe, non riſiſſe, conſtat, pro nobis filiis & fratribus, non poterat, non profundere? Quot inanes lachrymas quàm temerè quàm peruerſè crocodylorum neſcio quorum bipedum ab oculis profluere videmus? & pater intereuntem filium, filius parentem iuſtis haud deploret lachrymis? Vicinæ vnius corporis partes communi freta nutrimento ſe inuicem altera in alterius egeſtate reſtaurent, ſuſtentent, ac veluti lactent, communicato, quo naturâ participant, ſucco ſe mutuò contemperent? & vnius cordis altera pars alteram flacceſcentem intimo non irroret, non irriget liquore? Ergone peruerſos illos atque barbaros imiter cauponum alumnos, in parentes, in cognatos, in vniuerſum genus humanum impios hæredipetas, qui non ex oculis aquam, multò minùs ſanguinem, ſed è grandioribus poculis vitalem ſuccum, ſcilicet è vitibus elicitum, effundunt exhauriuntque pro patria, pro parentibus, agnatis, amicis? Argutam interim comminiſcuntur excuſatiunculam. Aiunt, nullum luctu mortuis parari regreſſum. Audio; ſcio; cedo; gratulor quin etiam, quod mireres, non mihi, ſed mundanis ærumnis ſubtracto triumphatori, verùm nec humanitatem exuo ſiliceæ neſcio cuius ſapientiæ gratia; &, ſi nullum luctu defuncto parenti ad me, mihi ſaltem maturiorem ad beatum nunc cœlicolam regreſſum parare vel exoptare liceat, vt diſceſſus atrocitatem nouæ conſtantiſque conuerſationis ſpe obliterare queam. Aiunt inſuper, nequicquam vel acerbi vel amari Noſtrum eſſe perpeſſum. Mortem enim dulciſſimam omninò videri. Stoicis, crediderim. Nam quum experientiâ deſtituantur, quotquot de morte ſcribunt Philoſophi, loquuntur Philologi, nemo enim mortuus vnquam mortem deſcripſit: vt vitam viuentes plurimi, quî dignouerit quiſquàm rem incognitam, aut diiudicarit inexcogitatam? Largiar autem, hanc nullam eſſe luctus mei cauſam, quum & Noſter ipſam inuitarit potiùs quàm vitarit mortem

cam

eandemque priùs ferè vicerit quàm viderit, nec infeliciter interiiſſe, ſed feliciter obdormiuiſſe viſus ſit; aliæ tamen ab inexhauſto fonte ſcaturiunt lachrymarum cauſæ. Quarum princeps temporis inuidia dicam an perfidia, quâ ipſum ſeſe nolenti ac inuito obtruſit mihi, parenti ſubtraxit; cui continuis querelis ingratus, inſolens, importunus ſuperſtes tam inutiles quàm pertinaces hos dies, alieno vitæ curriculo incubantes, præter votum in hac ſolitudine tranare cogor atque aduerſis fortunæ ventis tranſigere. Neque inſuper recollectis fortè viriculis, (heu quantâ ſpe fruſtratus!) propoſitos olim promiſſoſque iucundos efficacis gratitudinis fructus in ſolatium chariſſimo ſeni iam abſenti offerre, nec me aliqua ſaltem tanti debiti parte liberare queo. Quòd ſi porrò alii tenerrimæ ætatis infantulos, eodem die puerilem & ſenilem ætatem expertos, eâdem horulâ natos, renatos, & denatos, vix cognitos ab ipſis nondum cogniti tam enormiter nec ſine conſolationis repudiatione deplorant; quantò maiori excuſatione eorum deploratur obitus, qui firmá iam conſuetudine clari charique nobis eam attigerunt ætatem, cuius conſtantiâ, grauiori authoritati coniunctâ ſolidiore prudentiâ, & experientiâ prodeſſe omnibus, obeſſe nemini ſolēt, virtutis religioniſque ſigna ſequuti non crudos ac rudes calyculos, non alabaſtrulis conniuentes vel dehiſcentes demùm atque immaturos roſarum pupulos, ſed omnibus numeris abſolutam, ſed apertam planè roſam, nec eam ſimplicem & paucifoliam, ſed centifoliam, ſed centifloram præ ſe ferunt, nec flores tantùm aut iulos, vti iuuenilibus annis, ſed iam ipſos fructus producunt, non nudâ ſpe lactant, ſed & ipsâ re exſaturant? Arbuſculas certè plurimas folioſas potiùs quàm vnicam adultam arborem frugiferam vnuſquiſque perdiderit. Atqui talis iam arbos extitit beatus Noſter, ad communem non ſolùm ſoliditatem, ſed ipſam deducta perfectionem ac integritatem: roſetum inſigni præ-

K ſtan-

ſtantiſſimorum florum & fructuum pondere deflexum ſolâque meritorum magnitudine munerumque multitudine depreſſum, non niſi temerariis ac violentis carptoribus aculeatum viſum; omnibus aliâs bonis amœnum: cuius abſentia nunc ineffabili ratione perturbatus vix ipſi mihi ampliùs adeſſe videor. O acerba fata! O Natura, dura mater! aut non extruxiſſes aut non deſtruxiſſes, tam rarã, tam caram, fabricam: quam dum effers, aufers. Ideone tantâ gratiâ gratioſum plantaſti roſetum, ſtirpitùs vt eradicares maiore iacturâ. Ah pater, ah care pater!! Tene ego tot inſolentis fortunæ tempeſtatibus iactatum inclementiore fato nunc penitùs confectum ac præter expectationem abſtractum feram?! Tene benigniſſimum rigidis morborum aculeis diſcruciatum audiam? Tene naturâ, conſuetudine, ſtudio, mitiſſimum, truculentæ mortis inſidiis langueſcere patiar in infeliciſſima abſentia mea? qui, vt Apollineâ tot mortalibus, etiam indignis, etiam ingratis, ſuccurrerem Arte, mortique perpetuum victorioſâ dexterâ bellum mouerem, & vel nullo commodo meo tot tantaque incommoda aliorum ceruicibus vel inſidentia vel imminentia fortiter abarcerem, autor mihi fuiſti. Pro quo, ſi optio, ſi occaſio data fuiſſet, & ſtetiſſem & cecidiſſem. Quem ſi vel ex mediis oppugnatæ (quod DEVS clementer auertit) patriæ periculis atque incendiis fulgurantia per arma deductum, velut infirmum parentem ſuum pius Æneas, liberare oportuiſſet, vel atrociſſimorum hoſtium, morborum, æſtibus, quibus nobiliſſima decoratiſſimi corporis fabrica diruebatur, eripere conceſſum eſſet, tum debiti memor officii tum ſperati à DEO præmii certus, neque viribus, iuro per ea quæ tibi à me conſecrata cuncta, nec laboribus, nec ſanguini, nec ſpiritui huic ipſi, quem à prima tibi debeo natiuitate, peperciſſem; & vt te ſaluarem,

arem, cuius obitu nullum mihi ſupereſſe gaudium
hac quidem orbitate videtur ; pro neceſſitate
eque vitam ; quam tuo beneficio mihi conceſ-
m , tibi nunquam non dicatam , repetere potu-
ſes , vlterius fouiſſem ; neque mortem , quam
dicere patrio iure debuiſſes , vlla ratione fugiſ-
m ; quin potiùs vrgente prono iam in omne
riculum amoris ardore , collectis & auctis
prà modum moremque viriculis , vel ſaltem
otis meis , non ſolùm atrociſſimum & in in-
ocentiſſimum caput improbè ſæuientem mor-
em propulſare , ſed præmiſsâ pugnæ clariga-
one , cum ipſa etiam tumultuosâ morte certa-
DEO duce ſategiſſem ; vt vel tu mecum vive-
s, vel ego tecum, imò, quod optatius , pro te mor-
us eſſem. At verò qui toties tantoperè à Rep.
natu, ciuibus, amicis , omnibus bonis ; deſideraris,
icum hociam in pleno iubilo tuo , ſubcœleſtium
ntemptor ; ne deſiderere ; deſiderare videris.
uid ampliùs ergo, ſi ne hoc quidem ; quod im-
enſo defectu amiſimus ; amantiſsimo affectu ve-
gare ; ſi nec damnum quidem publicum , nec
opriam miſeriam miſerari licet ; nobis ſupereſſe
nceditur ? Ergone patriæ ac Reip. ergone miſel-
filii ſuppudet te iam in ſummo intimoque Diui-
patris amplexu cum æterno Fratre, Domino IE-
V, conquieſcentem ? Ergone ſolis ſupernis ſuper-
ens inferna cuncta deſpicis , nec miſeriam no-
am, quæ tamen & ipſa ſumma eſt , intueris ? A-
orem communiter aiunt haud aſcendere, ſed de-
endere. Quod ſi ita eſt, vt omnes quidem vltrò
nſitentur parentes , atque ego deprimente gra-
oris elementi mole præpeditus pro votis ad te
ſcendere non poſsim , tuarum eſt omninò parti-
n, vti vel ad me deſcendas , vel ad te quantocyùs
e pertrahas , vel ſaltem extrà miſeriarum vallem
uc conſtitutus, ſupremâ beatitudinis regione reſi-
 dens;

dens, divinis illis, quibus reſplendeſcens frueris, æterni Solis radiis cœlitùs haurias exundantes hasce deſolati, depreſsi, debilitati filii lachrymas, vrgentes ſe invicem gemitus, ac profundiſſima ſuſpiria. Reſpice de præcelſa illa præluſtrique ſpeculâ miſerrimè deſertum me, ô beatiſsime nunc deſertor; aſpice ſuſpicientem te; conſpice turpatâ luctu facie pudibundum; amplectere atque hinc auelle terrenis non ſolùm ærumnarum ſed & deliciarum reliquiis valedicentem, ac ipſi vivacitati ſuæ nouiſsimum terminum imprecantem, ad te vnicè aſpirantem. Iam iam obruto calamitatibus animo meo, chariſsime pater, neque ſuperest quod pro te dicam, in ſolo quidem exule, in cœlo verò exultante, neque quod pro me mœſtiſſimo conquerar, reliquum video. Verùm hoc, quo labefactatum tandem ſuffulciam animum, humaniores conſolatores reliquêre ſolatium: parentem meum, quem ego prætendam anteà mihi felicisſimum præfuiſſe, nunc nunquam non deeſſe, non ſolùm in DEO, qui eſt omnia in omnibus, ſupereſſe, ſed & in me ipſo ſuperuiuere: interupto illo, quod quidem videbatur, vtriuſque vitæ noſtræ interuallo, perpetuâ recentis memoriæ continuatione iterum coniuncto; & in vitæ meæ præſentis ſinu præteritæ vitæ illius memoriam perannaturam conquieſcere. Acerbiſsimi verò doloris leniendi gratia non ſolùm parentis ac vniuerſæ mortalitatis, ſed & mei me ipſius miſeriarumque mearum tandem obliuiſci debere, ... lio vix commodiore acutiſsimi cordolii ſuperſti... anodyno. Atque ita cùm nullum ſolidum quidem omnis humana mihi ſapientia ſuppeditet ſolatium, nullum niſi vulneris prauitatem irritans remedium, quod extremæ calamitatis eſt, indicium, ſolo pio ſilentio involvere patienterque perferre cogor, quod mutare nulla ratione queo. Ita roſam, quæ præteriit, vt prouerbium ſonat, nec inquirere nec inu...

ni...

ire priſtino loco conceſſum. Quam exſuccam,emarcidam,euanidam lachrymoſo rore tam frequenter, at fruſtrà, rigare ſoleo, erigere verò niſi conſtantiſſimis literarum monumentis ac fortaſſis in emerſurâ feliciùs poſteritate,neutiquam valeo. Heu ſqualidum,heu deſtructum roſetum! quod ni cœlo deſtinatum eò vndè primùm ortum tranſplantari ſcirem, extremo cordolio diſtabeſcerem. Neque verò quia diſparuit, omnimodè diſperiit; ſed cœlum verſus excreſcens terreno fruſtratum,nec contentum, nutrimento, radices ſuas ad ſuperna reflectens, in æterno iam frondeſcit atque effloreſcit paradyſo. Quare cùm Divinis fatis,cuncta potentiſſimè, ſapientiſsimè, iuſtiſſimè, optimè diſponentibus nec repugnare valeamus nec reclamare debeamus, eò vnicè pia vota, quibus ipſa flecti ſolent fata, dirigamus, vt immenſis contritorum ærumnis placatus, tantoperè diminutorum miſertus,tot demiſſorum caſibus commotus DEVS OPT. MAX. ſummâ miſericordiâ ſuâ ſummam miſeriam noſtram attemperare, ſuauiſſimo amore grauiſsimi doloris amarorem edulcare, ſuperſtites verò nos fæculentis hiſce calamitatum reliquiis hærentes mortales beatis in cœlo maioribus,quos non amiſimus, ſed præmiſimus, aſſociare & in ſacroſanctum illud concilium cooptare velit, vt vnâ cum ipſis & electis omnibus Iſangelis ſempiternâ DEI conſuetudine in lætitia ſine triſtitia, amore ſine amarore, vita ſine mortalitate, felicitate ſine infortunio frui nobis liceat. Tu interim ſanctiſsima & beatiſsima chariſsimi parentis animula, cœlitum ciuis, cui præire nobis, etiam inuitis; nunc verò vti te ſequamur, inuitatis, libuit; cuius amplexum hîc fruſtrà deſiderarim, in alterâ verò patriâ feliciſsimè repetierim; quæ, cuius in ſinu acquieſcens optatiſsimè frueris cœleſtis patris patrocinio, eum ipſum pro te mihi procul dubio benigniſsimum, conſtituiſti

patronum; calidiſsimas haſce lacrymas, tantùm non roſeâ ſanguinis tincturâ rutilantes, ceu extremum libamen, vltimum honorarium; ſupremum pietatis, charitatis, humanitatis, humilitatis munus, licet indignißimum, ac inſufficientiſsimum ſuſcipe; ſalue, & roſeâ ſempiternæ beatitudinis coronâ redimita viue, vige, vale. Tu verò quæ in hoc vaſto mundi deſerto ſuperſtiti miſero mortali mihi ſuperes ſeu mortua vita ſeu viua mors, cum verâ illâ æternâ vitâ Diuinâ tandem gratiâ commutanda, quantillum recreationis mihi poſthac concedes? quantum forſitan illudes? Neque enim tibi ampliùs fido, ô humana, ô mundana, ô vana vita! quæ, vt ex Scaligeri pectore gemitus ſimul emittam meos:

Incerta, caduca, peruſta ignibus furorum,
In falſa patria hoſpes & exul à te ipſa,
Sentina malorum, miſerabilis cloaca,
Infida, rebellis tibi, ſerua prauitatis,
Tardis laqueus, ſubitis flamma, foſſa cæcis:
Tu delitium carceris & carceris illex,
Deſultoria fabula, ſomnium ebrioſum:
Non vita. Quid auſim, fera, te dicere vitam?
Quid me hîc fallis inepta? quid & te ipſa ludis?
Tu mors potiùs, mors potiùs vocanda. Nempè
Nos mors liberat: at facis eſſe morte dignos.
Vita altera vita aurea, vita vera vita.
Aduerſarius vbi nullus, dolor, laboruè.

Tandem igitur, quamprimùm DEO meo placuerit (vt verſibus illis cygneis, quos Iulius Cæſar Scaliger animæ ſuæ profecturæ ceu vltimum vale cecinit, te, animula mea, piè ſanctèque alloquar.)

Egredere, ô miſeris multùm defuncta ruinis.
Egredere & ſeruis ſeruilia regna relinque.
Aude, hoſpes, tenebris horrendi imponere finem
Exilii, & patria ſperatas quærere ſedes.

Mundi

Munde immunde vale æternûm: nos libera cœli
Pignora promiſſo tandem potiemur olympo.
Tu modò nate Deo, ſanctiſſima victima, Ieſu,
Aſpice nos, qui cuncta animas, ſpes vnica: mortem
Exue morte tua atq; nouâ vitâ indue vitam.
Vt tecum moriens, tecum, ô mea vita, reſurgam,
Et viuam viuo te omne exſaturatus in æuum.

Hactenùs prima Rhodologiæ pars Philologica nimirùm, pertractata: ſequitur altera, quæ Philoſophico-Medica.

RHODOLOGIÆ
PARS II.

Continens hiſtoricam generoſæ Roſæ deſcriptionem ſecundùm quatuor cauſarum genera Philoſophicè, cumprimis verò Medicè pertractatam: qualitatum, virium & multiplicis illius in Medicina vſus explicationem; medicamentorum tum Galenicorum tum Chymicorum è Roſa paratorum atq; etiam ſingularium quorundam arcanorum dilucidationem.

CAPVT I.

Botanicam Roſæ hiſtoriam ac deſcriptionem exhibiturus haud vulgatis è rhizotomorum farraginibus receptas opiniones vel plebeias traditiunculas deſumere, ſed ex ipſo Philoſophiæ fonte principia & cauſas, quibus omnis vera firmaque nititur ſcientia, altiùs haurire animus eſt. Tunc namque putamus vnumquodque cognoſcere, cùm cauſas primas cognouerimus & principia prima. Ariſt. *lib.* 1. *Phyſ. c.* 1. *t.* 1. & cauſæ nos ſcire maximè faciunt. *l.* 1. *Poſter. Analyt. c.* 2. *t.* 5. & *l.* 2. *c.* 11. *t.* 11. & *l. α. M. Metaphyſ. c.* 3. Cauſæ, inquit Scaliger

meus

meus *in Ep. ad Sebaſt. Gryph.* ſicuti vni homini ad cognoſcendum datæ, ita qui eas animo concipit, is demùm homo dicendus. O igitur diuinam cauſarum ſcientiam! quàm irrefragabilem methodum geris! exclamat Gribaldus Iuriſconſultus *l. de meth. & rat. ſtud.*

* Verùm cùm quatuor cauſarum genera Archiducem ſequuti Philoſophiæ capitanei conſtituant; & quaſdam cauſas externas (quæ maneant extra rem conſtitutam) vt finalem & efficientem; quaſdam internas (quæ ipſum ens conſtituendum ingrediantur, in eoque conſtituto tamdiu perſeuerent, quamdiu à Natura naturata nulla fiat diſſolutio naturalis, aut immediata annihilatio à Natura naturante) vt formam & materiam, nuncupent ex Ariſt. *lib. λ. Metaph. c. 4. t. 23.* & *l. δ. c. 1. t. 1.* ſingulas Roſæ cauſas ordine edoceamus; *Rhodologia ſecundùm 4. cauſarum genera conſcripta.*

A ſummo ſumpto principe principia.

Equidem primum principium pariter & vltimus finis vti omnium reliquarum creaturarum, ita & Roſæ Devs eſt. Vltimus inquam ſeu vniuerſalis finis Opt. Max. creator Devs eſt: ad cuius gloriam floridiſſima fructuoſiſſimaque Roſa in pulcherrimum hoc Mundi theatrum illius iuſſu introducta; vt decentem vnà cum collegis ſuis & conciuibus, reliquis floſculis, ſcenam præſtituto & loco & tempore perageret. Omne enim quod eſt, propter aliud eſt quàm propter ſe, excepto vno ſolo Deo. Igitur omnia propter illud vnum ſunt, quod non eſt propter aliud, ait Scaliger *exerc. 250. ſ. 1.* Ergo omnia propter Devm: quia Devs non eſt propter aliquid aliud præter ſe. Proprius verò particularis atque proximus finis homo eſt, qui roſâ principaliter vt medicamento, minùs principaliter vt ſuauiſſimo alimentorum quodam veluti condimento, aliis quin etiam pluribus rationibus tanquam delectamento vtitur pro re nata. Hominis autem gratia non roſam ſolùm, ſed & omnes omnium rerum ſpecies eſſe conditas, etiam cœlum ipſum, patet ex Geneſ. *c. 1. v. 28. & ſeq.* Item *ex c. 9. v. 1. 2. & 3.* Quare facto homine *Roſæ cauſa finalis vniuerſalis.*

quieuit DEUS. Geneſ. *c.* 2. *v.* 2. Imò hominis gratia conſtitutos eſſe ſpiritus angelicos, ſacræ Epiſtolæ ad Hebr. exaratæ author teſtatur *c.* 1. *v. vlt.* Quod & aquila Philoſophiæ Ariſtoteles conſiderauit *l.* 2. *Phyſ. c.* 7. *v.* 14. dum inquit: *κὴ χρώμεθα ὡς ἡμῶν ἕνεκα πάντων ὑπαρχόντων· ἔσμεν γὰρ πῶς καὶ ἡμεῖς τέλος*: id eſt, & vtimur tanquam propter nos omnibus exiſtentibus. Sumus enim quodammodo & nos finis. Et 2. *Polit. c.* 5. aſſerit, etiam illas beſtias meliores eſſe, quæ ſub hominis imperio ſunt. Adeò microcoſmi gratia Macrocoſmus ipſe tam affabrè conditus videtur. Hinc & Ariſt. *lib.* 8. *Phyſ. c.* 1. *v.* 17. hominem appellat, *μικρόκοσμον* eumque tanquam regulam proponit & menſuram ad cæterorum omnium animantium cognitionem *l.* 1. *de Hiſt. animal. c.* 15. Videas igitur, ô Homo, ne turpiter abutaris potiùs quàm decenter vtaris ſubiectis tibi ad Domini tui gloriam creaturis; nec his ipſis ſuperſtitiosè fruaris. Solo namque Creatore frui, creaturis vti nobis licet; cùm, vt B. Auguſtinus *l.* 1. *de doctr. Chriſt. c.* 4. docet, vti nil aliud ſit, quam quod in vſum venerit, ad id quod amas obtinendum referre: frui verò ſit vni alicui rei inhærere propter ſe ipſam. Quòd ſi igitur benè vteris Mundo, verè frueris DEO. Quacunque creatura abuteris, eius vſum, virtutem, efficaciam eo ipſo diſpellis. Etiam roſam fragrantiſſimam abuſu fœtidiſſimam, ſuauiſſimam, aliàs acerbiſſimam, cordialem peſtilentialem reddis. Vides vt ſæpiſſimè per ſe optima vel medicamenta vel alimenta fine fruſtrentur ſuo; tu tuo? Siue igitur ob oculos poſitam roſam contemplatus ſummam in ea Creatoris potentiam, ſapientiã ac bonitatem animaduerteris, ſiue eâ ad emolumẽtum tuum tuorumve vſus fueris, DEI gloria tibi vnicè reſpicienda, agnoſcenda, celebranda. Cæterùm licet ad finalem cauſam omnis Roſæ virtus atque efficacia referri & poſſit & debeat, id ego negotii non abſque ratione hîc ſicco prætereo pede & pauliſper, donec reliqua cauſarum genera expedita fuerint, ſuſpendo.

CA-

CAPVT II.

Altera Roſæ externa cauſa, nimirùm efficiens, varia eſt ac multiplex. Vel enim prima, vniuerſalis & remotiſſima; vel ſecunda, particularis & proxima; vel intermedia; reſpectu primæ atque vniuerſalis quidem poſterior, inferior, particularis; reſpectu proximæ verò remotior, vniuerſalior, prior. Item primaria, ſecundaria: principalis, inſtrumentalis, adiuuans, coadiuuans, præparans, perficiens; pertinens ad roſæ vel generationem vel generatæ conſeruationem, cultum, & à corruptione præſeruationem. Quarum cauſarum, particularium quidem, plenior paulò inferiùs mentio fiet; poſtquam ſcilicet formalem Roſæ cauſam, quiditatem, differentias & partes explicuerimus. Sufficiat hîc cauſam roſæ externam efficientem primam potiſſimùm declarare; cùm ab ea omnia, & ſine ea nihil eſſe conſtet: adeò vt ne ipſæ quidem cauſæ careant cauſis, exceptâ ſolâ ſummâ omnium cauſarum causâ, primo omnium principiorum principio. Omnium enim rerum naturæ, inquit Scaliger *lib. 3. Poet. c. 8.* ad vnum DEVM referuntur. Et, quicquid eſt extra DEVM, inquit idem ſecundus Salomo, per cauſas eſt, ex cauſis & in cauſis. *Exerc* 307. *ſ.* 27. DEVS principium omnium principiorum & prima cauſarum cauſa. Id. *exerc.* 6. *ſ.* 3. Solus DEVS cauſa eſt abſque cauſa: ens abſque ente. *exerc.* 359. *ſ.* 2. Quis enim ipſi fuit à conſiliis? aut quis prior dedit ei, vt reddat danti? Quoniam in ipſo, ex ipſo & per ipſum omnia, vt exclamat electum illud DEI organum D. Paulus ad Roman. *c.* 11. Quis ignorat, quòd omnia quæ ſunt, manus Domini fecerit. Iob. *c.* 2. *v.* 9. qui & vſque modo operatur, ipsâ veritate, IESV, teſte. Ioan. 5. *v.* 17. Nihil ἀφ' ἑαυτοῦ, ἐν ἑαυτῷ, καὶ ἑαυτὸν, αὐτάρκες, ſed omne ἀπ' ἄλλου ἀρκοῦντος. Pendet vnumquodque ab omnium rerum principio primo, propter quod, à quo, in quo vnum ſunt omnia: & cuius vnius egent vt ſint vnum. In ali-

Roſæ cauſa efficiens vniuerſalis.

In aliquo tandem igitur acquieſcamus, quod ab alio non prodeat. Scal. *l.1. de plant.* DEVS itaque, vt nectareis D. Pauli verbis Actor. *c.* 17. concludam, qui fecit mundum & omnia quæ in eo ſunt, cœli & terræ Dominus eſt, qui dat omnibus vitam, ſpiritum & omnia. Quare ipſa etiam roſa eſſentiam, ſpiritum, vitam, vires, atque omnia ab vno, qui eſt omnia in omnibus, DEO habet.

CAPVT III.

Cauſa formalis.

DEclaratis externis roſæ cauſis ad internas progrediamur. Quarum cùm princeps forma ſit (Hæc namque rebus & eſſentiam & actum & actionem tribuit) formalis roſæ cauſa primò declaranda, cumq; per hanc ipſam rerum quiditas indigitetur, quid & quotuplex ipſa roſa ſit, inueſtigandum. Clarioris autem doctrinæ gratia eiuſdem tum homonymia tum paronymia, atque etymologia præmittenda. Synonymia namque roſæ nulla: quod haud vulgari admiratione dignum: ſiquidem aliàs pleraſque plantas ſynonymorum (ſæpiùs vano nouatorum ſtudio & maximo Botanices diſpendio potiùs quàm vllo commodo multiplicatorum) varietate tantùm non obrutas, certè non parùm obſcuratas iure conquerantur ſtudioſi. Recipit tamen etiam Roſa quædam veluti ſynonyma variorum adiunctorum variis ab autoribus ipſi tributorum ratione, ſicut inferiùs patebit. Roſa dicitur omnibus in vniuerſum Latinis, Italis, Hiſpanis, ῥόδον Græcis, Roſe Gallis, Ros Germanis, Schoſchannah Hebræis, quanquam & lilium hoc nomine denotetur. Aliàs & chabatſeleth. Errant autem authores, qui Schoſchannah lilium potiſſimùm chabatſeleth roſam interpretantur. Roſam per Schoſchannah potiùs intelligi debere *ex c.* 2. *t.* 2. Cantic. tam clarum eſt quàm quod clariſſimum. Legitur enim ibi: Schoſchannah bën hachechim; id eſt, roſa inter ſpinas. Atqui lilium haud inter ſpinas vt roſa floreſcere, ſed in planitie & à ſpinetis libero loco excreſcere ſolet. Vndè etiam *cap.* 2. *v.* 1. Matth.

Roſa Hebraicè chabatſeleth & ſchoſchannah dicta.

Cantic. Chabatſeleth ſcharon, flos campi vocatur. Et Matth. *c. 6. v. 28.* κρίνον τοῦ ἀγροῦ, lilium agri. Confer Hoſe. *c. 14. v. 6.* Cuius loci genuinam interpretationem tradit Syrac. *c. 24. v. 18. c. 39. v. 17. & c. 50. v. 8.* vbi roſæ mentio fit potiſſimùm in Græco textu: ὡς φυτὰ ῥόδου, quaſi plantæ roſæ: βλαστήσατε ὡς ῥόδον, germinate vt roſa: ὡς ἄνθος ῥόδων, vt flos roſarum. Et Pſal. 61. per ſuſan eduth intelligenda eleganter harmonica & precioſa regni roſa, ſiue Regii ornatus atque dignitatis clinodium ſeu diadema; licet alii alium eliciant ſenſum. Vana verò eorum obiectio, qui à ſcheſch quum haud ineptè quidem deducant ſchoſchannah, non aduertunt tamen, ſcheſch non ſolùm ſex, ſed & byſſum, ſchaiſch verò marmor Parium, candidum ſcilicet, ſignificare, nec idcirco neceſſum eſſe, vt ſex oſtendet folia, ſed vt marmorem ſaltem candorem, byſſinamque tum ſubtilitatem tum nobilitatem æmuletur atque aculeolis dentata ſe defendat. Nam ſchan & ſchanan acuere vel acuminare ſignificat: ſchen verò dentem denotat: ſchani, bis: & tincturæ perfectionem innuit apud Hebræos. Sic dicitur, Argeman ſchani, purpura bis tincta, κόκκινον διπλοῦν, dibaphus vel dibapha, Tyria bis tincta. Atqui roſa rubra byſſum bis tinctam referre, dupliciter item potiſſimùm tincta, rubro ſcilicet & candido colore, videtur. Atque adeo ſapienter Elias Hutterus in Dictionario ſuo Harmonico Biblico chabatſeleth vertit Græcè κρίνον, Latinè lilium, Germanicè Lilg. Notandum autem, veteres Lilii nomine varias comprehendiſſe plantas floriferas; non ſolùm propriè dicta nobis liliorum genera. Vt & ipſam Roſam & Pœoniam & iridem & alios elegantiores flores Lilia vocare non ſint veriti: quemadmodum & roſæ nomen variis tribuitur floribus. Denominationem diuerſi tradunt diuerſam; ſuo quiſque ductus genio & ingenio. Singulas, quæ mihi quidem paucæ lectionis homini compertæ, illius etymologias hîc proferre operæ precium eſt: cùm hæ quamplurimùm ad ipſius formæ, per ſe in profundo atque in obſcuro ſci-

entiæ

entiæ puteo latitantis, indagationem facere videantur. Etenim, vt Scaliger *exerc.* 1. *ſ.* 1. loquitur, oportet priùs ipſius vocis vſum cognoſcere, à quo ſæpenumero prouehimur in rei perceptionem. Antequam literam definimus, inquit idem *l. de cauſ. LL. c.* 4. nomen ipſum eſt explicandum, quippe ex cuius interpretatione faciliùs rei ratio fit nota. Togam enim definiturus, ſi norim à tegendo dictam, ſanè veſtigando eius genus ſic inueniemus, eſſe lanam textam ad tegendum.

Roſa vnde dicta?

Dicta autem roſa mihi videtur, quaſi roſcida, vel rore cœleſti ſata, quòd matutino præſertim tempore multo rore conſperſa deprehendatur; vel quaſi roſa ſeu corroſa, quòd à vermibus aliiſque inſectis non rarò corroſa roſa videatur: adeò ſi non carpitur, ad minimum roditur. Dicta etiam videri poſſet ab Hebraico reſcheph: quod ſcintillam, carbunculum, prunam ignitam, morbum inflammantem, internum quidem, vt febrem, externum, vt eryſipelas, quod roſam aliàs appellant, ſignificat. Scintillantem enim, ignitum & flammeum rubicunda roſa refert colorem. Vel à roſch, id eſt, caput, vertex, ſummitas ſiue principium. Vnde Rozenim primates, principes, proceres, gigantes, nominantur. Roſa certè naturalem capitis non ſolùm circumfert ſignaturam, ſed & ipſa florum caput eſt ac princeps. Vel à roſchefch capere, quòd aculeis ſuis roſæ comprehendant ac veluti captent capturientem. Neque tamen iis contradixerim, qui Latinos à Græcis mutuò ſumpſiſſe roſæ denominationem arbitrantur. His namque ῥόδον dicitur à ῥέω, id eſt, fluo, & ὄζω, id eſt, oleo, quòd affluenter oleat, vel, vt loquitur Plutarchus 3. ſympoſ. ὅτι ῥεῦμα πολὺ τῆς ὀδμῆς ἀφίησι, quòd largum odoris effluuium emittat: vel quòd caduca illius foliola citò quaſi defluant, decidant ac decedant. Vndè etiam elegantiſſimum Camerarii diſtichon, formoſis famoſiſque præſertim conſiderandum:

Ah quàm forma roſas citò deficit inclyta pulchras!
Non ita cœleſtis quas paradyſus habet:

Et

t aliud, hominis pariter ac roſæ caducitatem decla-
ns:

Ecce roſis ſimiles homines, quas tempore verno
Vna dies naſci vidit & vna mori.
Aurorâ roſa floreſcens heu veſpere ſero
Non roſa quærenti ſed rubus aſper erit.
Vt roſa manè viget, tamen & mox veſpere languet,
Sic modò qui fuimus, cras leuis vmbra ſumus.

ſt ita, me Iesu;

Quale roſæ, violævé genus, quam manè comantem
Puniceiq́ decus pandentem floris amœnum
Peſtifero mox afflatu necat halitus Auſtri,
Oblitam decorisq́ ſui ignaramq́ locorum;
Quæ modò coccineo fuſcabat opaca galero:
Talis vita hominum; vix terræ oſtenſa relinquit
Dona; ſuum fœni mutans marcore vigorem.

ic enim Regius cecinit Pſaltes, Dauid Pſal. 103. iu-
ta Poëticam Berſmanni verſionem. Conſiderandum
ic & illud Ovveni fictas pictaſque fœminarum for-
as perſtringens epigramma:

Quæ pictas geritis facies, vos iure poteſtis
Dicere cum Flacco: puluis & vmbra ſumus.

onderandus & rhythmus German.

Heut blühen wir wie Roſen roth/
Morgen ſeynd wir blöd/ bleich vnd todt.

Cæterùm roſæ diminutiuum ῥόδαξ Græcis eſt, La- *A roſa denominata, Paronyma.*
nis roſula vel roſella, German. Röslein. Deduci-
ar & denominatur à roſa roſetum, roſas producens
utex, ῥόδη vel ῥοδῆ, à filia parens, à flore fruticetum.
em roſarium, luxurians roſis locus, hortus, parady-
as, ῥοδωνιὰ; quemadmodum κρινωνιὰ vel locum, quo
lia excreſcunt, vel ipſam Lilii plantam, ſignificat. Ro-
rius, ῥοδοπώλης & roſalia, coronæ è roſis factæ. Græ-
is ῥοδίζω idem eſt ac roſis ſimilis ſum. Iiſdem et-
am ῥοδισμὸς roſaceum vel ornamentum vel medi-
amentum vel oblectamentum ſignificat. Inter ro-
ſeum

ſeum ῥόδεον, & roſaceum ῥόδινον aliquid diſcriminis eſt: quod minùs aduertunt minùs accurati ſcriptores. Roſea namque dicuntur, quæ per ſe talia, id eſt, quâdam roſæ qualitate prædita, vel ad roſam pertinentia, vt roſeus flos, roſeus odor, roſea germina: roſacea verò nominantur quæ ex roſis facta ſunt atque compoſita, vt roſacea medicamenta, roſaceum Iulapium, roſaceus ſyrupus, roſacea tinctura. Quorum illud etiam epitheton quamplurimis elegantiſſimâ metaphorâ tum à Poëtis tum ab Oratoribus accommodari ſolet. Ita roſeus dicitur homo vel elegantiſsimâ forma, vel lectiſsimis virtutibus, vel aliis floridis naturæ donis, præditus, roſea virgo, roſeum os, roſea labra, roſei ſermones, roſea aurora, roſeus ſanguis, ῥοδαρὸν τοῦ σώματος apud Ioſeph. dicitur coloris bonitas in corpore habitiore, roſeum quidpiam præ ſe ferens ῥοδωπὸς, qui eſt roſeo aſpectu, ῥοδόπνοος, roſas ſpirans, roſarum odorem habens, ῥοδόχροος, roſeus, roſei coloris. Rhodia Nympha marina eſt, à roſeo genarum colore ſic dicta. Rhodus nobiliſſima inſula, Ophiuſa, Aſteria & Ætherea veteribus appellata, quam & Roſam nominant, & Roſeam Inſulam, à roſeo flore nomen obtinuit, quemadmodum & florentiſſimæ illius Inſulæ metropolis, vrbs Rhodus, quam ita vocatam putant, vel quòd capulo roſæ illîc inuento ſit ædificata, Strabone teſte, vel quòd ambitu ſuo roſæ ſpeciem referat, vel quòd amœna roſis olim abundarit, (vt iuxta VVormatiam ad Rhenũ certus locus, **Roſengarten** dictus, à gigantibus, vt fabulantur, frequentatus) vel quò d ornamentis cæteras non minùs ſuperarit ac ignobiles floſculos generoſa roſa. Qua de cauſa fortè Pindarus aurum Rhodi pluiſſe, id eſt, meâ quidem ſententiâ, aureis donis cœlitùs roraſſe felicisſimam vrbem, cecinit. Diodorus tamen L. 6. narrat, Apollinem à puella nomine Rhodia, amaſiá ſuâ Rhodum nominaſſe. Rhodanus quin etiam, nobiliſsimus Galliæ fluuius, à Rhodâ, Rhodiorum oppido

Rho-

Roſæ varia ſignificatio.

Rhoda verò à roſâ , nomen accepiſſe videtur. Rhodia adix à roſeo , quem ſpargit , odore ſic dicta non ea eſt, uâ roſeum fruticetum ſeu roſetum tanquam pedamẽ-o & baſi inſiſtit, ſed ea , quam Dioſc. *lib.* 4.*cap.*45.de-cribit , quæ contrita roſas redolet in capitis affectibus naximè proficua, mirè vtilis in hæmorrhagia; dyſente-ia, hypercatharſi , nimio menſium & hæmorrhoidum uxu atq; etiam in recentibus vulneribus conſolidan-is Rhodora Plinii , Cynorhodon, Scorodon , & Rho-odendron , magna & licentioſa quadam ἀκυρολογίᾳ à oſa denominata videntur. Homonymia, quæ in Roſæ ocabulo inſignis, notatu valdè digna eſt. Non vna e-im vnius huius nominis , ſed multiplex obſeruatur ſi-nificatio. Cuius rei ratio præter analogiam, qua res a-æ cum roſa conueniunt, non alia quàm ipſarum rerum nultitudo, nominum verò (quę notionum, quæ ſpecie-um, quæ ipſarum rerum notæ debent eſſe) defectus. E-enim Ariſtotele *lib.* 1 .*Sophiſt. Elench.cap.*1.teſte, nomi-a quidem finita ſunt & orationum multitudo: res verò umero infinitæ. Sunt , vt Scaliger loquitur *lib.de cauſ. L.cap.* 79. plures res quàm vocabula. Hinc frequens la mutuatio , ne dicam mendicatio, qua res etiam di-erſiſſimæ à ſe inuicem mutuò recipiunt nomina: vt lures ſæpiùs vnico ſint contentæ , quo veluti ſigno in-ellectui humano ſeſe ſiſtant ; & profiteantur. Attamen vt perſpicuitatis gratia homonymiam explicemus) ro-æ nomen principaliter & primariò notiſſimæ ac nobi-ſſimæ, qua de agimus; plantæ competit, aliis rebus ſe-undariò, analogicè, metaphoricè & anagogicè, nimi-um vel ob formam ; elegantiam ; colorem , vel a-am qualitatem à roſa translatam & aliis affictam ſub-ectis.

Roſæ homõnymia explicatur.

Dicitur ergo roſa primo flos ipſe, cuius à me ſuſce-ta tractatio. 2. floretum, ſcilicet roſetum, ſeu genitor oris frutex. 3. in ſpecie roſa pharmaceuticis officinis ſitatior. 4. aliquid roſæ ſimile, vt roſa picta vel qua-unque ratione effecta. 5. Quæuis ornamenta roſarum gûram exprimentia ; vt inauris roſea , roſam referens

Diadema, Qua de cauſa Germanica noſtra Biblia Mich. *cap,* 4. regium diadema ſeu regiam dignitatem ſignificantibus exprimunt vocabulis, Güldene Ros. Vt mirum non ſit, Reges quoſdam principeſque Roſam in inſignia ſua retuliſſe, vel Lilium, quòd eodem cum illa nomine gaudet apud Hebræos. Nam Schoſchannah Lilium æquè ac roſam ſignificat. Cuius rei conſideratione Lilium Franciſcum & Roſam Anglicã haud nomine ſolùm, haud externâ ſpecie, haud pictâ fictâq; facie, ſed interiore conformitate & fatali potiùs quàm fortuita vel futili quadam harmoniâ conuenire reor: præſertim quòd florentiſſimâ fragrantiſſimâque Florentinorum affinitate conſpirent, & aureis pomis participent. Equidem tum Franciæ tum & Angliæ Rex floridiſſimis è familiæ Florentinæ roſariis Regios floſculos, Roſellas hic, ille Liliola, ſuſcepit, quib. ſereniſſimum floreſaceret atque exornaret ſtemma. 6. Roſa nobilis, aurea moneta: quæ non tam à conſimilis nominis authore quopiam, aut regione, quàm eâ, quæ aureo numo tum Anglico tum Vltraiectino impreſſa conſpicitur, roſâ denominata videtur; velut aureus Solis, ab impreſſa monetæ Solis imagine. Sic & ab impreſsâ floris icone florenus dictus: quanquam hunc ab aureo Florẽtinæ Reip. numo primitùs denominatum putet Marquard. Freher⁹ *l. de monet.* 7. Roſa nubilis virgo formâ & virtute excellens. Hinc Sanctiſ. Virgo Maria, Diuina roſa nominatur. Et quid aliud Suſanna quàm roſa ſeu Roſina? Eſt & Rhode, aliâs Roſa dicta virgo, cuius mẽtio fit in ſacratiſſimorum nunciorum actis *c.* 12. quæq; vnâ cùm aliis Chriſtianis acerbiſſimum ſuſtinuit martyriũ in Sardinia, quemadmodũ teſtantur martyrologi. Cui & nomine & martyrio ſimilis fuit S. Roſula, quę cũ S. Cypriano Epiſcopo Carthag. ſub Valeriano Imp. glorioſam exantlauit paſſionẽ. Item, S. Roſa, Virgo Franciſcana, quæ virginitate virtuteq; roſea vitam finiit A. C. 1254. Viterbii propè Romam, vbi etiamnum Virgineum eius corpus non tantùm integrum ſed & flexile (quòd proindè veſtiri ſe ſinit) oſtenditur. Sic & Roſeus dictus

Ludo-

udouicus primogenitus Caroli II. Siciliæ Regis, id-
oq; nepos S. Ludouici Regis Franciæ, qui ſpreto regno
cris deditus deuotiſſimus Eccleſiæ Toloſanæ Epiſc.
oriens viſus eſt ex ore Roſam; heroicæ caſtitatis in-
iciū, emittere; vt legitur apud Ribadeneiram in illius
ita. 8. Menſes virginales. 9. Hymen, illibatæ virginita-
s vexillū. 10. Roſa mineralis, Cuperoſa Chymicis di-
ta. 11. Roſa vitæ Chymica, è Mercurio & Stibio artifi-
iosè confecta, ἄνω καὶ κάτω cathartica. 12. Eryſipelas. 13.
utta roſacea. 14. Oleum roſaceum etiam à Celſo Roſa
mpliciter appellatur *lib.* 8. *cap.* 4. 15. Denotantur etiam
er roſas elegātiſſimi ſermones, vt apud Ovid. *lib.* 5. *Faſt.*

Dum loquitur, vernas afflat ab ore roſas.

16. Voluptas roſis ſignificatur, vt & ſecuritas μεταφορικῶς. Ita Cicero *lib.* 2. *de finib.* in roſis potare. Item 5. *Tuſcul.* an tu me in violis putas, aut in roſis dicere? Cæte-
im ipſius floris, Roſæ, variam acceptionem atque ac-
eptam varietatem paulò inferiùs, vbi de differentiis
gendum, enarrabimus. Nunc propiùs ad formalem
auſam accedendum.

CAPVT IV.

FORMA Roſæ quiditatem ipſam atque eſſentiam propriè tum conſtituens, tum ſignificans pleniorem *Formalis Roſa cauſa.*
obis planioremq; cognitionem ſuppedit. Etenim tum
ire rem potiſſimùm dicimur, cùm, quid ipſa ſit, co-
nitum perſpectumque habemus, vt Ariſtot. *lib.* 2. *poſt.*
Analyt. cap. 1. *t.* 1. *& cap.* 14. *t.* 18. tradit: cùm verò τὸ τί ἐστι
x definitione eluceſcat *lib.* 7. *Metaph. cap.* 5. *t.* 19. *& c.* 6.
20. *& lib.* 2. *Poſt. Analyt. cap.* 3. *t.* 2. *&c.* (eſt enim defini-
o notio ſpeciei. Scal. *lib. de cauſ. L L. c.* 66. eſt nota rer.
d. *exerc.* 307. *ſ.* 21.) definienda nobis Roſa venit. Ni-
il cordato viro dignius quàm definire, inquit Scali-
er *lib.* 1. *de Plant.* Verùm cùm, vti duplex humana co-
nitio; perfecta, & imperfecta, non rerum ſed hominum
quorum obtuſa Protoplaſtorum lapſu mentis acies)
tione; ita duplex etiam ſit rerum definitio; alia ve-
, firma, cauſalis, realis, eſſentialis; alia ſubſtituta,

mutuata, imperfecta, nominalis, deſcriptio aliâs dicta, fateor equidem, hanc potiùs quam illam à nobis expectandam eſſe. Latent namque nos ſpecificæ differentiæ pleræque, interioris formæ proditrices, quę ipſæ quàm maximè fugiunt intellectum noſtrum, quoniam hic à ſenſibus, formalium ſpecierum minimè capacibꝰ, haurire, quicquid vel appetere vel obtinere, ſolet. Vndè etiam cum Scaligero meo vereor, ne in magno periculo verſemur, ne nullam veram perfectam teneamus definitionem, ne cæcutiens intellectus noſter humi per tenebras repat circa ſola accidentia, vel vmbras accidentium, ne ipſarum rerum ſimus antipodes, & quidem puſilli nani, ne dicam omninò nulli. Quid ergo? Ariſtotelis hîc aſſumendum nobis conſilium *lib.* 1. *de An. t.* 11. & quia verâ differentiâ caremus, contenti ſimus ſubſtitutâ accidentiũ coaceruatione, vtpote q̃ qualem qualem differentiam ſeu proprietatem cõſtituentia maximum momentum afferant ad cognoſcendas ipſas rerum ſubſtantias. Etenim verò cùm magna paucitas ſit verarum differentiarum, neceſſe eſt, nos vndecunque ſumere rerum diſcrimina, vel à propriis, vel à cauſis, vel ab effectibus, vel à ſubiectis, vel ab obiectis. Ita non Medicis ſolùm, ſed & Philoſophis & aliis quibuſcunque ad ἀντιβαλλόμενα ſeu ſuccedanea quandoque confugiendum.

Demus itaque ſequentem nobiliſſimi floris deſcriptionem pro anguſta captus noſtri circumſcriptione, bonâ ampliorum atque altiorum ingeniorum veniâ. *Roſæ definitio.* Roſa eſt flos roſeti, hortenſis fruticis ſpinoſiſſimi, colore elegantiſſimus, odore fragrantiſſimus, ſapore ſuauiſſimus, cerebrum, cor, hepar, ventriculum, renes & alias internas externaſque partes humores atque ipſos ſpiritus refrigerandi, contemperandi, confortandi vi præſtantiſſimâ, quadam etiam purgandi facultate, præditus. Flos generis rationem habet: reliqua accidentiũ, inferiùs explicandorum, coaceruatio differentiæ locum ſupplet. *Flos vndè dicatur.* Florem eſſe roſam, & quidem principem, in confeſſo eſt. Dicitur autem flos a Græco φλὸξ; quia

emica

micat ſcintillatque vt flamma : quod maximè in roſa nimaduertitur : vel à βλύω, emano, emitto, vel quòd ſcaturiat velut è planta ſua; quod itidem in effloreſcen- e roſella noſtra conſpicuum (Hinc Germani etiam à λύω, Blűen/blum/blűet. Et ſanguis Germanis dicitur Blut / quaſi è venis ſcaturiens flos ; proindè roſeus à Poëtis nominatus) vel quòd halitum emittat fragran- em : quo nomine nulli roſa noſtra cedit ; vel à βόλος; os enim id eſt, quod plantæ pleræque βάλλουσιν, id eſt mittunt, eiaculantur, tanquam vexillum & ſpem fru- tus. Eſt namque flos fructus inchoatus, teſte Scaliger. *ib.7.de plant.* Dicitur forſan & flos quaſi fluos, ob flu- ilem caducamque vitam; vti maximè defluere ſolent lorida roſarum foliola. Etenim, vt Virgilius canit,

Quàm longa vna dies, ætas tam longa roſarum,
Quas pubeſcenteis iuncta ſenecta premit.

caligero deductus flos à φλάω, id eſt, ferueo, ac ſi non bſque efferueſcentia quadam fragrantem ſpiret odo- em, quum ſpiritus omnes calore humorem ſubtilian- e, vt ita dicam, atque diffundente proueniant.

Dictum autem: roſam florem eſſe roſeti, fruticis ſpi- oſiſſimi, ſeu rubi, vti Plinius loquitur, vt ipſam ſtir- em roſiferam indicaremus. Hortenſis, additum, ad ifferentiam *ſylueſtris roſæ*. Fruticis verò ſpinoſiſſimi, ppoſitum, tum vt ne primarium quoddam neceſſariæ ognitioni inſeruiens adiunctum ſubticeremus, tum vt Plinii ſpinoſam nimis ſententiam corrigeremus. Hic *Plinius corrigitur.* namque *l.21.c.4.* roſam inter ipſas ſpinas potiùs quàm rutices vel ſuffrutices collocat, dum inquit: Roſa na- ſcitur ſpinâ potiùs quàm frutice. Quaſi verò ceu con- radiſtincta & oppoſita adeò ſibi aduerſarentur frutex & ſpinoſa planta, vt de ſe inuicem prædicari nullâ ra- ione poſſent, ſe inuicem tollere neceſſariò deberent. Si ſpinam ipſam intelligit, hallucinatur Plinius, quod ri- gidum & frigidum hoc nomen nobiliſſimo roſeto at- ribuere auſit, ac ſi mera hoc eſſet ſpina, fruticis indigna nomine. Malui propterea leniore ac ſignificantiore vti hortenſis fruticis ſpinoſiſſimi vocabulo, vt à meris ſpi-

nis roſetum vindicarem: præſertim cùm quædã roſeta ſpinis careant, vt inferiùs edocebitur. Fruticem autem vel ſuffruticem, cremium, phryganum, roſarum ſtirpem vocitemus, parùm refert. Iulius Cæſar Scaliger & Hieronymus Cardanus, aliâs irreconciliabiles antagoniſtæ, in eo conſentiunt, quòd vterque fruticem eſſe roſam ſtatuat, diuerſo tamen ſenſu, ob diuerſas fruticis ſuffruticiſq; definitiones. Aſſerit enim Cardanus, fruticem eſſe, cuius truncus maneat, ſed non in iuſtam creſcat, (arboris, intelligit) magnitudinem: ſuffruticem, qui & ipſe maneat trunco, ſed tamen herbarum magnitudinem non excedat. Cuius ſententia ſolidis à Scaligero refellitur inſtantiis *exerc.* 139. Ipſe verò Scaliger pro ſententiæ ſuæ patrocinio hoc preſupponit poſtulatum; ſuffruticem ſeu cremium vnico & paruo quidem ſcapo prodire, quòd minimè in roſarum ſtirpe obſeruatur, quæ non vnicaulis eſt. Scaligeri nanq; iudicio herba, ſuffrutex, frutex & arbor ita diſcernuntur. Herba eſt, cuius ſatu exeunt ab radice illicò bina folia, poſt ea foliola, quæ à ſeminis in ipsâ tranſmutati ſubſtantia fiunt primùm. Nam in arbore, cremio, frutice, non hæc foliola, ſed ſcapus erumpit ſtatim, vel vnus, vel plures. Si vnus, aut magnus, & eſt arbor, aut paruus, & eſt cremium ſeu ſuffrutex. Si plures, eſt frutex. Verùm perindè eſt ſiue ad frutices cum Scaligero, ſiue ad fruticellos cum Theophraſto ſtirps roſarum referatur. Quòd & ipſe Scaliger innuit *exerc.*305. Scio aliâs & fateor, maximas cieri poſſe controuerſiarum atque dubitationum tempeſtates in illarum examinatione definitionum, ob ſummam incertitudinem, difficultatem atque hinc obortum variorum autorum diſſenſum: &, quòd aliæ adhuc reperiantur plantæ, quæ cùm neq; ad arborum neque fruticum neque cremiorum nec herbarum claſſem referri queant, quintum genus conſtituere videantur: veluti ſunt plantæ bulboſæ, Narcyſſus, Hiacynthus, Tulipa, Corona Imperialis, &c. Item tubera, fungi. Quibus certè vulgata herbæ definitio nequaquam cõpetit. Sed nolim ego curioſiùs hæc veſtigare. Cæterùm

cùm

ùm planta ſit omninò roſea ſtirps, eo ipſo nobis ex ſca-
a prædicamentali & generum (ſummi, intermedii atq;
mi) gradibus innoteſcit, eam ſubſtantiam corpoream
erfectè mixtam animatam viuentẽ eſſe, principiis ſeu
auſis ſuis effectam, & paſſionibus ſeu qualitatib. pro-
riis affectam, ſpecierum differentiâ ac diuerſitate va-
iantem, nec tamen multiplicitate infinitam, ſed certis
onſtantem terminis, à nobis paulò poſt in differentia-
rum expoſitione conſtituendis. Qualitates ſeu affe-
ctiones partim inferiùs, vbi de Roſæ virtutib. & quali-
tatibus agendũ, partim hîc in genere ac veluti per tran-
ſennam attingendæ. Competit equidem ſua roſæ vt eſ-
ſentia, ita & exiſtentia, vti primum ita & ſecundũ mo-
mentũ; duratio qualis qualis (propagatione certè quo-
dammodo æternitatis æmula) tẽporalitas, vbietas, lo-
calitas, vnitas, veritas (nempè Metaphyſica) bonitas,
naturalis compoſitio, finitas, perfectio, &c. Certa item
magnitudo, multitudo, figura, potentiæ naturales. Co-
lore vario viſibilis eſt; odore, ſapore perceptibilis; pri-
mis, ſecundis, tertiis qualitatibus Phyſicis certâ rela-
tione ſenſibilis, certas habens actiones & paſſiones, ſuo
loco, tempore, ſitu, habitu.

CAPVT V.

De propria Roſæ forma ſeu anima & animæ facultatibus

PRINCIPIA, quibus conſtituta Roſa, partim iam enarrata, atque inſuper nonnulla formæ mentio facta, vlteriùs hîc anteà neceſſariâ digreſſione præpedito, dilucidandæ. Sed cum duplex ea ſit, Philoſophorum placitò: alia propriè dicta ſubſtantialis, interna; alia impropria, accidentalis, externa; hæc corpus tale vel tale, ſimilare vel diſſimilare faciens, illa non tam faciens quàm perficiens; illius primò ratio & natura declaranda, quantum quidem permittet tum ſubiecti abſtruſiſſimi excellentia tum ingenioli mei ſimpliciſſimi tenuitas, quàm ingenue, præſertim difficilioribus in rebus, profiteor, dum me ipſum ſæpiùs imò quotidiè mo-

neo, videam, animaduertam, meminerim, quàm ſit imbecilla mentis acies in rebus manifeſtis, quàm nulla in occultis, quàm obtuſa in omnibus & ſingulis. Eſt autem adeò difficilis eſſentialium formarũ indagatio & cognitio, vt pleriq; Philoſophorũ de ipſa vel deſperare debuerint vel ſaltẽ parũ gloriari potuerint, ieiunè tradita certè plurima poſteritati reliquerint. Ipſe ſubtilitatis Doctor, J. C. Scaliger eſſentiã formarum & multarum quidem ac ferè omnium nos latere ingenuè fatetur: *exerc.* 301. *ſ.* 14. & *exerc.* 307. *ſ.* 12. Nomina tu, inquit, lapidis, qui quotidie tuis oculis obuerſatur, formam & Phyllida ſolus habeto. Nego tibi vllam eſſe formam nobis notam plenè & planè: noſtramque ſcientiam eſſe vmbram in Sole, formarum enim cognitio eſt rudis, confuſa, nec niſi per περιστάσεις. Equidem ſicuti vulpes eluſa à ciconia lambimus vitreum vas, pultem haud attingimus, vt idem ibidem loquitur Scaliger. Verùm in re tam perplexa cum difficultas afferat ſecum excuſationem, excuſatio perſuaſit nobis, vt his in tenebris auderemus conniuere. Conniuente igitur & Scaligero & aliis viris acutiſſimis, oculatiſſimis, ſpecificam roſæ formam barbari quidem ſed ſignificantiſſimi nominis pallio inuolutam ſiſtamus, & roſeitatem nuncupemus eodem iure & priuilegio, quo Cicero, Liuius, Scaliger, Lentulitatem, Patauinitatem, leonitatem introduxêre. Aliter haud poſſumus. Si nudæ formæ eſſemus, nudas formas cognoſceremus. Conſiſtit autem roſeitas illa in anima roſæ viuente ſeu vegetante. Conſtat namque Roſa duplici ſubſtantiâ; corporeâ & incorporeâ ſeu ſpirituali. De corporea in cauſa materiali poſtea vberius agemus. Incorporea ſpiritus eſt ſeu anima Roſæ (Philoſophicè, non Philochymicè ſumpto ſpiritus vocabulo) Omnis enim anima ſpiritus eſt ſeu incorporea ſubſtantia. Non enim corporea: aliâs à corpore corpus, à materia materia informaretur. Abſonum! Naturalis contrà Naturam daretur corporum penetratio. Abſurdum! Atqui inter corpoream & incorpoream, ſenſilem

&

& inſenſilem, ſubſtantiam media non niſi ab ingeniis plus quàm Poëticis fingi queat. Neque intellectus, vti quidam arbitrantur, ſpiritus eſſentiam abſolutè, vnicè ac plenariè conſtituit. Verùm inſtitutâ ſubdiuiſione ſpiritus alius intelligens, alius intellectu deſtitutus, qui vel ſentientis vel vegetantis animantis. Sed hæc Metaphyſicarum ſunt exercitationum. Prædita eſt anima roſea tribus principalibus facultatibus: θρεπτικῆ, nutritiuâ ſeu nutrice, qua ipſa ſuo alimento nutrita Roſa conſeruatur: αὐξητικῆ, qua omnium & ſingularum partium ratione in omnes dimenſiones extenditur, ſecundùm longitudinem, & latitudinem & profunditatem, donec iuſtè finitam quæque particula attigerit magnitudinem pro competentibus actionibus: γεννητικῆ, generante, quâ ſibi ſimilem producit roſam ad ſpeciei ſuæ propagationem atque perpetuationem. Quæ principales facultates quatuor adiunctas habent miniſtras: attractricem, cuius beneficio ſingulæ partes congruum ſibi nutrimentum per innatum calorem attrahunt: retentricem, qua, quod attractum, donec debitâ concoctione perfectè ſit elaboratum, retinetur; alteratricem, quâ nutrimentum actu quidem ſimplex, poteſtate verò multiplex mutatur, concoquitur & in minimas corporis particulas diſtributum iiſdem aſſimilatur (adeò vt non ſine admiratione vnum idemque nutrimentum, iam diuerſis tamen quantitate, qualitate, figurâ, colore &c. partibus, radici, caulibus, foliis, floribus, ſeminib. ſpinis, ſufficere videamus) expultrix ſeu ſecretrix, qua ſuperflua & ad nutritionem inepta ſequeſtrantur excrementa: donec tandem labefactato (vt ingenioſiſſimus Lippius meus, ſacrum illud Orbis literarii miraculum, edocet) organico roſeæ ſtirpis corpore ſiue per vim, ſiue naturâ & tempore, humido radicali abſumpto & calore elapſo, cæteriſque partibus maximè principalibus vel ablatis vel corruptis anima diſcedat ab eo tanquam non ampliùs idoneo organo, ſed cadaueroſo trunco, & violato formato deſinat eſſe forma, hoc eſt, corpus organicum informare, regere, viuificare, conti-

 nere.

nere. Sed hæc atque alia ſimilia Philoſophica præter inſtitutum noſtrum eſſe videntur, vt quæ exactiſſimam cauſarum profeſſionem requirant.

CAPVT VI.

EXternam ſupereſt vt formam exprimam. Priùs autem quàm hoc faciam, quotuplices roſæ ſint, quæ varietas, & de quibus noſtra potiſſimùm inſtituta ſit tractatio, commemorandum. Cùm igitur varia roſarum genera magnam pariant intellectui tum obſcuritatem tum confuſionem, niſi explicata commodum in ordinem redigantur, roſæ differentias nunc declarare animus eſt. Quædam autem propriè, quædam impropriè roſæ nominantur. Impropriè, vt

Roſa nomen varijs tributum plantis.

1. Roſa Hierichuntina, præter rationem à monacho quodam, vt refert Bellonius, ita dicta, cùm circa Hiericho nunquam reperiatur, ſed in Arabia deſerta, ad littora maris in ſabulo: aliâs roſa Mariæ dicta, ſed & perperam, cum nihil minùs quam roſam referat. Arabiſche Ros/ Ros von Jericho.

2. Roſa Indica magna Geſneri in Hort. quæ nil aliud quàm flos Africanus ſeu Caryophyllus Indicus Sammatröslein.

3. Lilium album, roſa Iunonis Apuleio dictum.

4. Roſa Mariana Tragi, Lychnis coronaria communiter vocata. Germ. Marienröslein.

5. Roſa Græca Plinii, quæ quorundam ſententia flos Conſtantinopolitanus ſeu Hieroſolymitanus.

6. Rhododendrum, Rhododaphne, arbor roſea & roſea laurus, Oleander & Nerium, Gallis roſagine dictum.

7. Malua roſea, roſa vltramarina, roſa autumnalis, hyemalis. Germ. Ehrenros/ Herbſtros.

8. Anemone, Anemoneröslein. de qua prouerbium, Roſam cum Anemona confers, in eos dictum, qui maximè imparia inter ſe componunt. Anemona enim vel papaueris vel pulſatillæ ſpecies eſt, cuius flos non tam odore vel virtute quàm ſpecie roſam imitatur.

9. Roſa.

9. Roſa Alpina Geſneri *in Hort.* Chamæcyſti ſpecies. Roſarum enim ſpecies & Cyſtus Dodonæo videtur: quòd flores in ſummo virgularum veluti paruæ roſæ ſylueſtres, fugaces & citiſſime pereuntes, appareant, colore mari quidem pœnè ſubrubentes aut purpurei: fœminæ verò candidi: capitula indè rotundiuſcula, in quibus ſemen paruum. Dicitur & roſa ſyluatica, à quibuſdam etiam roſa canina, vt Scribonius Largus refert, à Luſitanis roſella.

10. Clematidis trifolia flore roſeo clauato, Bauhini, Botanicorum Coryphæi, Granadilla aliâs & Scandulaca roſea dicta, & a Ieſuitis flos paſſionalis ſeu paſſionis Chriſti, quòd in flore aliqua veluti paſſionis Chriſti emblemata conſpiciantur ac memoracula, vt purpureum referens ſangu. color, corona ſpinea, flagella, & claui. Quam nouiſſimam Roſam Germanicè non ineptè nominarim Chriſtros / Paſſionros / Mexicaniſche Windtros / Americaniſche Roſenreb / Granadillros. De qua videas, ſi placet, *Amer. part. 9. lib. 4. cap. 27.* Hanc ego volubilem roſeam, ſeu Roſam volubilem primùm apud egregium Anthophilum, Dominum Walliſerum, Ethices Profeſſorem excellentiſſimum, Argentinæ videram. Elegantiſſima Roſula eſt, Mexicanis è viretis oriunda, florida Nazarenæ illius Roſæ, pro nobis acerrimas inter ſpinas morientis & in ſalutem noſtram reflorеſcentis, in vitam noſtram reviuiſcentis, imago. Volubilem eam vocare ſoleo ſeu convolvulum & ſcandulacam, quòd ſcandendo vicinas baſes aut bacillos, quibus circumvoluta innititur, more aliarum volubilium ſeu reptilium plantarum, Momordicæ, Campanulæ pyramidalis, Naſturtii Indici, Smilacis cœruleę, &c. variis gyris involuat ac circumplectatur. Roſam autem ſeu Roſeam, ob analogam figuram & quadantenus conformem conſtitutionem.

11. Pœonia, Roſa montana, quæ propter formam roſæ non abſimilem Germ. Peonienros / Benignenros / Pfingſtros / Gichtros / & Bergros; Hiſpanis roſa del monte dicitur.

Propriè

Communis propriè dictæ roſæ deſcriptio: & externæ eius formæ delineatio.

Propriè dicta roſa medico dicata vſui multas ipſa quoque differentias habet, vti Theophraſtus, Plinius & alii annotarunt. Quæ differentiæ in externa potiùs quàm interna forma & ſpecifica eſſentia conſiſtunt. Omnibus aliâs, doctore Dodonæo, rami aut potiùs virgæ duræ, lignoſæ, mordacibus aculeis horrentes & ſylueſtribus quidem ſpinoſiores: folia oblonga, aſpera, læuiora in ſuperiore quàm inferiore parte, per ambitum ſerrata, quorum vt plurimùm quinque aut ſeptem pediolis ſuis firmiori neruo infixa cohærere ſolent: flores è cauliculorum faſtigiis exeunt primùm herbaceo incluſi calyci, qui tumeſcens in virides alabaſtros faſtigiatur, quibus paulatim dehiſcentibus flos panditur orbiculatus foliis ſuis, exterioribus quidem maioribus & planioribus, ſubrotundis, ac fermè cordiformibus, interioribus, minoribus, complicatis ac veluti corrugatis; in calycis ſui medio ſtamina quædam capillacea luteoſque complexus apices: ſemen in oblongis capitulis, quæ calycibus & floribus ſubſunt, per maturitatem rubentibus, gignitur durum lanugine ſeu flocculis lanuginoſis inuolutum; radices duræ, lignoſæ in diuerſa tendunt.

Differunt tñ roſæ inter ſe tũ ſtirpis magnitudine, tũ floridorum foliolorũ multitudine, paucitate, aſperitate, læuitate, colore, odore, ſapore. Quædam item ſatiuæ & hortenſes ſunt, aliæ ſylueſtres. Plurimis quina folia, quibuſdam duodena, vicena & plura. Sunt enim quas centifolias vocant & centenarias: à numero foliorum, vt & Ioſephus Scaliger innuit *Lib* 1. *Epiſt. Poſthum. ep.* 18. Color quibuſdam candidus ſeu albus, quibuſdam pallidus, quibuſdam carneus ſeu incarnatus, quibuſdam rubeus, quibuſdam ſubuiridis. Et cum in India Occidentali ſeu America, roſis omnia plena paſſim obſeruentur, ſpecies ibidem plurimas aliis locis incognitas haberi teſtatur author *Hiſt Ind. Occid. part.* 9. *lib.* 4. *cap.* 27. non ſolùm rubeas, ſed & croceas & cœruleas; quas criſtarũ forma capitib. ſuis geſtant Indi. Poëtæ quidẽ, quibus nouas res licito, nec tamen incommodo, men-

daeio

racio fingere potiùs quàm facere conſuetum, roſas omnes primitùs albas extitiſſe prodiderunt, quas poſteà ex vino à Cupidine, alis in cœna Deorum laſciuiente, ſparſo, hoc colore tinctas finxerunt. Alii verò Martem Zelotypum Adonidem interfeciſſe, ex cuius cruore ſanguineus eis color conciliatus fuerit, ſpeciosè mentiuntur. Nonnulli Adonidi, cùm ab apro interficeretur, Venerem opem laturam, cum per dumeta accurreret, pedem in roſeti ſpinas impingentem vulneraſſe, eoque ſanguine tactas roſas rubeſcere cepiſſe fabulantur. Quã fabulam hoc diſticho expreſſit Laurentius Lipius:

Per ſyluas Cytheræa ſuum dum plorat Adonim,
Purpureas fecit ſanguine mœſta roſas.

Et Georgius Oſtratius:

Antè quidem niueo roſa ſuccreſcebat amictu;
Sed modò Cidalio ſanguine ſparſa rubet.

Et alius quidam non ignobilis Poëta:

Alba fui quondam; roſei quæ cauſa pudoris?
Me proprio tinxit ſanguine pulchra Venus.

Et Nicolaus Borbonius in nugis ſuis epigrammaticis:

Alba fui quondam; rubri quæ cauſa coloris?
Me proprio tinxit ſanguine pulchra Venus.

Odoris quædam ſunt eximii, quædam exigui, quædam ferè nullius, quædam mediocris. Sapore quædam ſuauiores, aſtringentiores, auſteriores, amariores.

Fruticis quoque nonnulla differentia pro magnitudine & paruitate, proceritate & breuitate, aſperitate, & læuitate, ſpinarum copia vel inopia. Cæterùm roſæ ipſæ communiſſimâ diſtinctione, quàm frequentia peperit & vſus quotidianus, vel albicantes ſunt & habentur, vel rubræ, vel ex albo rubeſcentes, vulgo incarnatæ nominatæ. Præſtantiſſimæ rubræ: proxima laus iis, quę in rubeum candicant: viliſſimas iudicant plerique albicantes. In quarum tamen genere odoratiſſimas excipiunt, quæ muſcatæ & Damaſcenæ albæ quibuſdam vocantur; non vſque adeò frequentes. Meo quidem iudicio ſuauiores ſunt incarnatę: terreſtriores & aſtringentio-

gentiores rubræ:refrigerantiores & magis ophthalmicæ candidæ : tam præſtantes quàm raræ moſchatæ:nec contemnendæ , imò quorundam iudicio præferendæ certis quibuſdam in caſibus ſylueſtres , licet minùs folioſæ, minùs odoratæ.

Celeberrimus Bauhinus plures tum ſatiuæ tum ſylueſtris roſæ differentias in abſolutiſſimo ſuo Pinace proponit.

Roſæ ſatiuæ differentiæ. Et prima quidem ſatiua ipſi eſt Roſa rubra:ita quoque Cordo *in Dioſcord. Lugd.*& Tabernæm,nuncupata, Roſa Mileſia Plinii ; roſa ſatiua rubra multiplex Brunfels.domeſtica Punicea Matthiol.hortenſis rubra multiplex Tragi,hortenſis Fuchſ.roſa ſimpliciter & κατ' ἐξοχὴν. Turn.Lac. Lonic.roſa rubra vrbana Geſn. *in hort.* roſa ſativa rubra Anguillaræ & Caſt. Dur. roſa ſativa tertia Dod. roſa Damaſcena Lob. roſa rubens multifolia Cæſalp. roſa intensè rubens Camerar. Et hæc vel ſimplex eſt, vel multiplex, id eſt, plena, colore magis minuſque rubro. Ad quam refert Bauhinus 1. roſam Mileſiam flore rubro pleno. 2. Roſam Mileſiam flore ſimplici rubro. 3. Roſam ex rubro nigricante flore,pleno. 4. Roſam rubicundam ſaccharinam dictam, quæ Græcula Plinii,iudicio Camerarii. Hæc roſa floridis,ſaturatis , quodammodo puniceo rubore nitentibus , odoratiſſimis foliolis Gallis Prouincialis dicta. German. gefüllte rothe Ros / Dodonæi ſententiâ omnium præſtantiſſima eſt ad medicamenta omnis ferè generis vtiliſſima.

II. Satiua Bauhino eſt roſa rubra pallidior, roſa ſatiua. 4. Dod. Holoſericea Lob. rubicunda Camer. tertia Cæſalpin.Damaſcena rubra Lugdunenſ. Quam alii Trachiniam , alii Præneſtinam, alii Græculam Plinii eſſe arbitrantur. Priore minùs rubet & flore ſimplici plerunque eſt , foliis latiſſimis, cuius frutex ſpinis communiter caret. Virgas habet, vt Dodonæus eam deſcribit, bicubitales aut altiores, flores eleganter quidem etiam, ſed non adeò rubentes , ſimplices plerunque, quinque tantùm foliorum, aliâs plurium; aliquan-

aliquando etiam multiplices habet ſeu plenas roſas odoris gratiſſimi & perquam iucundi. Gallis roſe franche. Germ. bleichrothe/ſammetrothe Ros.

III. Saturatius rubens Bauhini, roſa prima Prænestinæ ſimilis Cluſ. purpurea ſiue in rubro nigricans Camerar. Foliis eſt quadragenis, amplioribus, ſaturatiùs rubentibus, ad nigredinem vergentibus, & alabaſtro craſſiore. German. Dickrothe/ſattrothe/ſchwartzrothe Ros.

IV. Roſa purpurea Bauhin. Roſa Trachinia Plin. hortenſis ex purpura albicans Trag. Geſn. domeſtica carnis colorem referens Matthiol. incarnata Anguill. Camer. Dod. rubra ſiue carnei coloris Bellonii, pallida Pen. in adv. roſeo colore Cæſalp. ſativa purpurea Caſt. minùs rubens Lugd. Prouincialis maior Tabernæm. Prouincialis flore incarnato pleno Hort. Eyſtett. Hanc quidam Alabandicam, alii Præneſtinam alii Campanam Plinii eſſe ſuſpicantur. Ioannius in tractatu de Pilulis Aloes commemorat, roſam purpuream ſiue rubeam, colore carni ſimilem, Pharmacopæis Zebedenam dici. Eſt odore ſuauis, ſed dilutè & pallidè rubens. Incarnatà communiter ab Italis appellatur: à German. Leibfårbige Ros.

V. Roſa verſicolor Bauh. roſa Præneſtina verſicolor Cluſ. Quam ipſam variam eſſe Bauhinus annotauit. Flos enim aut media ex parte candicantibus, altera purpuraſcentibus foliis vel venis ſimilis coloris aſperſis conſtat: aut folia quædam integra alba, quædam integra rubra inter ſe commixta ſunt, aut foliola ſuperiùs quidem punicea vel balauſtina, inferiùs ſeu versâ facie candida conſpiciuntur. Germ. Gemengte/geſprengte/doppelfarbige/zweyfarbige Ros.

VI. Roſa maxima multiplex Bauhini; roſa centifolia Batauica rubra Cluſ. & hort. Eyſtett. Roſa centenaria Ioſephi Scaligeri *in libro primo Epiſt. Poſthum. ep.* 18. Centifolia veterum non eſt, quæ inodora, noſtra verò odorata. Communiter ex albo rubet: quamuis habeatur

habeatur & alba, quæ roſa maior alba Prouincialis & roſa centifolia Batauica alba Cluſio dicitur. German. Gröſeſte Ros/ Dickgefülte Ros/ Hundertblettige Ros.

VII. Roſa multiplex media Bauh. roſa centifolia Batauica ſecunda Cluſ.

VIII. Roſa maior Præneſtina Cluſii, roſa Præneſtina variegata Eyſtett. Groſſe geſprengte Ros.

IX. Roſa alba vulgaris maior Bauh. Roſa campana Plinii, ſatiua alba Brunfelſ. ſatiua prima Dod. hortenſis candida Trag. domeſtica alba Matthiol. alba ſimpliciter vocata Anguill. Cam. Lugd. Tabernæm. candida Lob. quarta candida Cæſalp. Quibuſdam ſpineola, aliis Alabandica Plinii. Aliquando, ſimplex, vt plurimum plena reperitur. Dicitur German. gemeine Weiſſe Ros. Gall. bianche roſe. In ſatiuarum cenſu proceritate caulium ſiue ramorum reliquas ſuperat. Craſſis enim & lignoſis ſuis virgis ad 10. vel 12. pedes, aut etiam altius, conſcendit: flores candidi, odorati & multorum foliorum; quorum interiora minora, exteriora verò maiora & ampliora. Poëtis argentea & lactea hæc roſa nil aliud quàm lacteſcentis in florum puerperio Naturæ concretus in floridum lac ſanguis videtur. Et ſanè rigido ſæuioris hyemis frigore decolor niueo vultu nonnunquam cum ipſo Lilio de candore certare niueſque prouocare ſolet ipſas.

X. Roſa alba minor Bauhin. German. kleine Weiſſe Ros. roſa lacteola, quæ centifolia Plinii videtur. Camer & Eyſtett.

XI. Roſa moſchata ſimplici flore Bauhin. moſchata & Damaſcena Matth. Neſrim vel Nefrim Serap. Anguill. ſatiua quinta Dod. muſcata ſimplex Geſn. *in hort.* flore ſimplici Lob. muſcatula alba Cæſalp. alba Damaſcena flore ſimplici Caſt. Damaſcena (quaſi de Sceni apud Arabes) ſimplici flore Camer. Eyſtett. Coroneola Damaſcena Lugd. muſcata alba Tabern. Quam deſcribens Dod. ramis & virgis ſylueſtrem caninam roſam quodammodo referre memorat. Roſa eſt paruula, quam roſellam meritò dixeris rarò ſola; aliis plerunque

ſimul

mul cohærentibus,aſſociata, vt plurimùm ſimplex,a-
quando,ſed rarò multiplex,odore admodum fragran-
e ſuauiſſima & moſchum proximè referens : vndè etiã
oſa moſchetta ab Italis vocatur : à Francis roſes muſ-
uee ou muſcadelle.à Germ. Biſemröslin. Et hæc mi-
or eſt,ſed communior. Eſt & maior,ſed rarior non-
unquam ex albo ad puniceum quodammodo ver-
ens. Meminit & Bellonius *lib. de cultur.* roſæ moſcha-
æ cum ſylueſtris tum domeſticæ,rubræ, albæ & vi-
idis.

XII. Roſa moſchata flore pleno Bauhin. roſa Co-
oneola Plinii ,item muſcata multiplex, moſcata, Da-
naſcena Alexandrina Geſn. ſatiua quinta multiplex
Dod.moſcata Pen.Lobel.alba multiplex Tabern.muſ-
atula multifolia Cæſalp. alb. Damaſcena flore pleno
Caſt.Eyſtett. Coroneola altera Lugdun. Damaſcena
iue moſcata pleno flore Cam.Præneſtina Plin.quorun-
am opinione.Germ.gefüllte weiſſe Biſemros.

XIII. Roſa moſchata ſemperuirens Bauh. roſa
emperuirens flore albo Cluſii.

XIV. Roſa ſpinis carens flore maiore Bauh. roſa
ine ſpinis Cluſii, Camer. Tabern.Colore eſt inter Præ-
eſtinas & rubras medio:ſunt qui & albo eam obſerua-
int. Julius Cæſar Scaliger roſæ muſcatæ non ſpinoſæ
nentionem facit *exerc.* 303 *.ſ.*7.Roſa,inquit, hæc,quam
ulgus moſchatam vocat, & Serapio ſeiunxit à vulga-
ium roſarum claſſe, ſub Narſin nomine,longe eſt quã
ulgaris ſuauior , eius odor conſtantior, diuturnior.
Nullis tamen ſpinis horrida eſt.

XV. Roſa ſine ſpinis flore minore Bauhin. roſa ſi-
e ſpinis altera Cluſ. Colore, vt eam Bauhinus deſcri-
it,fecem vini ferè refert.

XVI. Roſa ſubuiridis Bauhin. Refert Camerarius,
ubuirides produci flores, ſi roſæ in teneras Agrifolii
rbuſtulas inſerantur. Licet interdum frigidiore &
umidiore anni cõſtitutione herbacei coloris roſæ ſine
alyce proueniant:cuius rationẽ Coſtæus *de natur. ſtirp.*
xplicat. In Italiæ nonnullis hortis etiam cœruleæ vi-

 ſuntur.

ſuntur. Et gloriantur Itali de Chinenſi ſeu Sinenſi olim nunc verò & Senenſi roſa, quæ verſicolore prodigio cunctas alias roſas laudibus anteuertat teretique primùm & nullis armato ſpinis ſtipite aſſurgat, deinde frondibus magnitudine ac forma pampinos imitantibus conueſtita è ſmaragdino dehiſcentis calycis conclaui multiplici foliorum ſyrmate regaliter explicato publicam in lucem prodeat, lucis ipſius formoſa diſcrimina quotidiè ſic æmulás, vt manè quidem candidam, meridiè flam̃eam, veſpere purpuream, in ſumma ſimul aliam ſimul eandem admireris & quotidiani miraculi nouitate fateri cogaris, ad inclytum florum Regem, qui tanquam Sol alter variæ fuco lucis diem coloret, colorum principes viciſſim accedere tributarios.

XVII. Roſa folio ſubrotundo criſpo Bauhin. quæ in horto Mompelgardico viſa.

XVIII. Roſa rubra prolifera, quàm & in Italia & in Germania vidi, nec ſine admiratione. Simile quid obſeruaſſe videtur Julius Cæſar Scaliger. Sic enim ſcribit *lib, 1. de plant. p. m.* 281. Ex vetulæ roſæ capitulo roſellam enatam poſteà vidimus: vnâ ſcilicet æſtate genitam roſeti filiam & neptem. Vegetiorem autem id denotat naturam & validiorem vim plaſticam, quæ ſimplicis loco fœtus & gemellos vel ſuperfluum quid atque ſupraordinarium, tanquam auctarium producere ſolet.

Roſa ſylueſtris, Canirubus. Roſa ſylueſtris, Cynorrhodus, Canirubus, & Canina roſa, ſentis canina vulgo dicta, Germ. **Wilde Ros/ Heckros/ Hanbüttel/ Habott.** Gall. Englentier, & roſe ſauuage, aliquatenus à ſatiua & culta illa degenerat; aculeatis tamen virgis & aſperis foliis illi nõ vſq; adeò diſſimilis, ſingulis licet minorib. flos ſimplex, quinq; folia non excedens, albicans, aut ex albido colore purpuraſcens: quẽ ſubſequitur corallinus fructus, Cynosbatus etiam dictus. Adnaſcitur huius virgis aliquãdo pilula quædã muſcoſa, hirſuta, echino caſtaneę quaſi ſimilis, ac mollis, quam ſpongiolam roſæ nuncupant ex Plinio. Germ. **Schlaffkolben/ Schlaffkuntẽ.** Roſæ iſtius ſylueſtris veteres etiam aliq̃, obſcuriorẽ tamen atq; inſufficientem mentio-

entionem fecêre. Dioſcorides quidem *lib.*1.*c.*123. Cy-
osbatus, inquit, q̃ aliqui oxyacantham appellant, fru-
x eſt rubo longè maior, arboreſcens: folia fert multò
tiora quā Myrtus, aculeos verò circa virgas robuſtos:
orē candidum, fructū oblongum, oliuæ nucleo ſimilē,
ui dum matureſcit, fulvus, intùs verò lanuginoſus cō-
icitur. Theophraſtꝰ *lib.*3.*Hiſt.*18 Cynosbatos, inquit,
anirubꝰ Gaza vertit, fructum ſubrubentē habet, malo
unico ſimilē; eſt inter fruticē & arborem, Punicæ non
bſimilis, folio ſplendente. Plin. duob. potiſſimùm locis
am attingit: nimirùm *lib.*8. *c.* 41. his verbis. Radix ſyl-
eſtris roſæ, quæ Cynorrhodus appellatur. Et *lib.*25.*c.*2.
Cynorrhodo vna medicina erat, ſpongiolæ, quę in me-
iis ſpinis eius naſcitur. Galenus de fructibus Canirubi
hæc pauca habet *lib.*2.*de alimentor. facultatibus c.*14. Fru-
ctus Canirubi multò magis quàm ruborum aſtringit;
ob eamque cauſam ventrem magis cohibet. Veſcuntur
autem ipſo frequenter ruſtici exiguum alimentum cor-
pori ſuggerente vocātq; κυνόσβατον id eſt, Canirubrum.
Et *lib.* 7. *de ſimplic. medic. facult.* Cynosbati, inquit, fru-
ticis fructus non ſegniter aſtrictorius eſt, folia verò
mediocriter. Itaque particularis eius vſus haud igno-
tus eſt. Cauendum ab eo quod in fructu eius lanæ ſpe-
ciem habet, arteriamque vitiat. Et *lib.* 5. *Method. med. c.*
5. Cynosbati tum germinum tum fructuum decoctum
ad ſanguinis profluuia commendat. Inter principes Me-
dicinæ poſt Galenum Regem, cuius illi vaſalli, Oriba-
ſius *Medicinal. collect. l.*15. Cynosbati fructū è Galeni ter-
ritorio quem depromſit, poſteritati deſcriptum paucif-
ſimis verbis reliquit. Cynosbati, inquit, h. e. Canirubi
fructus non ignauiter adſtringit, folia verò moderatè.
Cauendum ab eo, quod in eius fructu lanæ ſpeciem ge-
rit, quippe quod arteriam vitiet. Sed hæc mutuata ſunt
ex anteà allegato loco Galenico. Cum veterum autho-
rum deſcriptionibus non malè Englenterium ſiue ca-
nina roſa conuenire videtur. Nam frutex eſt rubo ma-
ior ſecundùm Dioſcor. caudices ſiue virgas haben
craſſas, lignoſas vti malus Punica, vel alia lignoſa & ar-

boreſcens ſtirps, ſecundùm Theophraſtum, aculeis & ſpinis duris munitas: folium eius, non quidem integrũ ſed vnum aliquod ſingulare, totius folii pars, Myrti foliis latius eſt ſecundùm Dioſcoridem, ſuperioreq; parte læue & ſplendens iuxta Theophraſtum: fructus nucleo oliuæ ſimilis, qui maturus colore eſt rubente, lanoſos floccos & ſemen intùs habens.

Sylueſtris Roſæ multæ itidem ſunt differentiæ, quas excellentiſſimus Bauhinus, Botanicorum facilè princeps, attingit in Pinace.

I. Roſa ſylueſtris vulgaris flore odorato incarnato Bauhini, Cynosbatos Dioſc. Lonic. Pen. Cynorrhodos Plin. & Barb. Sentis canis & Cynosbatos Brunfels. roſæ ſylueſtris primũ genus Tragi, roſa ſylueſtris Matthioli, Anguillar. Geſn. *in hort.* Dod. Tabern. Cynosbatos procerior & Cynorrhodos Cordi *in Dioſc.* Cynorthodos ſeu roſa canina Thalii, roſa ſylueſtris vulgaris Lugdunenſ. roſa canina odorata & ſylueſtris Lob. roſa ſylueſtris altior Cæſalp. roſa canina Camerar. Cynosbatos & rubii tertium genus Lugdunenſ. roſa ſylueſtris odorata incarnato flore Eyſtett. gemeine Wilde wohlriechende Ros. Flores ex purpura dilutè albicant. Huic vt & tertiæ ſpongiola adnaſcitur, Bedeguar officinis perperam vocata. Bedeguar enim Arabibus cardui ſpecies eſt, ἄκανθα λευκὴ Græcis, ſpina alba Latinis nuncupata.

II. Roſa ſylueſtris flore maiore & rubente Bauhini, roſa ſylueſtris flore rubro Eyſtett. Colore, inquit Bauh. & maioribus foliis à priore differt.

III. Roſa ſylueſtris flore pleno Bauhin. roſa ſylueſtris odorata flore multiplici Lob. roſa canina duplicato flore Camer. Germ. Gefüllte heckros.

IV. Roſa ſylueſtris foliis odoratis Bauh. Englenteria Ruellii, roſa ſylv. altera Tragi, Geſn. *in hort.* rubus canis Englanterium Tur. Cynosbatos & Cynorrhodus 2. *Cord. in Dioſc.* Cynosbatos Lacun. roſa 10. & Cynorrhodi vel caninæ roſæ odoratæ ſpecies Dod. roſæ ſylueſtris ſpecies altera Lugdun. roſa Englenteria. Pen. Tabern. Eyſtett. Flos ex purpura ſatura candicat. Proceritate,

itate, inquit Dod. ſylueſtres omnes ſæpè ſuperat,
gas habet duras, craſſas & lignoſas, folia ſplendentia
pulchrè virentia, odore gratiſſima; roſas verò paruu-
, quinque folias, frequentiſſimè albicantes, rarò pur-
raſcentes, exigui aut nullius odoris, fructum oblon-
m, colore ſubrubentem, nucleo paruæ oliuæ & roſa-
m aliarum capitulis ſimilē, ſed minorem quàm hor-
nſium, in quibus lanoſi flocci atque inter eos ſemen
nditum, paruum & durum. Reperiuntur verò & cir-
huius tenues virgas rotundæ, molles & hirſutæ ſpon-
olæ.

V. Roſa ſylueſtris odoratiſſimo rubro flore Bauhi-
, roſæ ſylueſtris tertium genus Tragian Cynosbatos
Cord. in Dioſc. roſa ſylueſt. Geſn. *in hort.* Germ. Holdt-
ligeHeyden oder Haberros.

VI. Roſa ſylueſtris odorata albo flore Bauh. roſa
lueſt. humilior Cæſalp. roſa 4. an Græcula Plin.
luſ.

VII. Roſa odore Cinamomi ſimplex Bauhin. ro-
Cinamomina & 7. vel ſylueſtris 2. Dod. roſe de Ca-
elle Lob. roſa Cinamomea Pen. Lugd. an Cynorrho-
os ſeu roſa ſylueſtris Thalii. Pro Lychnide Plinii Geſ-
erus habet & in Albio monte maiorem & minorem
aſci tradit; illam fœminam, hanc marem faciens. Ger-
an. einfache Zimmetros.

VIII. Roſa odore Cinamomi flore pleno Bauh. ro-
Cinamomea pleno flore Cluſ. & Eyſtett. roſa Cina-
omea altera Camerar. Spermonia Plinii (ſic enim, non
pineola vel ſpinoſa, legendum, Hermolai ſententiâ)
uamuis alii Sycibicum legendum putent. Camer. Flos
ilutè purpuraſcit. Germ. gefüllte Zimmetros.

IX. Roſa rubra præcox flore ſimplici, exiguo odo-
e & foliis latioribus à prædicta diſcernenda. Eyſtett.

X. Roſa minor rubello flore, quæ vulgò à menſe
Maio Maialis dicitur. roſa Cinamomea altera Camera-
ii roſa Prouincialis minor Tabernæm.

XI. Roſa lutea ſimplex Bauhin. roſa lutea Anguill.
en. Lobel. Cæſalp. Caſt. Lugd. Camer. Tabern. roſa

lutea flore ſimplici Eyſtett. Tabern. roſa citrina Geſn. *hort.* roſa ſylueſtris 3, vel roſa 8. Dod. roſa Ægyptia, roſa vulpina. Germ. Einfache wildte gelbe Roſ. Meminit Geſnerus Roſarum, quæ moſchum fragrent & luteæ ſint. Bauhinus fruticis quidem folia odorata ſeſe obſeruaſſe teſtatur. Meminit & luteæ roſæ Jul. Cæſ. Scalig. *exerc.* 157. *ſ.* 2. his verbis: Præter albam & rutilam roſam in Camolanga Indiæ Prouincia & Ægypto luteam prodidêre.

XII. Roſa lutea multiplex Bauhin. roſa flaua plena Cluſii, roſa lutea maxima flore pleno. Eyſtett. Germ. gefüllte gelbe Roſ. Hæc duplex Bauhino: altera florem totum expãdit; altera verò ſemiclauſo flore permanet.

XIII. Roſa campeſtris ſpinoſiſſima flore albo odoro Bauhini, roſa campeſtris odora & quinta Cluſ. Cynorrhodon Polyacanthos Lugd. roſa campeſtris odorata Cluſii, Camer. roſa Dunenſis vel ſpecies nona Dod. roſa præcox ſpinoſa flore albo Eyſtett. Eſt humilima, virgis ſpinoſiſſimis, foliis minimis, roſis perquam exiguis, candidis & ſuauiter odoratis, fructu maturo nigro, qui in aliis roſis rubet. Dunenſis vocatur ab ipſis in marino littore tumulis arenoſis, quos vulgò Dunnen nominant. Vocatur etiam roſa Pampinula, Pimpernell Roſ / à ſimilitudine nempè huius fruticis foliorum cum foliis minoris Pampinulæ, quæ alio nomine ſanguiſorba Pimpinella nominatur.

XIV. Roſa ſylueſtris pumila rubens. Cluſ. & Bauh. Fructus maximus & pyri in modum turbinatus.

XV. Roſa ſylueſtris pomifera maior Bauhin. Hæc ſequente altior, ramoſior, pauciſſimis aculeis, foliis maioribus, pallidè rubentibus & apud nos locis humidis in alnetis prouenit.

XVI. Roſa ſylueſtris pomifera minor Bauhin. roſa ſylueſtris pomifera Pen. Lob. Lugdun. Cynorrhodi ſpecies Thalii, roſa arvina Tabern. Hanc Lobel. ſpinis carentem, at Tabernæm. ſpinoſam depingit.

XVII. Roſa arvenſis candida Bauhin. roſæ ſylueſtris 4. ſpecies Trag.

XVIII. Roſa

XVIII. Roſa campeſtris repens alba Bauh. Cynos-tos ſiue Cynorrhodos 3. *Cord. in Dioſcor.* Weiſſe krie-ente oder fladrente Feldtros.

XIX. Roſa campeſtris ſpinis carens biflora Bau-in. roſa Græca & Cynorrhodon læue Lugd. flore eſt nguidè rubro, vere & autumno prodiens, quæ du-lex; alia odoris expers, alia foliis exiguis, ſuauiſſimi o-oris.

Roſarum quæ vilior, quæ vtilior.

Medicis roſa tum rubra, prima præſertim ſatiuæ pecies, tum incarnata, tum candida, tum ſylueſtris & onnuſquam moſchata in vſu eſt. Fragrantiſſima & naximè cordialis, ſed rara, eſt moſchata. Rubra a-tringendi atque roborandi virtute præcellit. Incar-ata ſuauis & frequentiſſimo apud nos in vſu, vtpo-e ex qua & aqua cordialis & ſyrupus laxatiuus & Iu-epus gratiſſimus confici ſoleat. Viliſſima cenſetur andida, &, vt Scaliger loquitur *exerc.* 303. *ſ.* 7. inci-vilis & minùs odorata: quòd certo reſpectu concedi poteſt. Aliâs refrigerandi virtute reliquas ſuperare vi-detur. Vndè etiam optimus ex ea liquor ophthalmi-cus elicitur. Sylueſtris roſa (quæ non tam naturâ aut ſubſtantiâ quam accidentibus quibuſdam à dome-ſtica & vrbana, ob culturam atque cicurationem in vrbanis hortis dicta, differt) etſi quibuſdam viliſſima, aliis tamen vtiliſſima videtur: adeò vt Tragus eam, tertiam præſertim ſpeciem, ſatiuis præferre non ve-reatur. Theophraſto tamen authore *libro ſexto cauſ. pl.* 29. & experientiâ teſte, vrbana roſa odoratior eſt & ſuauior ſylueſtri; tanti profectò quibuſdam locis pretii, vt ipſis præferatur gemmis. Et ſanè Venetiis minoris veneunt binæ margaritæ veræ milii Solis ma-gnitudine, quàm vnica roſella, teſte etiam Scali-gero *exerc.* 173. *ſ.* 2. Cæterùm ſua quæque viribus haud contemnendis pollet.

CAPVT VII.

Roſæ principium materiale.

ALterum Roſæ principium internum materia eſt, primum pariter ac vltimum rerum naturaliũ ſubiectum. Omnia namque ex materia generata in materiam intereunt. Neque ex ſola forma quemadmodum nec ex ſola materia quicquam compoſitum: & vt forma non eſt ex materia; ita materia non ex forma. Principia enim ex ſe inuicem haud producuntur, ſed iunctis operis compoſitum producunt. Materia igitur eſt per ſe principium vnâ cum forma, non formæ principiatum. Nec forma eſſe facit ſimpliciter materiam, ſed vt ſit hoc ſub ſe, id eſt, ſub ipſa forma, quæ illi eſt aduẽtitia, vt Scaliger loquitur *lib. 2. de plant.* Nam materiæ ipſi eſt ſuum τὸ τὶ ἦν εἶναι, quo non eſt forma, ſed hoc quiddam, cuius notio propter obſcuritatem tam caret deſignatione quàm percipitur intellectione. Tametſi materia quoque ipſa nonnihil efficere videtur, puta, exiſtentiam dare formæ. Ita igitur, docente Scaligero *exerc. 307. ſ. 27.* ex materia & forma vnum fit propterea quòd ſunt cauſæ internæ, mutuâ coordinatione inter ſe vltrò citroque dantes atque accipientes ſuo vtraque modo aliquam perfectionem. Etenim forma id agit, vt materia ſit hoc aliquid. Materia videtur agere, vt forma, quæ ſeorſim non accedit, ſed antè generationem Diuinæ benedictionis medio in efficientis poteſtate eſt, exiſtat. Non enim eſſet vnum ex principiis, niſi aliquid faceret. Sed de hac materia, quam primam, remotam, vniuerſalem, atque communem nominant Philoſophi, vlteriùs hîc diſquirendi locus non eſt; quemadmodum nec curioſè nobis elementorum concurſus & eorundem in roſæ compoſitione vel inquirenda proportio, vel inueſtigandus refractionis modus. Hoc nobis ſcire ſufficiat, quatuor elementa, vt omnium aliorũ compoſitorum ita & roſæ cõſtitutricem eſſe materiam, Peripateticorum Principis ſententiâ *lib. 3. de cœl. cap. 8. t. 67. & lib. 2. de gener. & inter. cap. 1. t. 6.* Vndè etiam dici mihi

ihi videntur elementa quaſi hylementa. Sufficiat hîc oſſe nos ex Scaligeri *exerc.16.ſ.3.* elementorum natu- m non propter ſe ſolùm eſſe, ſed propter compoſita oq; , ac proindè propter ipſam etiam roſam: propter igitur habere formam, quam abiiciant propter ade- ionem formæ nobilioris, qualis roſæ. Neque igitur manent in roſa formæ elementorum, neque qualita- s ſuis priuatæ formis, ſed alio modo ad roſæ ſubſtan- am accommodatæ. Ad nouam enim generationem ceſſe eſt elementorum formas inter ſe ſuis domitas ualitatibus priſtinum naturæ rigorem ſub vnius po- oris imperio depoſuiſſe, inquit ibidem Scaliger.

Vt autem Chymicis etiam (qui quæ in mineralib. ac etallicis corporibus curioſâ veſtigatione obſerua- nt, ad plantas & animalia quoque maiori ſubtilitate àm vtilitate & nouitate potiùs quàm neceſſitate, nec men ineptè, accommodarunt, inſtituta inter naturæ huius imitatricis, artis, opera comparatione & ana- gia) aliqua ex parte ſatisfaciamus, Roſam etiam ex bus illis, quę illi introduxêre, principiis, non quidem nquam primis & remotis, qualia ipſa quatuor elemẽ- , ſed propinquioribus, ipſis elementis poſterioribus tiùs quàm prioribus, certi ſui generis principiis, cō- re atque in eadem reſolui concedimus. De ſale & lphure minùs quàm de Mercurio dubitatur. Sal enim agyricis eſt craſſior totiùs mixti portio, quæ in ope- Chymico ſalis modo ſubſidet & conſiſtentiam rebus que ſoliditatem largitur. Atqui talem ſubſtantiam, in roſa condere neceſſarium, ita è roſa elicere, Chy- ica quidem arte facilimum eſt. Sulphur oleoſa quæ- m ſubſtantia eſt, quæ Chymico artificio extracta fa- è ignem concipit & igne abſumitur perindè vt ſul- ur atq; congelationem ſalis benignè temperat. Quã idem ſubſtantiam etiam roſæ ineſſe tum ipſum ex ea citum oleum, tum odor, proprii principii ſulphurei oditor, ſignificat. Neque verò, quod notandum, ſul- ur minerale communiter dictum, quod & ipſum ex ncipiis compoſitum, hîc pro principio ſumitur: ſed

Tria Chymica principia, Sal, Sulphur, & Mercurius in Roſa.

quia differentiæ trium illorum ſubſtantialium principiorum, ex quibus omnia corpora conſtant, & proprietates & conditiones in nullis totius naturæ ſpeciebus magis explicatæ animaduertuntur, vti Seuerinus ſcribit, quàm in notiſſimis ſalis, Sulphuris & Mercurii corporibus, ex iiſdem appellationes mutuati ſunt Hermetici. De Mercurio iudicium non ita clarum eſt, ſed valdè intricatum, dum alii aliter eundem definiunt, atq; plurimùm inter ſe diſſentiunt. Quidam enim eum liquorem permeabilem, reliqua duo principia vnientem & contemperantem eſſe ſtatuunt, alii ſpiritum partim corpus eſſe volùnt: quidam aqueum, quidam aëreum, quidam æthereum vocant. Clariſſimus Sennertus in elegantiſſimo ſuo de Chym. cum Ariſt. & Gal. *conſ & diſſenſ. tr. c.* 11. Mercurium nil aliud eſſe arbitratur quã ſpiritum illum ſeu οὐσίαν ἀνάλογον τῷ τῶν ἄστρων στοιχείῳ, ſecundùm Ariſtot *lib. 3. de gener. anim. cap.* 3. Cui magno & Philoſopho & Medico non refragor; ſiquidem & ipſum Quercetanum & Beguinũ & alios ea Mercurio tribuere videam, quæ Ariſtoteles ſpiritui ſeu eſſentiæ aſtrali. Dicunt n. eſſe ſubſtantiam permeabilem, penetrabilẽ, ætheream, puriſſimã, ſubtiliſſimam, viuificã, & formæ proximum inſtrumentũ. Cæterùm videntur mihi cuncta corpora tum vegetabilia tũ mineralia non minùs ac ſecundùm Hipp. & Gal. animalia ex trib. principiis proximis conſtare atq; in eadẽ reſolui poſſe, quæ ſunt τὰ ἴσχοντα, τὰ ἰσχόμενα καὶ τὰ ὁρμῶντα, vt Hippocr. loquitur 6. *Epid. ſ.* 8. *aph.* 19. ſeu ἐνορμῶντα, vt Gal. habet *lib.* 1. *de diff. febr. c.* 1. & *lib. de trem. c.* 5. cõtinentia, contenta & impetũ facientia, ſeu motũ cientia: quæ aliis etiam nominib. τὰ στερεὰ, τὰ ὑγρὰ καὶ τὰ πνεύματα, ſolida, liquida ſeu humida & ſpirituoſa ſcilic. corpora ſiue ſpiritus vocantur tum à Galeno, tum ab Alexandro. Ita vt ſolidũ ſeu ſoliditatis ac firmitatis principiũ continens ſit ſal: liquidũ ſeu humidum, oleaginoſum quidẽ, ſulphur; aquoſum verò & ſeroſum ignobilior Mercurii portio, vel Mercurii habitaculũ, indumentum, velamentum: ſpirituoſum verò nobilior Mercurii portio. Duplex itaq; Mercuri⁹: alius purus

urus & ſpirituoſus, alius impurior, aquoſus & phlegmaticus. Quæ principia facilè quis in roſa demonſtraerit. Continens ſeu ſolidū, quòd ſal, contentū ſeu humidum, (intellige eſſentiale, balſamicū) quod ſulphur, t paulò antè declarauimus; motum ciens ſeu ſpirituoum, quod ipſe Mercurius; nō tam in ſtillatitio Roſæ liuore quā eiuſdem ſpiritu communiter Chymicis dicto eſidens: quanquā Roſæ ſpiritus à phlegmate liberatus on ſit ipſe ſolus Mercurius, ſed aſſociatum ſulphur habeat. Per ſe namq; inflammabilis eſt & vini ſpiritus intar accenditur. Atq; adeò, vt in hac concludā materia, uodcūq; in roſa eſt, vel ſolidū eſt, terreum, ſalinū; vel iquidū, liquidum a. (generaliſſimè ſumpto vocabulo, uatenus nō ſolidum) vel aquoſum, phlegmaticum, ex arte Mercuriale; vel aëreum, oleaginoſum, ſulphureū; rel æthereū, igneum, ſpirituoſum, excellenter ſeu emienter Mercuriale. Atq; ita obiter apparet, qua ratione Chymica principia & recidant & reſoluantur in vnierſaliora, nimirū elementa. Cæterùm materia, ex qua on ſolùm conſtituta, ſed & veluti ex matre prognata oſa ſibi congruum aſſugit nutrimentum, & in qua raicata effloreſcit, terra eſt; quę veterum ſententiā plantarum mater, vt Sol pater exiſtit.

CAPVT VIII.

Roſæ anatomia & ſuccincta partium enumeratio.

PRincipiis ac elementis, tanquam Roſæ partibus conſtituentibus, declaratis, integrantes nunc Philoſophis dictas, vtpote quæ totius ſeu integri compoſitionem abſoluunt atq; materiæ rationem habent, recenſeamus; vt partib. cognitis eo ipſo totum nobis innoteſcat. Sunt autem partes roſeę ſtirpis (vt ſuccinctam Rhodanatomen tradam) tum ſimilares, ſimplices, conſimiles Scaligero dictæ, vt fibræ, nervi, venæ, caro ſui generis, medulla, cutis ſeu cortex & contentæ partes, humores ſeu ſucci; tum diſſimulares, condiſſimiles ab eodem Scaligero nominatæ, vt radix, caules, ramuli, folia, flores, fructus ſeminibus lanugine obductis granidus.

Caro

Caro. Caro impropriè quidem ſic dicta; muſculoſæ animalium carni reſpondens, vt aliis plantis ita & roſeę ſtirpi attribuitur variâ itidem variarum particularum ratione. Radicibus & caulibus lignoſa potiſſimum eſt; foliis & floribus ſuccoſa, fructui pulpoſa. *Lignum.* Lignum fibroſum ligno vitis non multùm abſimile, nec parùm inter ſe conueniunt vitis, Rhodia præſertim Virgilio dicta, & roſetum. Præterquam enim quòd vno ferè tempore putari & alligari ſolent, vtrique rami admodum ſunt medulloſi: tum & floreſcens vitis roſeum ſpargit odorem, qualem ferè ſylueſtres roſæ ſpirant: denique æthereo, ſubtiliſſimo, fragrantiſſimo & flagrantiſſimo participant ſpiritu. Roſæ namque non minùs ac vini ſpiritus ſubtilis, penetrans, odoratus, inflammabilis, eſſentias aliorum tum vegetabilium tum & mineraliũ quorundam ritè præparatorum extrahit, homogenea congregat & vnit, heterogenea ſegregat, ſpiritus microcoſmi ſuſcitat, reficit, reſtaurat, probè præparatus è roſis excellentioribus.

Fibræ. Fibræ ſui generis pro ratione diuerſarum partium diuerſæ ſunt, in radice ramiſque duriores, in foliis molliores. Dicuntur aliâs & villi, & fila: ſuntque partes illæ prælongæ, protenſæ, continuæ, quæ per vniuerſam plantam excurrentes fibris muſculorum in animalibus reſpondent.

Medulla. Medullam cordis nomine dignatur Scaliger *lib.* 1. *de plant.*

Nervi. Nervi, qui in minuſculos neruos, vt rami in ſurculos, ſcinduntur, non ad mouendum dati, vt animalibus, ſed potiùs ad quietem conſiſtentiam & robur: coſtulæ aliâs dicuntur.

Venæ. Venæ, quæ quidem occultiores, nec vt in Tithymalo vel Chelidonia notabiles canaliculi quaſi quidam ſunt fibroſi diſtribuendi nutrimenti gratia à Natura conditi & Roſæ conceſſi.

Cutis ſeu cortex. Cutis ſeu cortex neceſſarium partium tegumentum eſt: quòd roſeum tegumentum in recentioribus, tenerioribus ac ſuperioribus partibus viridius, tenuius, ſubtiliùs,

ſubtilius, ſpinoſius: in vetuſtioribus, firmioribus ac inferioribus nigricans, minùs ſpinoſum, robuſtius, ac velut obſoletum. Eſt autem cortex ille variis ex fibris contexta tunica lignum ambiens. Humor ſeu ſuccus, qui in plantis id eſt, quòd ſanguis in animalibus, docente etiam Gal. *lib. 4. de ſimpl. medic. fac. cap. 23.* è commodo ſolo trahitur. Nam & Roſa talem humiditatem elicit è terra, qualis & ipſa facultate eſt, teſte Hipp. *lib. 4. de morb.* Radix dura eſt, lignoſa, flexuoſa, roſeti baſis, qua, ſeu pede, ſubſiſtit ac firmatur, & quâ primò conueniẽs alimentum attrahitur è conueniente ſolo. Vocatur à Scaligero *lib. 1. de plant.* materiam excipiens prima pars. Ibidem etiam os plantæ ab eodem appellatur. *Libro 2.* verò ſtirpis ventriculus. Confer Scal. *exerc. 141. ſ. 1. & 3.* Cordis quin etiam rationem habet eiuſdem Scaligeri iudicio. Radix enim, inquit ille *in commentar. in Theophraſt. de cauſ. plant. lib. 2. cap. 15.* quia prima naſcitur ac poſtrema interit, in hoc habet cordis proportionem: quia cibum prima concoctio; ventriculi vices gerit. Et ſanè quod radicibus ſuis, tanquam aptis natis oſculis, alimentum è nutritio terræ ſinu ceu maternis vberibus inſita attractrice facultate ſugit, haurit, & prima veluti concoctione præparat roſetum, id poſtea in caulib. ſeu virgis ſecundò concoquit & per ſingulos diſtribuit ramulos, donec ad ſummum & extimum vſque ſurculum ac foliolum ſit deductum. Naturali namque vi nutrimentum partim per medullam, quæ in roſeto copioſa, partim per occultas venulas & cæcos meatus, tanquam canales, ad vltimum vſque germen floſculum, ramulũ ac foliolum vndiquaque diſtribuitur. Quò cùm peruenerit, ibi conſiſtit & abſumitur, vel repetito conatu nouellum molitur opus: vndè tam multa in ramorum capitibus germina. Quòd ſi veluti redundans ad vicina radicibus crura reflectatur & remigret alimentum, eidem ſtolones edere, ſcitè docent Geoponici: humore nimirùm nutritio illuc conuerſo & à partibus ſuperioribus in ampliorem propagationem remiſſo.

Succus. *Radix.*

Caules ſunt, vt ex modò dictis patet, veluti canales quidam,

Caules, rami, ſurculi.

quidam, per quos attractum à radice alimentum ad ramos, à ramis ad ſurculos amandatur atq; diſtribuitur. Eſt enim caulis ſeu caudex, truncus, ſtipes, ea roſeti pars, quæ lignoſior potius quàm ſpinoſior ab radice proximè aſſurgit.

Conſtantes partes ſequuntur viciſſitudinariæ, vt folia, flores, fructus.

Folia. Folia roſeto id ſunt; quod animalibus pili; conceſſa equidem tutelæ vel ornamenti gratia, vel ad minimum tanquam naturę parerga, imò aliquando tanquã promptuaria, è quibus in defectu ſucci nutrimentum capiant ac depromant tum flores tum fructus. Quotannis, vt quadrupedib. pili, auibus pennę, decidunt. Quanquam autem plantæ vita non pendet à foliis, vitę vſus pendet tamen. At verò de ijſdẽ minùs honorificè ſentit eum Scaligero Fortunius Licetus; nemini aliâs ſecundus noſtro ſeculo Philoſophus. Sic enim hic *in fine c.73. lib.* 4. de his qui diu ſine alimento vivunt: verè folia, flores, fructus & ſemina partes plantarum non ſunt, ſed excrementa vtilia ſiue prouentus & opera Græcis apoteleſmata nuncupata. Scaliger verò *in comment. in Theophr. de cauſ. plant. lib* 2. *c.*22. Folia, inquit, fortaſsè non ſunt partes (addam ego, bonâ veniâ, propriè dictę) ſed quaſi fœtus. Quòd ſi ſunt partes, at non magni momenti, quandoque in maxima parte etiam abiiciuntur: in quibuſdam plantis ne ſunt quidem. Idem tamen, quòd mireris, inter partes locum ſpinis concedere videtur *exerc.* 103. *ſ.*7. his quidem verbis: Si è planta prodeant ſpinæ tanquam excrementa: plantę ſpina pars non erit. Quò tam eſt abſurdum, vt quibuſdam plantis pro folio ſpina ſit.

Flores. Flores in pleriſque plantis fructum ferentibus teneli fructus, tanquam fœtus, defendendi gratia à natura producti; quibuſdam tamen, vt & roſeæ ſtirpi, proprio quidem fructu ſuo nequaquam deſtitutæ, flos ipſe pro fructu eſt. Scaligeri ſententiâ *lib.* 1. *de plant.* flores ac fructus haud aliter plantæ partes ſunt quàm fœtus mulieris. Meo iudicio videntur florum quidam fœtum inuol-

ventem

entem ſecundinam , quidam luxuriantem ſanguinis lorem, menſtruum, referre.

Roſeo flori ſeu floridæ roſæ, quæ vel plena, vel ſemiplena vel ſimplex, ſuæ quoque ſunt particulæ: quæ vel externæ vel internæ. Externæ duæ: petiolus, quo amulis adhæret: & calyx è petiolo emergens, abdi- um florem excipiens, vmbilico è regione pedioli conſtituto notatus. Dicitur & aliâs calyx conivum, à cono emiproducti floris, vel connivum à conniuendo, quòd onniuere videatur adhuc ſemicluſa roſella: quibuſ- am vocatur folliculus roſæ clauſus. Qui calyx ſubdi- iditur in calycem propriè dictum, alabaſtrum, & ca- itulum. Calyx propriè dictus eſt qui ſtamina & floris oliola complectitur & continet, quiq; in rubellis fru- tibus nigricantem conſtituit vmbilicum ſeu apicem. labaſtri ſunt calycis partes lacinioſæ, conum floris, riuſquam panditur, complectentes: quę quidem quin- ue ſunt vt plurimùm; duæ nimirùm barbatulæ; duæ nberbes; & quinta partim barbata, partim imberbis; axta decantatos hos verſus, *Roſei floris pediolus.* *Calyx.* *Alabaſtri.*

Sunt quini fratres, ſub eodem tempore nati:
Barba duobus abeſt, & tribus illa ſubeſt.

Quos verſus alii ſic reddunt:

Quinque vides natos vna de matre creatos:
Sunt duo barbati, barbâque carent duo nati,
Quintus eâ ornatus partim, partim ſpoliatus.

ortices roſarum aliâs appellantur, alabaſtri virides t alabaſtri corticoſi. Capitula κεφαλαὶ ἢ κεφάλια di- ta ſunt ipſi papillati corymbi, qui floribus & calyci- us ſubſunt, ſeminaque fouent ac producunt. Nomi- antur aliâs roſarum capuli. Internæ roſæ partes, quæ ſum florem propriè dictum conſtituunt, duæ ſunt ræcipuæ; foliola & ſtaminula. Foliola tenuia ſunt, lana, exteriora latiora, interiora anguſtiora, minora, orrugata, complicata; quorum vtrorumque candidæ articulæ, parumper acuminatæ, quibus veluti radicu- s calycibus inſeruntur, ὄνυχες Græcis, Latinis vngues cuntur, quòd vnguium inſtar albicantes videantur. *Capitulum.* *Roſæ foliola.* *Vngues.*

Stami-

Staminula. Staminula, Palladio aurei coloris floſculi; Pli-
nio lutei apices, aliis lingulæ aureæ dicta; in roſa-
Capillamẽ-ta. rum medio ſeu vmbilico flaueſcunt, tenuiſſimis capil-
lamentis alligata; quorum ſtaminulorum partem con-
Granula. ſtituunt puncta ſeu granula quædam oblongiuſcul-
inſtar ſeminum minutiſſimorum, Milii vel Naſturtii
non ingrati odoris; partem verò ipſa filamenta. Vno
Anthera. nomine ἄνθος τῶν ῥόδων; flores roſarum: officinis an-
thera, medium, medietas roſæ; Galeno coma roſæ *lib. 5.*
de comp. medic. ſecund. loc. Errant omninò cum Virgilio
qui aurea illa citrinorum Roſæ floſculorum granull-
miliacea pro ſeminibus habent. Sic autem Virgilius in
epigrammate de Roſa,

———ridentis calathi patefecit honorem:
Prodens incluſi ſemina denſa croci.

Vera Roſæ ſemina. Vera ſemina lanugine obducta rubentibus baccis illis
in breuiſſimi pyri ſimilitudinem tornatis continentur,
quæ baccæ papillati corymbi à S. Hieronymo, roſea py-
rula & corallinæ pomula à me vocatæ, corallii modo
per autumnum horrentia ſpinis roſaria decorant, hye-
me molleſcentes ac veluti fracidæ maturitatem indi-
Fructus. cant, fructumque conſtituunt. Deficiente enim flore
ceu menſtruo, ſemine imprægnatus vterus ille rubi-
cundus turgidus conſpicitur. Non poſſum hîc non mi-
rari cum Scaligero Cardani, ſubtilitatis profeſſoris er-
rorem, quo roſæ vel omnem denegat vel nullius vſu
aſſignat fructum; cum tamen Roſæ tum capita tum ſe-
mina facietenùs vulgo nota, vſu vel mediocriter eru-
ditis clara ſint. De ſpinis ſpinoſas mouent roſea quæd-
Spinæ. ingenia controuerſias. An roſis ſpinæ ſint, nemo quæ-
rit. Eſſe enim, omnes norunt: ij præſertim, qui dum ro-
ſas ambiunt, ſpinas attingunt; dum florem carpunt, a-
culeum capiunt: quamuis & vrbanæ & ſylueſtris roſæ
ſpecies ſpinis carentes in differentiis à nobis ſint ſupe-
riùs enarratæ: & Scaliger moſchatæ cuiuſdam mentio-
nem faciat, tum ſuauiſſimi tum conſtantiſſimi odoris,
nullis tamen ſpinis horridæ. Quid in roſis ſpinæ ſint,
ambigũt & acutiſſimi viri. Partes eſſe Scaliger annuere
videtur

videtur *exerc.* 103. *ſ.* 3. his verbis: Si è planta prodeant ſpinæ tanquam excrementa, plantæ ſpina pars non erit. Quod tam eſt abſurdum, vt quibuſdam plantis pro folio ſpina ſit. Eſt autem meo quidem iudicio ſpina pars minùs neceſſaria, minùs principalis, vtilis, iucunda, decora; quam vel pilis, ſetis, cornibus, dentibus, quadrupedum, vel pennis volatilium; ſpinis, acubus & ſquamis aquatilium animalium compararim; & ſi non partem, πάρεργον in roſa nuncuparim. Qualis autem illa ſit roſæ ſpina, nemini non eſt notiſſimum. Nobilis hæc de ea videtur quæſtio: quam ob cauſam ſcilicet figuræ ſit pyramidalis? A craſſa namque baſi prodeuntes ſpinæ, dum aculeaſcunt virgæ roſeæ, attenuantur in mucronem. Theophraſtus id fieri aſſerit propterea, quòd aër paulatim plantæ circumfuſus eius augeat partes cum intenſione materiali. Id quod plantis item ipſis euenit. Tenuiore namque ſunt cacumine. Cæterùm minùs plenè huius explicaſſe rei cauſam viſus eſt. Neque verum eſſe arbitratur Scaliger, augeri plantas aëre circumfuſo ſed animæ vim auctricem id efficere ſole adiutam. Figuræ verò cauſa videtur in ipſa ſpina reſidere. Nimirùm baſis alimento propior eſt atque idcirco latior; anguſtior verò in fine, quia à pabulo remotior. Sic & racemorum facies & Strobilorum. Denique omnis ſtipes talis eſt. Quanquam pyris & cucurbitis contraria ratio. Excreſcunt enim in extremum magis propter humoris tenuitatem atque lubricitatem: nequit enim ſe continere, ſed quò magis poteſt, defluit. Alia etiam lex oui. Poſterior enim pars minùs ampla, quia premitur inter eundum.

Roſa cur ſpinoſa?

Cur verò & quem in finem concreata roſis ſpina ſit, vix ſolida vel ſufficiens ratio proferri poteſt. Nihilominùs tamen cùm a ſapientiſſima Natura nihil fruſtrà fiat, finem ſuum ſpina habeat, neceſſe eſt. Neque enim aliàs generata fuiſſet. Omne quod fit, certo fine fit: vndè etiam a fieri finis deductus videtur: &, quum finis ipſius operæ perfectio ſit, quæ res perfectionem ſuam aſſequuta eſt, finiſſima recentioribus Latinis ſci-

tiſſimè vocari ſolet, vt aurum finiſſimum. Finis ſanè primarius motor eſt tum naturæ, tum huius imitatricis, artis. Sed quis omnes omnium rerum fines nouit? Is ſolus nempè qui omnia & condidit & cognouit: qui certos creaturis fines, ſuum cuique proprium, incogitabili ratione præſcripſit. Quòd ſi ardua in re atque veri finis ignoratione quicquam mihi bonâ doctiorum veniâ iudicandum, dicam equidem quod ſentio: ſpinas illas roſæ munimenti gratia tanquam arma à natura conceſſas eſſe, veluti aliis plantis aculei, caſtaneis echini. Quod & Claudianus innuit, dum ita canit in quodam Poemate,

Armat ſpina roſas.

At verò inſtas, conducibilius videri munimentum plantæ vniuerſæ, ſi acceſſione illius materiæ, quæ in ſpinas abit, auctâ corticis firmitudine loricata eſſet roſa? Examinanda ergo tibi ipſa ſapientiſſima Natura, cur ſpinâ potiùs quàm loricâ Roſam armare voluerit. Reſponſuram credo; quòd ita, nec aliter placuerit. Imò negaturam tibi ipſam mihi perſuaſerim, commodius id vel ſibi vel roſæ conducibilius fore. Diuerſis armis diuerſæ fiunt defenſiones. Loricâ admiſſum hoſtem impedies; haſtâ aduenientem non admittes. Ita ſpinis abarcentur aduerſaria animalia, priuſquam pertinaci conatu vim inferant medulloſis valdè ac proindè tenellis roſeti ramulis: qui, quòd nobiliſſimum florem proferant, armis illis peculiari Naturæ priuilegio ſunt prædíti: quibus obſtantibus nec ſerpentes, nec lacerti, nec limaces, nec aliæ beſtiæ, roſeos ad flores perreptare queunt. Non ſolùm igitur corticoſis parmata loricis, ſed & ſpinoſis armata lanceolis roſeta ſeſe defenderent oportuit. Præterea ex materiali cauſa tibi ſatisfactum paulò anteà, vbi quæſitum à nobis ac deciſum, quamob cauſam ſpinæ pyramidalem aculeiformem, non planam, vel aliam, figuram habeant. Verùm infinitas, curioſe, quæſtiunculas de finibus rerum naturalium dubitando effingere potiùs quàm ſoluendo ſatisfacere poteris. Exempli gratia, de multitu-

itudine, magnitudine, figura, colore, aſperitate, læ-
itate, partium, ſtriarum, orarum in plantis, crenatis,
erratis, fimbriatis, dentatis, ſinuatis. Striarum cau-
as in conchis quæſo quis eruet? inquit ipſe ſubtili-
atis doctor, Scaliger *exerc.* 220. Et velim dicat mihi
liquis, quid agat in palmula rima illa ſeu ſinus, è quo
ihil exit? (hoc enim ſæpiùs exploratum eſt & Scali-
eri ſolertiâ confirmatum) ſed ex puſillo atque obſcu-
o vmbicello, qui in ventre eſt, vtrumque prouenit,
um radix, tum ſtipes. Nullus profectò mortalium
ouit hæc, inquit Scal. *exerc.* 157. *ſ.* 4. Luſit enim Na-
ura, quatenus ei libuit, ſui vnius vnicum exemplar,
uthor, ſequeſtra, hera, adminiſtra eadem, nullius in-
iga, non precariò, non coacta, non impedita. Et ex-
rcentur, ait idem, *exerc.* 79. *ſ.* 1. à natura ingenia no-
tra curioſa. Cardanum quidem Scaliger autumat rem
aud paruam quærere: cur roſis ſpinæ ſint? Deducere
erò intellectum auditoris in abſtruſa naturæ penetra-
ia, per ea ſenticeta, in quibus nulla ſpiret roſa: quum
as afferat ſatis infirmas ratiunculas: quia debuit eſſe
dorata: quia odoris firmioris: tum minimè excal-
acientis, vt iucundior eſſet; quòd odores frigidi a-
imam magis recreent; cum cerebrum calore aſſidu-
m ob motum infeſtetur. Cùm igitur, pergit Carda-
us, flos eſſet tenuis ſubſtantiæ, fumoſus erat. Ergo
erreo adiungi oportebat. Itaque flos Roſæ terream
abet ſubſtantiam & calidam ac tenuem: aliter non
ſſet odorata. At ſi talis fumoſus erat, oportebat to-
am plantam talem eſſe, ac craſſiorum partium; vt te-
ui parte ſeparata flos conficeretur. Cùm verò tota
lanta terrea eſſet ac ſicca; neceſſe erat, vt vel terreum
etineretur; breuique exaruiſſet, ſin autem; expelli
onduxit. Vel foliis poterat admiſceri: reddidiſſet-
ue folia contumacia & quæ ob nimiam ſiccitatem
reui excidiſſent. Relinquitur igitur, vt quod po-
tremum eſt factuque melius; ſcilicet materiam hanc
iccam, quæ eſt veluti floris fex, aduſtamque expelli
eorſum. Cumque non fuiſſet è cortice duriore pro-

N 2 ditu-

ditura, niſi aculeata: ideò ſpinoſa prodiit. Quib
Cardani ſpinoſis, ſed minùs odoratis, ſententiis dicam
an ſenticetis, variis obſiſtit inſtantiis Scaliger *exer.*
303. *ſ.* 7. Inuictum addamus argumentum, quod op
nionem Cardani ſub triumpho ſenſus captiuam d
cat: roſas nimirùm dari odoratas, ſpinis tamen pro
ſus carentes; de quibus in differentiis ſuperius fac
mentio. Roſam verò propriâ naturâ ſuâ & faculta
ſub ipſius formæ dictatura aculeaſcere dixerim. Fo
mæ namque primaria aſſcribenda opera, quemadm
dum inferiùs in efficientium cauſarum explicatio
declarabitur. S. Baſilius Theoſophicè finalem ro
cauſam declarare maluit quàm Philoſophicè. Sic a
tem ille *Homilia* 5. *in Hexamer*. Roſa quidem à princ
pio cùm à Deo creata eſſet, ſpinis carebat: poſteà v
rò pulchritudini floris adiunctæ ſunt ſpinæ, quò vol
ptatis oblectamento nos indè capiendæ propinquo a
ficiamur dolore, recordatione delicti, cauſa cuius f
ctum eſt, vt tribulos tellus & ſpinas nobis afferret.
dem S. Baſil. *ſerm. de Paradyſo*. Roſa, inquit, hìc ſp
nis eſt coniuncta, externâ gratiâ moleſtiam obtegen
nos apertâ voce conteſtans, & dicens. Quæ iucun
ſunt vobis, ô homines, triſtibus permixta ſunt. Na
verè ita in humanis bonis comparatum eſt, vt nullu
eorum ſyncerum ſit, ſed confeſtim lætitiæ & hilarita
conglutinetur mœſtitia: coniugio viduitas: puer
rum educationi cura & ſollicitudo: fœcunditati abo
tus: virtuti inuidia: ſplendori ignominia: proſp
ris ſucceſſibus diſpendia: deliciis faſtidium: ſanita
infirmitas. Florida quidem eſt roſa, ſed mihi triſt
tiam infligit. Nam quotieſcunque florem hunc v
deo, peccati mei admoneor: propter quod vt ſpin
& tribulos proferat, condemnata eſt. Et D. Ambr
ſius. Antè peccatum, inquit, floribus immixta terr
nis ſine ſpinis roſa ſurgebat, & pulcherrimus flos ſi
vlla fraude vernabat. Poſteà verò ſpina ſepſit gratia
floris: tanquam humanæ vitæ ſpectaculum præferen
Quæ ſuauitatem perfunctionis ſuæ finitimis curaru
ſæp

compungat ſtimulis. Vallata eſt enim elegantia noſtræ atque quibuſdam ſollicitudinibus obſe-, vt eadem diſtincta ſit triſtitia & gratia. Verùm ar-ror ego, etiam antè lapſum protoplaſtorum haud uiſſe ſpinis roſam; ex iis tamen nullam hominibus erri potuiſſe iniuriam, veluti poſt maledictionem, ſum ſubſecutam. Vel enim ſpinis non illiſa vel non a fuiſſent etiam impingentia nuda Hominis, Para-i ciuis atque incolæ, membra: non magis ac tenel-plumarum fibrulis. Præter læſuram, quæ primorum entum varicatione non aliter ac hæc diaboli dece-one introducta, nihil in ſpinis mali. Sõlum accidens accidente deprauatum, repreſſis à ſubſtantia Diui-bonitatis, cuius imago cunctis elucet in creaturis, iis, impreſſis verò diabolicæ malignitatis vmbris æuis. Ipſa creata ſubſtantia bona fuit, eſt, & erit petuò. Quaprópter vt bona, ita & perfecta omnia ata primitùs, quorum tamen affectiones poſtea rtalium tum iniquitate tum indignitate paulatim luerunt ac degenerarunt: nec verò tam ſuâ quàm catorum mortalium culpâ nocendi quandam non am aptitudinem ſed anſam nacta ſunt. Neque igi-Roſæ antè creationem ſpinis caruêre, nec ſpinæ in ocentiæ ſtatu conſtitutis protoplaſtis nocuere. rtio certè iam creationis die cuncta plantarum ge-ra & membra ab omnipotente Creatore producta t, omne virgultum agri, etiam ſpineta, etiam noxiæ halesque herbæ. Sexto completo die ceſſaſſe creati-em Deumque quieuiſſe ſacra teſtantur: cùm nimi-n bona atque adeò perfecta eſſent omnia, nec vlte-re interpolatione aut elaboratione opus haberent, c peculiarem ſpinarum creationem in lapſum Ada-differret OPT. MAXimus, nouella conſtitutione ſtantiales creaturarum partes vel ſerotinas atque perfectas ſuppleturus, vel præcoces retractaturus, turalibus contrà naturam immutatis proprietatibus. uare ſequentem in modum ratiocinemur. Si poſt ſum demùm Protoplaſtorum productæ ſpinæ ſunt,

vel à Deo, vel à Natura, vel diabolo, vel Adamo, vel à ſe ipſis, vel caſu productæ ſunt. Quæcunque enim vaſtâ rerum vniuerſitate continentur, vel à Deo ſunt creata, vel à Natura generata, vel ab arte facta, vel à diabolo introducta. Spinæ verò poſt lapſum Adami nec à Deo creatæ, quòd creatio iam ceſſaſſet omniaque ſapientiſsimus conditor inimitabili ratione abſoluiſſet: nec à Natura generatæ, quòd hæc nullam niſi à Creatore priùs ordinatam producat ſubſtantiam ex ſubſtantia, formam ex formâ per traducem. Si ergo non ſpinoſum fuit roſetum creatum nec ſpinoſum fuerit generatum. Nunquam potentiam naturalem tranſcendit Natura: nullas nouas vel ipſa ſortitur vel rebus indit facultates: nunquam quicquam aliud quàm bonum intendit: nullam molitur noxam, nec delictis noſtris ad delinquendum ipſe ſuſcitatur. Si quid omninò noui illa quorundam accidentium ratione producere videtur, commodum id obſeruitamus magis quam incommodum. Si per accidens delinquit, vel viliorum minutiarum iacturâ vel nobiliorum rerum ſubſtitutione laudabilique compenſatione ſapientiſſimas oſtendit actiones ac mutationes, vel denique Diuini punitoris exſequitur iuſſa, nullis tamen nouis ſpeciebus aut ſpecierum partibus ſubſtantialibus. Nec ab vllo artifice factæ ſpinæ, cùm ars nullam vnquam omninò nouam viſa ſit efficere ſubſtantiam, deſtruere verò viſa ſit nonnunquam. Hinc certum roſeti genus à ſpinis immune reddiderunt artificioſi quidam atque curioſiores hortulani. Nec à dæmone, nec ab Adamo, nec Adamico lapſu, nec caſu, nec à ſe ipſis ortas eſſe roſeti ſpinas, accuratis clarum eſt Philoſophis, quibus & facilima ex præmiſſis concluſio. Ad locum quem quidam obiiciunt, Geneſ. *cap.* 3. *v.* 18. ſpinas & tribulos germinabit tibi terra, reſpondeo, de roſeto ibi nullam fieri mentionem, & hunc illorum verborum eſſe ſenſum: nullum tibi terra fructum, ſed ſpinoſos & inutiles potiùs carduos fatuaque lolia, quæ copioſiſſimè propagata grauiter & ad ſudorem uſque te exercebunt atque

tque fatigabunt, proferet in exquiſitam meritamque œnam. Quæris quem in vſum ſpinæ illæ ſint creatæ? Dicam eum, qui non tam nobis quàm creatori cognitus. Non enim omnes omnium rerum fines nobis perpecti, vt ſuperiùs quoque dictum. Forſan, vti curioſiora pungerent ingenia vexarentque. Dicam tamen aliquid amplius: in Roſeti defenſionem. Præterea, ſi non ndumenta, ſi non alimenta, medicamenta ex iis conſiimus, quæ calculum atterunt, vrinarias vias aperiunt, rinam ipſam propellunt. Quam neceſsitatem ſi non prævoluit, vti ita dicam, præuidit tamen Omniſcius. Quid quòd longè minùs noxiæ ſint ſpinæ quàm ſerpentes? & hi tamen antè lapſum primorum parentum unt creati. Confer quæ S. Auguſtinus habet *lib. 3. de Geneſ. ad lit. c. 18.*

CAPVT IX.

CVm ſuperiùs efficientem Roſæ cauſam, ſed vniuerſalem ſolùm attigerim, ſuſpenſis pauliſper neceſſaria digreſſione ſpecialioribus efficientibus, operæ pretium eſt, vt haſce nunc pertractem. Efficientem autem vniuerſalem primam, vti omnium creaturarum, ta & roſæ cauſam Creatorem ipſum DEVM OPT. M. X. eſſe iam indicaui. Quanquam autem Omnipotens Deus omnium rerum primus ſit effector & effector, nullius vel conſilii vel auxilii indigus, placuit tamen iψi, non immediatè cuncta, veluti in creatione, ſed per certa media, ſubſtitutis & quaſi ſubdelegatis inferioribus cauſis, admirando ordine & harmoniâ concurrentibus, perficere. A Deo igitur Roſæ cauſam primam Naturam ſtatuo, ſubdiuinum illud numen, quod vim ordinariam Dei vocat Scaliger *lib. 2. de plant.* & iuſſum Dei, quo rerum ſeries, affectiones, coniunctiones, ſeparationes, mutationes, ritè atque ordine perficiuntur, vt idem loquitur Naturæ ſecretarius *Comment. in lib. Hipp. de Inſomn. apoteleſm. 32. & exerc.* 307. *l.* 25. Eſt enim Natura, vt idem ex principe Præceptore loquitur *lib. 2. de plant.* omnibus rebus natura-

Cauſa efficientes.

DEVS.

Natura.

libus principium per ſe, vt hoc ipſum ſint quod ſunt: cuius legibus & gubernaculis totus orbis & conſtat & variatur: & multa eſt in vno, & vnum ad multa. Subdelegati hujus atque ſubdiuini numinis tum regia quædam tum vehiculum cœlum eſt potiſſimùm, transelementare illud corpus, immenſo ambitu ſuo omnia complectens, perpetuo motu cuncta agitans, theatrum ſtelliferum, omnium influentiarum fons & ſcaturigo. A cœleſtium namque corporum poteſtatibus effectiones hæ noſtrates manant, inquit Scalig. *exerc.6.ſ.2.* Pendent ſanè, inquit idem *ſ.5.* noſtratia hæc a ſuperioribus. Sunt enim ſuperiora quaſi formæ conſeruatrices inferiorum: quia ipſa cauſa cauſarum tuetur ea quæ fecit per ea quæ fecit. Continuata hæc inferiora cum ſuperioribus corpora propter horum efficientiam, illorum autem receptionem, eiuſdem Scaligeri ſententiâ *exerc.9.* Quamobrem (quod idem aſſerit *exerc.18.* quæcunque ſunt hîc, meliore potioreque modo exiſtere in ſuperioribus tanquam in principiis ſecundis, credere par eſt. Simul hæc ab illis pendere non ipſis in operibus ſolùm, ſed etiam in ipſa perpetuatione. Quæ ſententia tum fuit omnium penè veterum Philoſophorum, tum eſt recepta dictataque à principe veritatis *in Phyſ.t.49.* vbi continens dicit eſſe formæ ſimile: aërem idcirco exiſtere quaſi aquæ entelechiam: propterea quòd ſit in loco ſuperiore. In cœlo reſidet illuſtriſſimus Naturæ Prorex, luminis gubernator, clementiſſimus vt omnium plantarum, ita & Roſæ, dominus, Sol, vnâ cum adiutrice Luna & infinitis ferè paraſtatis atque adminiſtris, ſtellis tam errantibus quàm fixis ſtipatus; quem Anaxagoras plantarum patrem appellauit. Vndè fortean ſtirpium eſt erecta ad Solem natura, noſtræ perfectionis æmula, cœli appetens longè quàm nos feliciùs, qui fruſtrà ſpectamus ipſum, terram interim maximè ſapimus. Cæterùm Solis efficaciâ roſam produci tam clarum eſt quàm quod clariſsimum. Hinc enim hyeme ſterilia conſpicimus roſeta, vere iterum fertilia. Quæ namque frigi-

Cœlum.

Sol.

igidæ hyemis inclementiâ repreſſa atque in ſucco io, velut in matrice, concepta rudimentum capiens, dimas radices repulſa atque ſopita iacet roſa, verno empore viuifico ſolis calore reſuſcitata atque ad perectionem perducta admirabili ſpectaculo refloreſcit *Luna.* eniterque pulcherrimè. Lunæ vis & efficacia in Roſæ roductione vel indè cognoſcitur, quòd ipſâ ceu notis Imperatrice lucente, adapertis in complicato turenteque calyce foliolis potiſsimùm ſeſe expandant oſæ. Noctu enim poſteaquam ſopitis concubio capiulis, dormitare deſinunt, vt plurimùm dehiſcunt & onniuentibus ocellis è calycibus manè ſurgunt aperæ. Interdiu enim attracto vi Solis humore aluntur, vix augentur, cùm Sol validiore calore delicatis roſis antum adimere quantum addere, tantum extrahere uantum attrahere videatur) noctu Lunæ, Solis vicaiæ, humiditatis Dominæ, irradiatione ac tepida humectatione augentur, complentur: ſuperueniente verò matutino exorientis Solis lumine & calore magis magiſque dehiſcentes planè aperiuntur, & ematureſcunt. Quo tempore, vt Virgilii ſonat epigramma,

Ambigeres raperetné roſis aurora ruborem,
An daret & flores tingeret orta dies:
Hæc viret anguſto foliorum tecta galero:
Hanc tenui folio purpura rubra notat.
Hæc peperit primi faſtigia celſa obeliſci
Mucronem abſoluens purpurei capitis.
Vertice collectos illa exſinuauit amictus,
Iam meditans foliis ſe numerare ſuis.
Nec mora: ridentis calath, patefecit honorem,
Prodens incluſi ſemina denſa croci.

Tunc equidem ex abſtruſo magnæ matris ſinu iam in ramorum ſummitates deducti roſarum pupuli ruptâ grauiore morâ virides inter foliorum faſciolas inſuetam ad lucem conniuentia capitula ſuſtollere, & vitam, quam nos ærumnoſam nobis natalitiis lachrymis infelici præſagio proclamamus, lætiſsimam, diducto decenter ore nectareo ſuauiter hiantibus labellis, à riſu in-

inchoare ſummoque gaudio prælustriſsimum Creatoris commiſſarium, Solem, & expectare & excipere videntur. At verò quinam ex planetis Rhodocrator ſit, cui tanquam feudi domino ſubiecta potiſsimùm in territorio ſuo Roſa, dubitant etiamnum authores: quorum aliqui Venerem eligunt, alii Lunam, alii Mercurium adiungunt. Ego neque Solem, neque Iouem, neque, quod mireris, aut Martem aut Saturnum excluſerim, ſed ſuam vnicuique in ſydereo illo collegio concurrenti Principi tribuendam authoritatem, commendandam operam, iudicarim: primas tamen atque potiores partes erraticarum fixarumque ſtellarum Imperatori Soli, adſcripſerim, qui paraſtatis illis & condominis adiutus, benefico calore præualentem in roſa refrigerandi vim temperandam, ſiccandi facultatem ſubtili humiditate regendam coniugi ſuæ, Lunæ, committit: quæ noctu ſereniſsimi mariti ſui vicem ſupplet. E Zodiaco gemini ſunt, quibus tributariæ roſæ plurimum debent. Neque verò friuolis ſomniculoſorum eorum ſententiis ſubſcripſerim, qui tenuiſſimis fragilium ratiuncularum filis ſummas illas atque remotiſsimas cauſas cum infimis effectibus arctiſsimè connectere, ſtrictamque nimis & tyrannicam ſyderum in roſeta iuriſdictionem audent comminiſci. Ac ſi ſapientiſsimus omnium rerum conditor & conſeruator peculiarem cuique plantæ planetam, tanquàm ordinarium genium, præfeciſſet, qui ſydereos ei radios cœleſtibus viribus imbutos certa nobis ratione inſinuaret. Miror equidem, quid impediat, quò minùs non dicam hominibus, non animalibus, ſed & ipſis herbis tandem natiuitatis, quod appellant, thema erigant, nec ſolùm vitæ necisque conditionem, verùm etiam variam atque infallibilem ſortem & incidentes quaſque minutias ex cœleſtium procerum, aſtrorum, archiuis deprompto iudicio, prænuncient omniſcii illi Vranoſcopi, qui tam exquiſitam ſuperiorum in inferiora profitentur operationum cognitionem. Sanioribus & modeſtioribus nihil derogo. Redeamus ad penſum. Cœ-

ica præter corpora concurrũt inſuper ad roſæ tum generationem atque productionem, tum productæ conſeruationem, quatuor elemẽta: è quibus terra vt omnium aliarum plantarum, ita & Roſæ mater eſt, veterum Philoſophorum placito, alma certè nutrix. Habere verò elementa non ſolùm materialis, verùm etiam efficientis cauſæ rationem propter qualitates, cum Ariſtotele Scaliger teſtatur *Comment. in Theophraſt. de cauſ. plant. lib. 2. c. 6*. Eæ verò qualitates, inquit, ſunt in terra, vt in matrice ac nutrice: in aqua, vt in lacte ciboue maxima ex parte: in aëre, vt in magiſtro ſiue rectore: in igne, vt eſt inſtrumentum actionis. Sic enim ait Philoſophus, igne Naturam vti tanquam materiâ & tanquam inſtrumento. Nec parum inſuper ad Roſæ tum productionem tum conſeruationem faciunt locus & tempus: quæ quidem concauſæ ſunt & ad efficientem reducuntur atque inſtrumentorum rationem habent, docente Scaligero *lib. 2. de plant.* Inſtrumentum, inquit, eſt concauſa reduciturque ad efficientem ſicut & locus. Sunt enim extrà rem. Nam Galenus, cum Platonem ſecutus inſtrumentum pro quinto genere cauſæ ſtatuit, inæquali abutitur diuiſione. Quod inprimis eſt vitandum ſapienti. Etenim cæteræ quatuor cauſæ primæ æquè ſunt, nec quicquam prius habent. Inſtrumentum autem habet: non enim mouet, niſi motum. Aliâs certum eſt, nullam vel loco vel tempori per ſe agendi efficaciam eſſe: ac proindè Theophraſtum ſatis Poëticè tempori attribuiſſe, quod plantæ eſt, dum autumnum prægnantem eſſe (quod eo tempore plena ſint omnia interno ſucco) vere parere dixit. Hinc Scaliger *exerc. 352. ſ. 1.* Tempus nihil generat, nihil corrumpit: cùm enim ſit quantitas, nihil agit. Et *lib. 1. de plant.* Imbecillitas à tempore nulla prouenit, ſed à contrariis, gelu, æſtu, ſqualore aëris aut terræ. Attamen, vt dictum, aptus locus commodumque tempus ad inſtrumentalem reduci cauſam poſſunt, quatenus cauſæ adiuuantis ſeu concauſæ & ſine qua non, rationem habent. Quibuſdam certè locis maximè, quibuſ-

Quatuor elementa.

Locus & Tempus.

dam minimè proueniunt roſæ (idem de aliis plantis iudicium.) Cyrenis, inquit Plinius *lib.* 21 *c.* 4. odoratiſſima eſt, ideòque ibi vnguentum pulcherrimum. Carthagine Hiſpaniæ hyeme tota præcox. Locis omnis ſiccis quàm humidis odoratior. Seri nec pinguibus vult, nec argilloſis locis, nec riguis, contenta raris, proprieque ruderatum amat agrum. Palladius *lib.* 12. ſtatuit, locis calidis, apricis atque maritimis inſtituenda eſſe roſeta. Adeò multum ſitum eſt in aëre ambiente & terra complectente. Vt in loco, ita & in tempore magna differentia. Vt enim non omnis fert omnia tellus, ita nec omne fert omnia tempus. Roſiferum ordinariè ver eſt, vel æſtatis principium: quamuis & recentes in roſeto viderim autumno ſæpiùs, hyeme aliquando: artis tamen beneficio. Conſiſtit autem artificium in translatione. Qua de re & Scaliger *Comment. in Theophr. de cauſ. plant.* ita ſcribit: Roſam brumâ ſi velis habere, aut ſanè haud multò antè, plantam ipſam, dum in eo eſt, vt erumpant flores, amoue loco atque in alium transfer, modò non incommodum. Sanè poſt Arcturum ſæpè habuimus. Et certis Hiſpaniæ locis tota hyeme roſam præcocem reperiri Plinius refert. Cuius etiam experientiâ confirmato teſtimonio roſæ odoratiores, cùm ſerenis diebus leguntur: & calidiuſculis potiùs quàm frigidis, matutinoque tempore, exoriente Sole, nondum adapertis omninò, ſed veluti ex dehiſcentibus alabaſtrulorum feneſtellis ſubtimidè proſpicientibus, nec pluuioſo liquore inebriatis, foliolis. Memorat Didymus Græcus, roſetum omnibus roſas proferre menſibus, ſi ſolers cultor ſingulis menſibus id plantarit, ſtercorarit, & rigarit: quod fortaſſis in calidis aut temperatis, minimè verò ſeptentrionalibus ac borealibus frigidis regionibus locum habet. Roſas biferas obſeruauit Scaliger *lib.* 1. *de plant.* Et Theophraſtus teſtatur, ſi autumnus prolixior fuerit, roſas etiam denuò erumpere poſſe. Aliàs florent roſæ aliæ citiùs, aliæ ſeriùs, omnes ferè Maio, aut initio Iunij. Muſca-

Roſetū gaudet locis ſiccis.

Roſæ vt hyeme producantur.

tulæ,

culæ, Moſchettæ aliàs dictæ, tardiùs proueniunt. Cœli temperiem haud parùm conferre, rectè monet Plinius. Quibuſdam enim annis minùs odoratam prouenire roſam experientia teſtatur. Ratione culturæ quoq; tempus maximi momenti eſt. Sunt autem Palladii iudicio menſe Februario roſaria, conſerenda. Si qua etiam ſint antiqua roſaria, hoc tempore circumfodiuntur & ariditas vniuerſa, ſeu arida ſuperfluitas, reciditur.

CAPVT X.

Roſa cultu opus habet.

CÆterùm cùm Naturæ non ſolùm imitatrix, ſed & adiutrix Ars ſit, quæ illius opera ſæpè præparat, nonnunquam etiam perficit, artificialis cultus hîc quoque efficientis rationem habere, & tum ad generationem, tum conſeruationem, tum præſeruationem à corruptione plurimùm facere videtur. Hoc verò admiratione dignum, alias tot plantas incultas prius atque potiùs quàm cultas germinare (cuius quidem rei Scaliger has reddit rationes *lib.* 1. *de plant.* quòd putatione, ablaqueatione, paſtinatione retardentur: quódque ſuccus retrahatur aut repercutiatur dectâque radice plantæ refrigeratæ ægreſcant) Roſam tamen cultam meliùs quàm incultam efflorеſcere atque olere. Cultu equidem meliùs terra ad reddendum aptiores roſæ partes pro attractione ac receptione congrui & laudabilis ſucci diſponitur. Roſa namque ſucco opus habet temperatiore, eiuſdem Scaligeri, ſubtiliſſimi Naturæ-conſulti, iudicio *lib.* 1. *de plant.* Plinius quoque *lib.* 21. *c.* 4. Roſam translatione ipsâque plantatione proficere teſtatur. Et eiuſdem capitis fine; omnis, inquit, roſa reciſione atque vſtione proficit: translatione quoque, vt vitis, ocyſſimè prouenit, ſurculis quaternum digitorum longitudine, aut ampliore, poſt Vergiliarum occaſum ſata: dein per Fauonium tranſlata, pedalibus interuallis, crebroque circumciſa. Qui præcocem faciunt, pedali circa radicem ſcrobe aquam calidam infundunt, germinare incipiente calyce. Id quod

Roſa vt præcox reddatur?

quod Palladius etiam tradit & alii. Facili & felici quoque labore præcocem roſam reddes, ſi luxuriantes cauliculos diligenter putaueris: ſic namque ſucciplenio- res reliqui caules fœtus ſuos celeriùs edent. Aliàs magna ſucci portio vel in brachia vel in frondes diſtrahetur. Voluit inſuper ac ſolent roſeta virgulto pangi, ſcrobibus breuiſſimis, aut ſulco, vt docet Palladius. Semine tardiſſimè proueniunt, vt & Plinius refert *lib.* & *cap. anteà cit.* Tardiſſimè, inquit, proueniunt ſemine, quod in ipſo cortice eſt, ſub ipſo flore opertum lanugine. Ob id potiùs caule conciſo inſeruntur, vel viui radice tranſplantantur. Fodi debent altiùs roſeta quàm fruges & leuiùs quàm vites: idque annis omnibus, non omiſsâ interputatione, quæ Martio menſe peragenda, pro cœli ſolique condicione. Hoc enim modo excultum roſetum longo perennabit tempore, iuxta veterum Geoponicorum obſeruationes. Quidam integra roſeta cum ſuis radicibus transferunt. Theophraſtus & Plinius quoque ſæpiùs ea transferri, vtile eſſe docent: ſic enim pulchriorem roſam effundi. Alii palmares taleolas cum iiſdem radicibus cubitali interuallo deponunt & crebris irrigationibus ac ſtercorationibus iuuant: nec non ad maiorem odoris fragrantiam intertextas roſis coronas iis ſimul adobruunt. Si odoratiſſimam roſam facere voles, ex Græci Didymi conſilio hinc indè allia conſeres: non quòd Roſa alliorum ſuccum imbibat, ſed quia eorum acrimoniâ & caliditate inſitæ roſis vires excitantur atque eliciuntur. Nam quæ ex frigiditate langueſcunt, calore exacui ſolent. Sed & alia ſubeſt ratio. Fœtidiorem enim odorem, tanquam naturæ ſuæ congruentiorem, allium ad ſe pertrahens ſuauiorem vnâ cum ſubtiliori nutrimento roſeto relinquit, & proindè per accidens, quatenus incommodam roſis alimenti portionem auertit ac præripit, commodiorem verò purioremque tranſmittit, eaſdem fragrantiores reddit. Ita & Coſtæus *in II. lib. de nat. plant. c.* 43. Sed, inquit, ſatione fœtidarum rerum propè flores, odore euadent ſua-

Roſæ alliis odoratiores redduntur.

uiore:

ore: vt ſi allium propè roſas collocaueris. Cùm e-
m ſimili omnia nutriantur, & ab alio, ſi quid terræ
etidi ineſt, in ſuum trahatur alimentum, quod reli-
uum eſt, purius remanet; idque in roſæ cedens nu-
imentum, ſuauioris in ea & ſucci & odoris eſt cauſa.
t illud addam, caleſcere vi allii terram proptereaque
calidius & elaboratius eſſe quicquid in roſam per-
rtur. Quamuis enim roſarum fragrantiæ grauiſſi-
us allii odor plurimùm aduerſari videtur, exhalantis
men & in proximam terram penetrantis vaporis tum
lore tum ſubtilitate tenuatus, qui roſis in alimentum
dat, ſuccus, in roſeto perfectiùs elaboratus, roſam
ddit odoratiorem. Vtut igitur odoris grauitate diſ-
nueniat inter allium & roſam, ſubtilitate tamen ſuo
uodam modo participare videntur. Nondum pate-
ctas roſas incorruptas ſeruabis, vt ſcribit Palladius,
in fiſſam viridem cannam calyces immiſeris eamque
uiter papyro aut cortice circumligaueris & eo tem-
re excideris, quo virides roſas habere volueris. Alii
di olla conditas & benè munitas ſub dio obruunt, &
custodiunt: calyces nempè ollæ, cuius fundus ſale
iùs ſit conſperſus, imponunt, & viciſſitudinariâ ca-
cum roſaceorum atque ſalis commutatione ſtratum
per ſtratum faciunt; obtectam probè ollam in cella
ponunt ad vſum. Vſus tempore roſas quas velint in
qua tepida per ſemihorium macerant, vt ſalſugo au-
ratur, digitorum & inſpirationis adminiculo didu-
is foliolis. Alii loco ſalis arenam Rhenanam ſumunt,
d conuenientis irrigationis ſeu humectationis non
bliuiſcuntur. Vita & vigor iiſdem permanebit, ſi a-
urcâ immergantur, vſuſque tempore purè abſter-
antur. Eaſdem macerare quis poſſet commodiùs o-
o de Been. Quidam Didymi conſilio hordeum, dum
dhuc in herba eſt, cum ſuis radicibus euulſum in fi-
ile non picatum demittunt, ibique roſas, priuſquàm
ehiſcant, diligenter operiunt, virideſque quamdiu
olunt, ac ſi eſſent in roſario patente, cuſtodiunt. Nõ-
ulli virentem hordei ſegetem pauimento ſternunt, &
roſas

Roſæ vt à corruptione præſeruandæ.

Inſitiones variæ. roſas in ea condunt. Florentinus Græcorum Geoponicorum excellentiſſimus memoriæ prodidit, roſam in mali corticem etiam inoculari, & ita malorum tempore ſeſe proferre. Quæ res an in aliis arboribus ſuum quoque locum habeat, & optato ſucceſſu inſtitui queat, ego non tam certi quid pronuncio quàm ſubdubito. Difficile fortaſſis id, ſi non impoſſibile, fuerit quemadmodum & id, quod Albertus ſcribit, roſam nempè viridem euadere, ſed inodoram; ſi in veteranum Braſſicæ, vel, vt alii volunt, Geniſtæ, caulem, aut Ilicem Aquifoliam (quam & Agriam & Agrifolium & Paliurum, & rigentem Ederam vocitant Botanici) inſeratur. Nimirùm præcox ſæpè eſt experientiam merntita opinio. Profectò omnem ſuperare fidem videtur id quod Ioannes Baptiſta Porta de mirabili quadam *Arbor mirabilis.* arbore ſcribit *lib. 2.* Magiæ naturalis. Nouimus, inquit, arborem, delicias horti nuncupatam, craſſitudinis & proceritatis non ingratæ: quæ præpingui, riguo, & ſuperfœtante ſolo conſita erat: vt tum vigore tum humi vbertate inſitis alimentum ſuppeditaret. Erat trifurca: in vno ramo vuam vnam & item alteram vinaceis vacuam diſcolorem & medicatam gerens: quarum altera ſoporem, altera alui deiectionem moliebatur. Secundus ramus Perſicum adferebat ex Perſico & nuci perſico interuallis pluribus æquè, diſtinctum abſque vllo oſſe. Quod ſi cui inerat, nucleum dulcẽ, vti amygdala, dabat: & nunc hominum nunc animalium faciem mentiebatur pomum, diuerſaque lineamenta demonſtrabat. Tertius ceraſia exoſſa acida ac dulcia emittebat: adhæc mala aurea. Cortex floribus roſisque conſitus erat: fructusque ipſi debitam magnitudinem ſuperabant, & aliis dulciores ac odoratiores erant. Vernò tempore efflореſcebat arbor & vltrà debitum tempus ſuos fœtus producebat, quamdiu in arbore morabantur, & continuæ fæcunditatis orbem toto anno miniſtrabant. Nam per quoſdam gradus poma ſibi ſuccedebant, & fœtura interpolabatur. Brachia ponderibus inclinata procumbebant: denique ſic cœlum fa-

uebant

ebat, vt pulchriorem arborem non conſpexerim. Si-
ilem ferè arborem (fortean Vtopicam) iuxta Tibur-
es Tullias natam Plinius narrat. Sed redeamus ad
enſum noſtrum. Si rubellam roſam candidulam red-
ere velis, ſulphuris ſuffumigio, arte Naturam cogen-
e, voto ſatisfacies. Cæterùm patitur roſetum non can-
haridum modò & ſcarabeorum odium, ſed & eruca-
um, aliorumq; inſectorum morſus & infectiones, ma-
imum frigus, aliasq; aduerſitates: vndè etiam ſæpiùs
orrumpitur, ſæpiùs ſterileſcit; vel quòd eo anno, quo
terileſcit, non fiat ſuccus idoneus ad floris confectio-
em, propterea quòd vlteriore operâ quàm pro foliis
lum percoquere nequeat: vt ita prioris anni ſuccus
rruetur inelaboratus ad coniunctionem ſocietatem-
ue cognati ſucceſſoris ſucci: vel quòd ipſa roſeti ani-
a ſeu vis florificans priore anno ſedulitate fatigata
orſan, non quidem per ſe, ſed infirmi ſui ſubiecti at-
ue organi ratione, ſequenti effœta conquieſcat. Eſt
nim Scaligero teſte *lib 2. de plant.* hoc omnibus ma-
erialibus commune rebus, vt agendo fathiſcant. Sic,
t idem ſcribit eod. lib. videmus vberiore prouentu
etas eſſe vineas anno poſtero, ſi priore gelaſcunt: id-
ue non ſine ſapientum admiratione. Vt contrà rebus
ueniat materialibus atque iis, quæ materiâ carent. Il-
e namque otio fiunt opulentiores atque valentiores
d operam futuram: immateriales opere non delaſſan-
ur: quin anima noſtra torpeſcit otio: frequentiori-
us officiis, functionum nobilitate atque crebritate
ultò vegetior euadit, Scaligeri ſententiâ *in Orat. pro*
ic. Concipit enim ex diuinitate ſua in ſe ipſam: parit
ræclaras illas ſoboles, quæ ſunt affines cœleſtium o-
erationum: itaque decedit nihil; niſi per accidens.
ublato namque corporis exercitio, mentis requie, iis
oris quas literarum ſtudiis impendimus, intentis ani-
i inſtrumentis in eam corporis partem, quæ rationis,
dicii, inuentionis moderatrix eſt, auertitur neceſſa-
lò Naturæ opus ab alendis membris. Fruſtrà enim
is illa, quam Galenus attrahentem vocat, laborat:

Fruſtrà eſt ea quæ retinet: nihil habet immutatrix quod immutet: expultrix, quod exigendum eſt, ne cæteræ quaſi in vacuo deſtituantur, non expellit. Quamobrem neque corpus nutritur, & corrupti humores ex arteriis nequaquam euaporant. Ex illo igitur imbecillitas, ex hoc morbi ſubrepunt, ex vtroque interitus ſubſequitur. Hinc illi pallores, facies exſanguis, oculi caui, frons contracta, infirmus ingreſſus ac vacillans. Sed regrediamur ab hac digreſſione ad rem propoſitam. Roſetum pati diximus partim inſectorum iniuriam (Inſidet enim roſeti tum virgis tum foliis connata ſæpè forſan è quiſquilioſo rore vel ſpermatico puluere vere quidem viridis erucula copioſiſſima, autumno verò *ῥοδωσκώληξ* ſeu *ῥοδωτέττιξ*) partim frigoris inclementiam: illam facilè tolles, ſi beſtiolarum illarum nidos ac ſeminaria tempeſtiuè amoueris, vel ſola aſperſione aquæ marinæ, vel ſalſæ vel lixiuii, vel etiam cinerum: hanc artis, Naturâ conniuente, beneficio auertes, ſi roſetum ipſum debito munimine defenderis. Muniendum autem vel ſtramineo atque alio etiam tegumento, vel filiceis ramis benè foliatis. Quibus ac ſimilibus præſidiis, à pruina, gelu, niuibus, immunes erunt atque ab iniquiſſimi Septentrionis feritate vindicabuntur.

CAPVT XI.

Forma primaria Roſæ cauſa efficiens.

RESTAT principalis ac primaria Roſæ efficiens cauſa, ipſa nempè forma ſeu anima. Hæc namque proprii ſubiecti ſui domina atque domicilii architecta eſt. Hæc omnium tum facultatum tum qualitatum radix atque baſis: omnium actionum atque operationum rectrix. Ab hac certè ſolidæ, quæcunque nobis perceptibiles, petendæ rationes. Naturæ omnia adſcribimus omnes. Nec immeritò. Eſt enim Natura promus-condus atque diſpenſator diligentiſſimus: eſt optimus Oeconomus: notum habet, quid, cuique, quantum, quomodo, quando conueniat. Scalig. *Comment.*

ent. in Theophr. de cauſ. plant. lib. 3. c. 1. Eſt vis forma-
m omnium inferiorum à ſuperioribus pendentium
effectione atque conſeruatione *exerc.* 20. Atqui, vt
: eodem Scaligero, *exerc.* 307. *ſ.* 29. loquar, natura ro-
anima eſt. Ipſa ſibi fabricat ad vitã neceſſaria: atq;
l vnionẽ cum corpore cõſeruandam ſtudioſè vegetat
viuificat: per radices alimentum attrahit: in virgis
›quit: recoquit in ramulis: perficit ſingulis in parti-
ılis, foliis, floribus, fructibus, &c. digerit in membra:
utat in corpus: ſufficit, vnit, inſtaurat, redintegrat.
›rma, ſeu anima, inquit idem Scaliger *lib.* 2. *de plant.*
ſſu primi ſummi vnius opificis normalem dirigit li-
am: cuius ad directionem metatur omnia. Ei calor
humor pro inſtrumentis; frigiditas & ſiccitas ad in-
rumentorum temperationem comparata ſunt ab ar-
ice omniſcio, cunctipotente; Iis illa vtitur, iura dat,
›n ab ipſis accipit. Certas habet à conditore leges
æ ſpeciei deſtinatas. Quòd ſi loca, ſi cœli ſegmenta,
l inclinationes, obtundant, obſtrepent; aduerſen-
r: pro modo materiæ ſuas vires periclitatur atque ef-
it, quantum ſatis pro copia proque inopia. Atque i-
efficientes roſæ cauſæ tum remotæ, tum proximæ,
imariæ, ſecundariæ, inſtrumentales, adiuuantes,
æparantes, conſeruantes, perficientes, dilucidatæ.
ıtequam verò ad finalem cauſam ſpecialem progre-
ar, compendioſam ex Scalig. *lib. de plant.* roſæ princi-
prum ἀνακεφαλαίωσιν ſeu recapitulationem quaſi
andam proponere placet. Sic fortaſsè dixiſſet ex A-
totele Scaliger: quatuor ex elementis confieri ro-
n, pro materia: certâ formâ, quæ in ſemine vel pro-
o vel analogo ſit, conſtitui: egere cœlo, vt educatur:
co, vt conſeruetur: alimento; quia eſt corpus vi-
ns: ergo creſcens: ergo ſolubile: ergo reparabile.
eque verò ſufficiens aër eſt, ſed præcentorem habet
lem, lunam, cætera ſydera. Erit itaque Aqua Roſæ
incipium, pro materia: aër pro loco: item terra. Se-
en autem ſiue principium ſiue analogũ tam ſit prin-
pium quàm planta ipſa tota in potentia. In ſemine

forma ſibi ipſi, quod commodum, exædificans domicilium. Locus & tempus concauſæ ſunt, reducunturq; ad efficientem ſicut & inſtrumentum.

CAPVT XII.

Finalis ſpecialis Roſæ cauſa.

SVpereſt, vt quæ ad Roſæ finem ſpeciali quadam ratione pertinere videntur, proponamus. Dictum verò ſuprà *c.* 1. Hominis gratia Roſam à Natura creatrice primùm productam, à conſeruatrice hactenus perenni continuatione propagatam eſſe, vt vel tanquam medicamentum, vel alimentorum condimentum, vel delectamentum, vel ornamentum illi inſeruiret. In his enim potiſſimùm generoſæ Roſæ, tot tantiſque virtutibus & facultatibus præditæ, finis & vſus conſiſtit. Atque vt ab vltimo initium faciam, non ſolùm in ornandis abacis, menſis, tabulatis, &c. ſed coronandis capitibus, olim quidem principum, teſte Plin. *lib.* 21. *Hiſt. Mund. c.* 3. illibatarum verò virginum potiſſimùm hodierno die, vſus eſt roſarum frequentiſſimus: velut præter roſas Caryophyllos etiam, Amaranthum, Violas & alios quamplurimos floſculos corollis ſuis ac ſertis inſerunt. Delectamentum conſiſtit in colore flagrantiſſimo, odore fragrantiſſimo, ſapore ſuauiſsimo qualitatibus formalibus potiùs quàm materialibus iamiam dilucidandis. Colorem quod attinet, cùm is perquam ſit elegans, elegantiſſima inſuper in forma reſidens, omninò hominem aſpectu delectare ſolet, adeò vt omnium oculos, in amore duces, in ſe conuertat: Pulchris enim, vtpote maximè amabilibus, cumprimis homines mouentur, delectantur. Et, vt Poeta canit,

Gratior eſt pulchro veniens de corpore virtus.

At verò, vt bonum atque amabile ſeu appetibile inter ſe conuertuntur, Metaphyſicorum placito, ita etiam conuertuntur pulcrum & bonum. Hinc καλὸν vtrumque Græcis, tam bonum quàm pulchrum, dicitur: quos & Plautus atque alii ſunt imitati. Nullum enim

malum

nalum pulchrum. Et eſt malum ad proportionem falſi:
alſum ad proportionem non entis: pulchrum ad pro
ortionem entis, ſicut & verum & bonum. Quemad-
nodum autem Roſa bonitatem, cunctasque cæteras
ualitates ſuas ac virtutes ab ipſa ſumma Bonitate
Deo, ceu Sole omnium illorum radiorum, qui in cre-
turis eluceſcunt) ita & ab eadem, quæ ipſa pariter
umma pulchritudo eſt, pulchritudinem ſuam habet:
uius comites ſunt gratia, admiratio, amor, deſide-
ium, delectamentum: gratioſa indè Roſa, admirabilis,
mabilis, deſiderabilis, delectabilis meritò vocatur.
Hinc & roſas vel in ſomnio videre, ſanitatem, gau-
ium, honores & dignitates indicat, veluti tradunt O-
eirocritici. Eſt autem color Roſæ non roſeus ſolùm *Color Roſæ.*
eu rubeus communiter dictus; ſed varii adhuc gene-
is, vti ſuperiùs in differentiis *cap.* 6. declarauimus. Ro-
eus tamen communiſſimus, Poëtis inſuper ſangui-
eus dictus, aliquando purpureus. Sic Claudianus:

Sanguineo ſplendore roſas, vaccinia nigro
Induit.

Et Nemeſianus *Bucol Eclog.* 2.

Te ſine me miſero, mihi lilia nigra videntur
Pallenteſq; roſæ, nec dulce rubens Hiacynthus:
At ſi tu venias, & candida lilia fient,
Purpureæq; roſæ, tum & dulce rubens Hiacynthus.

t autem Roſa ſanguinea ita & ſanguis roſeus appella-
ur: roſeus quoque dicitur viuidus florentis hominis
olor, ex rubro & albo mixtus, rubralbus; rubore ſan-
uineo penitùs diffuſo cum venuſtate. Talis equidem
t formoſiorum puellorum atque puellarum, nec non
orum, qui in pleno flore ſunt ætatis, venuſtiores &
alentiores, quibuſque ideò os, ceruicem, papillas ac
gitos roſeos tribuunt Poetæ: qualis roſarum incar-
ntarum propterea dictarum, quòd carni & cuti huma-
æ floridæ ſint ſimiles. Floridæ dico: plurimorum e-
im hominum luteus (vndè ioco dici poteſt: florent iſti
nquàm roſæ, ſed reſpectu flauorum filamentorum,
on rubeorum foliolorum, vel ad citrinarum ſimilitu-

dinem roſarum, quarum vnam aliquando manibus te-nens ioco-ſeriorum candidatus quidam adſtantem virgunculam acriore titillauit vexamine, referens, eam veluti recentem floreſcere roſam, ſed flauam interim roſellam ſuam reſpiciens) non paucorum luridus ac liuidus color pro ratione humorum. Qualis enim humor continetur in corpore, talis color effloreſcit in cute. Quamuis nec ſolis humoribus coloris rationem atque cauſam adſcripſerim: ſed ipſi potiùs fabricatrici formæ; quæ quod effingit, procul dubio etiam pingit. Chymici diſſentientes ſunt circa colorum principium. Quidam enim Mercurio colores tribuunt: quidam, vt Paracelſus ipſe, ſalem omnibus rebus colorem & formam dare ſtatuunt. Sed neque à Sale, neque à Mercurio colores prouenire probabile iudicat magnus Sennertus. Cum enim ſal benè purificatus ſit candidus, & perſpicuus, multò magis talis erit liquor Mercurialis aëreus, æthereus, puriſſimus: ac proinde rectiùs Sulphuri colorem attribui. Cl. Sennertus arbitratur: vt Sulphur ſit primum colorabile. Latet equidem in Sulphureis, pinguibus & oleaginoſis ſubſtantiis cauda quædam pauonacea Chymicis dicta, plurimis ac præſtantiſſimis coloribus variegata, opalina. Præſtat tamen meo quidem tenello iudicio, formæ primariò, ſecundariò imperceptibili atq; ineffabili elementorum ſecundùm Peripateticos, principiorum Chymicorum ſecundùm Hermeticos contemperamento aſſcribere colorum rationem, quàm incertis ac infirmis ſententiis illudere animo perpetuis inſtantiis vexando, certæ veritatis aliâs ſtudioſo. Miſera autem ingenia cum Scalig. *exerc.* 176. *ſ.* 1. iudicarim, quæ à ſolis elementis colorem, non à formarum facultatibus elicerent. Sunt, vt idem Scalig. *exerc.* 325. *ſ.* 1. loquitur, colorum cauſæ atque eſſentiæ tam controuerſæ atque obſcuræ intellectui quàm ſunt ipſi viſui manifeſti. Latet nimirùm Natura hæc, vt idem habet *ſ.* 4. ſicut & aliæ rerum ſpecies, in profundiſſima caligine inſcitiæ humanæ. Placet hîc obiter inueſtigare, cur quæ diutiùs diei æſtum paſſa

Chymicorũ de colore ſententiæ examinantur.

Quæſtio.

paſſæ fuerint roſæ, ruborem amittant? Ratio hæc eſt ſecundùm Scalig. *exerc.* 157. *ſ.* 2. Natiuus calor à cœleſti adiūtus euehit colorem naturalem ad certum gradum, ad quem ſine illius adiumento peruenire nequit. Illo opere perfecto peregrinus calor abſumpto humido, tenues partes, in quibus color ſuas ſedes habet, populatur. Sic & à cera videmus inſolatione colorem auferri, ablato melle, iiſque partibus expirantibus, quarum tenuitate conflatur color. *Solutio.*

CAPVT XIII.

Odor ſeu fragrantia Roſæ.

CÆterùm vt roſeus color oculis receptus, ſic odor naribus ſuſceptus mirificè oblectat: & hic quidem magis quàm ille. Vlteriùs enim & interiùs penetrat ipſoſque ſpiritus inſigni ſuauitate ſuâ afficit ac reficit, ardentes in calidiore cerebro grata refrigeratione contemperat. O halitum ægris ac ſemimortuis mortalibus vitalem! Non poſſum me continere, quin à Scaligeri mei (cuius ſubtilitas quidem ſuſpicienda, exſplēdeſcēs verò veritas magis ſuſcipienda) ſententiâ paulò rigidiuſculâ, quam *exerc.* 303. *ſ.* 7. profitetur, recedam, habitâ ad rationis & experientiæ tribunal appellatione. Et primò quidem tam non eſt abſurdum, cerebro, præſertim calidiuſculo, frigidiuſculos convenientiores eſſe odores, quàm eſt abſurdum potiùs, calidiuſculos omnino, Scaligeri iudicio, vtiliores ſtatuere. Anne nos continuâ inſpiratione calidiuſculum potiùs quàm frigidiuſculum aerem, cerebri excalfaciendi potiùs quàm requiſito moderamine refrigerandi gratia appetimus? haurimus? Vel in æſtiuo verſantes aëre vel in hypocauſtis degentes vel calidiuſculo cerebri temperamento à Natura præditos, vel febrientes atque alios conſulamus, vt controuerſiæ huius arbitri ex ipſo ſenſu ferant iudicium. Aduerſam, vereor, Scaligero ſententiam pronunciabunt; neque huic niſi ad ſuſpecta Peripateticorum ambulacra relinquent appellationem. A calidiuſculis affinitate Na-

turæ ſpiritus inſtaurari, Scaliger autumat. Verùm cùm non tam calidiuſculi quàm calidiſſimi ſpiritus ſint; præſertim è calidioris temperamenti corde oriundi, affinitate naturæ, Scaligeri fundamento, à calidiſſimis potiùs quàm calidiuſculis odoribus, Moſcho, Cinnamomo, &c. haud roſis, iidem inſtaurari deberent. Atqui reclamat tum ipſa ratio tum experientia. Nam à dictis calidiorum rerum odoribus nonnulli ſpirituum potiùs reſolutionem quam refectionem perſentiunt. Ignei namque naturâ ſuâ ſpiritus magis igneſcunt acceſſione calidorum acriumque odorum; vt ſi pro re nata nonnunquam, non ſemper tamen, calidiores odores accepti ſint. Et, ſi inuictum omninò quis cum Scaligero cenſeat argumentum illud à Naturæ petitum affinitate, acceptabimus id nos gratiſſimo animo, quodq; ad deſtruendum ſententiæ noſtræ firmamentum efformatum apparet machinamentum, hoc idem accommodatiſſimè transformabimus in robuſti⁹ fundamentum cui ratiocinationes noſtras faciliùs feliciuſque ſuperſtruere queamus. Affinitatem naturæ prætendit Scaliger. At verò iudicio eiuſdem Principis Præceptoris noſtri frigidum naturâ ſuâ (imò neceſſitate quapiam, ſi finem & vſum ſecundùm ipſorum Peripateticorum placita conſideremus) cerebrum. Refrigerans itidem Roſa, Viola, &c. Ergo & affinis. Ergo & conueniens. Neque enim ſolùm quis ſpirituum, ſed & quis cumprimis cerebri naturæ gratus & addictus odor ſit, reſpiciendum. Cæterùm affinitas Naturæ, illuſtriſſime Præceptor, annon tibi ipſi videtur in generatione vel nutritione potiùs quàm alteratione & contemperatione neceſſaria? Alteratio autem quædam eſt, ſpirituum in cerebro inſpiratione frigidiuſculi aeris odoriſve facta refrigeratio. Licet igitur calidiuſculi odores quibuſdam frigidioris cerebri hominibus accepti ſint, minimè tamen cæteris ſufficient naturis, quibus commodiſſima roſa fuerit propterea, quòd hæc non modò refrigerandi facultate, ſed & ſpirituoſâ quadam calidiuſculâ (vt hoc idem Scaligero meo) ſub-

ſtan-

antiâ prædita, quâ ceu vehiculo, celeriùs ac promtius refrigerans Roſæ odor ad cerebrum deducatur & romoueatur. Inſtaurationem ipſam quod attinet, on tam externo, quem continuè inſpiramus, aere vel dore, quod Scaliger innuit, quàm ſuccedentibus à orde per arterias ſpiritibus vitalibus in cerebro aninales inſtaurantur, quanquam odoras exhalationes, ræſertim frigidulas, vitali ſpiritui maritatas & ſubatas plurimum ad commodiorem animalis ſpiritus roductionem facere non diffitear. Sed motu natura-, regerit Scaliger, cerebrum haud calefit ita vt egeat eregrina refrigeratione. Plura hîc, prænobilis Heos, dum conſideranda mihi proponis grauitate ponerosiſſima, prætereunda eadem perſuades anguſtum z alienum hunc locum excedentia. Verùm ſi quicuam mihi bonâ veniâ proferre licet, paucis quod ſenio edicam. Et primò quidem non vniuerſalem, ſed nprobabilem ex parte propoſitionem iudicarim. Nā ametſi cerebrum ſecundùm ſimilarem ſubſtantiam onſideratum nunquam per ſe naturali motu dicto nodo calefiat, cùm temperamento frigidum potiùs ſit uàm calidum; calidis proindè ſæpiùs delectetur conortantibus non ſolum odoribus, ſed & topicis, &c. ontra intempeſtiuum. Quercetani *de Dogmaticis* iuicium *Tedrad. c.* 18. quatenus tamen venas & arterias um multitudine tum magnitudine inſignes continet pirituſque calidiſſimos fouet, atque inſuper perpetuo notu agitatur, imò ceu caminus aſcendentes ab infeioribus partibus exhalationes calidas ſuſcipit, ſimul tiam in tantum calefit, vt aere & odore frigidiuſculo otiùs quàm calidiuſculo opus habeat pro grata conemperatione. Neque enim, quod Ariſtotelis quidem ſſeclæ fingunt, actu & ad tactum frigidum eſt cererum. Hoc namque, Galeno teſte *lib.* 8. *de vſu part. c.* . quouis tempore multò multò calidius eſt aere: id uod experientia quoque teſtatur, impoſitis calido aduc cerebro ab oſſibus denudato digitis: quin etiam idemus facilè inflammari cerebrum. Quemadmo-

dum igitur Scaliger inquit: motu naturali cerebrum haud calefit ita, vt egeat peregrina refrigeratione: ſic ego: motu vel conſtitutione naturali, inquam, cerebrum non refrigeſcit ita, vt egeat peregrinâ calfactione: calefieret autem à calidiuſculis odoribus, quos Scaliger requirit, reiectis frigidiuſculis, quos natura appetit. Cætera à Scaligero obiecta argumenta firmioribus egent fundamentis. Quod enim ait: cerebrum non alio motu agitari, quàm arteriarum palpitatione, id ego vix conceſſerim. Sed cum ab hoc loco aliena ſit hæc controuerſia, lectorem tum ad alios Anatomicos & Medicos authores, Archangelum Piccolhom. Laurentium, Bauhinum, &c. tum præſertim ad nobiliſſimi & clariſſimi Præceptoris mei Dn. D. Melch. Sebizii *Exerc. Medic.* 21. *Probl.* 3 & 4. remitto. Satis eſt ſcilicet cerebro, pergit Scaliger, quantum ab aere accipit. Satius, inquam, quod & ab odore frigidiuſculo inſufficiens atque impertinens quod à calidiuſculo. Et (vt illuſtriſſimi Dictatoris verba non tam reiiciam, quàm ſyncerâ ad meam ſententiam accommodatione retineam) frigidis naturâ ſuâ cerebris adhibentur odores calidiuſculi tempore frigido, ætati, ſexui, conſuetudini, regioni; quemadmodum & cibi. Quare Momus in ipſa hyeme roſas, vtpote calidiuſculas, quemadmodum & alios frigidiora cerebra calfacientes floſculos, dicet naſci debuiſſe. Tandem ſi omnia omninò actu frigida à refrigerando cerebro abarceret Scaliger; potentiâ tamen, facultate & virtute refrigerantia, qualia roſacea, etiam actu calidiuſcula, ſcio, admitteret. Equidem iis quibus calidiuſculum capitis temperamentum, haud conducibilior effingi queat odor; licet abditâ quadam antipathiâ nonnullos afficiat potiùs quàm reficiat. Non paucos, vt quod per tenuitatem meam atque exiguitatem obſeruaui, candidè profitear, vtriuſque ſexus homines noui, quibus aduerſiſſimæ roſæ leipothymiam etiam cierunt. Sic Franciſcum Venerium Venetorum Ducem Feſto die ſacra auditurum ſacellani operâ recentes roſas illatas properè auferri

Roſarum odorem quidam ferre nequeunt: quam ob cauſam?

ferri iuſſiſſe, ne quod ſibi priuato ſæpè acciderat, in animi defectum incideret, recenſet in Theatro ſuo Zvvingerus. Et Nicolai II. Comitis Salmenſis filia ex Eliſabetha Baroniſſa de Roggendorff, virgo, roſarum odore extincta eſt in Vngaria, vt notat Henning in Geneal. Com. Salmenſ. Sed manifeſtior huiuſcemodi effectûs ratio in muliebri ſexu videtur. Vterus enim, qui iucundis & fragrantibus odoribus allici ac ſurſum trahi, iniucundis deorſum fugari, odoratis citari, fœtidis coërceri ſolet, ſæpiùs in cauſa eſt: quod mirum videatur, fœda præſertim ac fœtida ſimilibus à rebus abhorrere, contrarias appetere. Præterea Cardinalem quendam à roſarum odore abhorruiſſe, teſtatur Scaliger *exerc.* 153. *ſ.* 10. Erat is, ni fallor, Oliuerius Caraffa. Confer quæ Marcellus Donatus habet *de Hiſt. Med. mirab. lib.* 6. *c.* 3. Certum eſt, non omnes bonos odores omnibus commendabiles eſſe. Nonnullis damno fuit, malum olfacere, inquit Scalig. *exerc.* 142. *ſ.* 2. Talis mihi cognitus erat Epiſcopus cognominatus, ſenator Argentinenſis vt pientiſſimus, ita & prudentiſſimus. Vtinam verò à malis primi abhorruiſſent vel ſaltem abſtinuiſſent parentes! Vtinam etiamnum à malis abſtinerent poſteri mortales! Iucundiſſimi odoris cydonia quibuſdam ciere vertigines, idem Scaliger teſtatur loco citato: & affinis noſtra, addit, virgo quædam pulcherrima atq; nobiliſſima ſolo conſpectu Lilii penè vecors fit; peritura, ſi naribus hauſerit. Et *exerc.* 274. Plurimis acetum compeſcit vomitum: mulieri è Burgundia citare vidimus. Quibus afferrent mala faſtidium, plures nouimus. Harum rerum cauſas neque ego ſcio, neque ſcire labores tu. Excuſandi ſanè omnes illi, quibus occultâ quadam naturæ proprietate atque idioſyncraſiâ roſæ ſunt aduerſæ, vt meritò accuſandi, quibus iſtæ quidem nequaquam aduerſantur, ſed qui eaſdem vitioſo propoſito auerſantur. At verò Fortunius Licetus, Medicus & Philoſophus excellentiſſimus Patauinus in Tract. de his qui diu ſine alimento viuunt *lib.* 2. *c.* 197. neglecto & re-

iecto com̃uni indiuidualium proprietatum aſylo certis elementorum in conditionibus variiſque corporum habitudinibus ac temperamentorum manifeſtis qualitatibus ſolidas prædicti affectus admirabilis cauſas & rationes quærit. Quibus, inquit, olfactorii meatus ampliores & cerebrum ab excrementis perpurgatum ſicciuſque contigit, iis facilimè caput roſarum odore impletur maleque afficitur; perindè ac ſanis medicamenta noxia eſſe admonet Hipp. 2. *Aphor.* 36. Odorem enim vim habere medicamenti, docuit Ariſt. *lib. de ſenſ. & ſenſil. c.* 5. Quibus autem meatus odorandi anguſtiores, cerebrum pituita refertum atque humidius eſt, ii contrà roſarum odore, vt qui calidiuſcula exhalatione nitatur ſecundùm Ariſtotelem, non parùm recreantur: calore ſiquidem deobſtruuntur pori ſpongiodis ſeu cribroſi oſſis, qui muco vt plurimùm replentur, & excrementa cerebro infarcta concoquuntur: vndè partes hæ ab excrementis quoquo pacto purgantur & ad naturalem ſui conſtitutionem redeunt, in quo voluptatis ratio conſtituta eſt; quum autem pauciſſimi ſint, qui ſpongiodis poros poros perpetuò liberos cerebrique ſubſtantiam omni excrementitiâ ſeu aduentitiâ humiditate carentem & naturali temperie ſicciorem obtineant; multi viciſſim, qui cerebrum pituitoſo ſucco repletum, naturâ & ex accidenti humidum vſque adeò quum ſortiantur, vt deſtillante à cerebro iugi muco ad nares, olfactorios poros impediri quoquo pacto neceſſe ſit: quo nomine ſcitè ſcribit Hipp. *lib. de gland.* cerebrum eſſe metropolim frigidi & glutinoſi ſucci, ſanè proindè fit, vt à roſarum cæterarumque rerum fragrantium odore ferè omnes delectemur, pauci admodum capite doleant. Conſimiliter quicunque recluſos & hiantes habent odoratus, & vniuerſi corporis meatus, ſi citâ fuerint aluo præditi ac tenuioribus excrementis abundauerint, iis facilimè aluus ſollicitabitur vel à roſarum odore, quibus ineſſe vim ſolutiuam Meſues, aliique Medici longo compertum habent vſu: ſed quia vis hæc ſolutiua in odore admodum imbecilla eſt,

eſt, propterea iis tantummodò aluum ciet, qui ex-
uiſitè ſortiti fuerint propoſitas conditiones: cæteros
on mouet. Verùm vt verum fatear, patiuntur quæ-
am ex prædictis nobiliſſimi Præceptoris placitis gra-
iſſimas dubitationes & faciles nec contemnendas in-
tantias, quas hîc breuitatis gratia ſubticere præſtat:
uarum vim facilè quis effugerit, modò ad tutum
δοσυγχωρσίας aſylum confugerit, in quo inquieta &
erpetuò mobilia nonnulla ingenia acquieſcere nun-
uam poſſunt. At verò humanæ ſapientiæ pars eſt,
uædam æquo animo neſcire velle, inquit Scalig. *ex-
rc.307.ſ.29.* Et, vt idem habet *lib. 2. de plant.* quædam
lus negotii faciunt ad intelligendum quàm afferant
ructus etiamſi intelligantur. Imò, quod ego frequen-
er cogito, abſtruſarum cauſarum venatio in ſylueſtri-
bus Philoſophiæ deſertis ſæpiùs eſt infelix, producta-
que apparentium cauſarum ſpectra eâ quâ viſa ſunt fa-
ilitate euaneſcunt; adeò vt incertis ratiunculis res
ertiſſimæ nonnunquam implicentur magis quàm ex-
licentur.

CAPVT XIV.

HOc admiratione dignum: tantam viuendi ſcarabeis ineſſe facultatem, vt etiam diuiſi viuant, roſarum tamen odore eoſdem exanimari atque emori, vt tradit poſt Ariſtotelem, Theophraſtum, Plinium ac Ælianum Iulius Cæſar Scaliger *Commentar. in Theophr. de cauſ. plant. l. 6. c. 7.* Scarabeis, inquit, roſæ officiunt. Rationem ibidem habet. Scarabeus enim intrà ſtercus nidum ſuum facit. Quin roſaceo oleo ſi inungantur, moriuntur, vt tradit Clemens Alexandrinus, exemplo perſimili in vulture, auium omnium ferè rapaciſſima, quæ eodem vnguento moritur, cadaueribus oblectatur. Quam inter roſas & ſcarabeos horumque affines cantharides antipathiam Vlyſſes Aldrouandus etiam *lib. 4. de inſectis* edocet. Cantharides, inquit, ſcarabei & huius generis inſecta plurima ita fœtoribus & ſordi- *Scarabei & cantharides roſas ferre nequeunt.*

bus,

bus, ex quibus originem duxerunt, delectantur & illis ſuſtentantur, vt contrà odorum ſuauitate planè exanimentur & pereant, ideoque roſis inſidentes ſcarabei vel cantharides torpeſcere & tandem emori dicuntur. Propterea etiam cantharides, quæ in roſis reperiuntur, Plinio teſte, minùs efficaces ſunt. Roſarum enim beneficio perditur illorum maleficium, & cauſticarum cantharidum roſio à roſis infringitur: Imò, quod admiratione dignius idem Aldrouandus refert, ſi erucæ, quæ in roſis naſcuntur, numero centum coquantur in oleo, iſtoque falces, quibus putaturus es vites, illeueris, teneros pampinos & à cantharidibus & à pruinis ſeruabis incolumes. Equidem ſi iocorum acie admirationis nodum ſcindere mihi licet, de miſorhodis ſcarabeis atque cantharidibus quod ſentio dicam. Similes videntur ruſtico illi, qui cum ei in leipothymiam incidenti accurrens pharmacopæus aquam roſaceam exhibuiſſet, & fragrantiſſimum balſamum adhibuiſſet, longè peius habuit, vt magis magiſque labefactari videretur: cùm autem aduenìens ruſticus, cui ruſticorum mores & humores omnium optimè noti eſſent, remotis illis delicatioribus confortantibus præ pedibus in via iacentem recentem & adhuc fumantem equi balſamum occidentalem naribus admouiſſet, ſubitò refectus vires integras recuperauit. Profectò cùm ſcarabeus in ſtercore viuat ac ſtercore delectetur, haud mirum eſt, roſas, quæ aliis habentur in deliciis, illi eſſe in mortem. Ita decent ſimiles ſimilia labra lactucæ. Cæterū odoris æquè ac coloris primaria cauſa & principium roſæ forma eſt, variis quidem ſtipata & adiuta facultatibus, qualitatibus, accidentibus. Chymicis odorum principium ſulphur eſt: ac ſi ſit primum odorabile.

CAPVT XV.

Cur odoratiſſimorum

NObilis hîc inter alias de odore meditationes occurrit quæſtio: quam ob cauſam nimirùm odoratiſſi-

ſimorum florum plantæ ſint inodoræ? vt Roſæ, Vio-, Lilii, Ieſemini. An tota vis in vnum apparatur? quibuſdam enim plantis, vt rectè notat Scaliger *ex*.141. *ſ.* 1. flores tantùm odorati, non etiam fructus: roſæ. Aliis è contrario, vt Malis Apiis & Cydoniis. onnullis radix, cætera non: vt Benedictæ Caryoyllatæ. Quanquam & aliquibus radix & flores: vt di. Sunt tamen etiam, ſed perpauca, quibus redont omnia; vt fœniculo radix, ſtipes, flos, fructus. uibuſdam cortex ſolum, vt Cinamomo) An ea vis in imido igneo, atque ſubtili; quod ſuapte naturâ peextrema? Earum plantarum humidum in flores à lore tractum, ſubuectum, attenuatum? Omninò ita tuo, Scaligerum ſecutus *Comment. in Theophr. de cauſ. lib.* 6. *c.* 21. *florum plantæ inodoræ?*

Alia quæſtio eſt tum ſubtilis tum vtilis & iucunda: ii res frigidæ, roſæ, ſint odoratæ, cùm odorata omnia lere ab omnibus ſit affirmatum? Quam decidens aliger *exerc.* 151. Hæc ſumma eſto, inquit: nihil eſſe loratum frigiditate, tametſi quædam frigida odora-. Ergo & Roſa & ſandala, & violæ & Camphora, ſi frigida ſunt & odorata; videatur, aut æqualiter in s vtrumque valere: aut calorem magis: quandoidem plus odorata ſunt quàm inodora. At ſi vincit gidiras: odorem quoque vinci par eſt. Non enim aliditate, quæ victa eſt, poſſit odor procedere: ſed rigiditate, quæ vicit τὴν ἀοσμίαν: quia calorem vi-. Coactus Græcè loquor, qui id Latinè vel neſciam l non audeam. Quæſtio pulcherrima eſt & medico iudicia tum facienda tum pronuncianda maximè ceſſaria. Argumentum quoque ipſum non ſolùm n ineptum, ſed etiam cumprimis validum. Hunc modum breuiſſimè reſpondeamus. Ad calefacienm multo calore opus eſſe: ad odorem parum, ſatis. ficax enim ad imbecillam effectionem parua quanas. Sed de hac re plura inferiùs.

Inueſtiganda porrò nobis hoc loco ratio; cur trita

roſa

roſa gratum ſpiret odorem? cùm tamen Cinamomum, Santalum, lignum Aloes, Rhodium, & alia quamplurima odorata tantò magis redoleant, quantò magis teruntur. Antequam autem ad hanc quæſtionem reſpondeam, hoc addo, in aliis id quoque floribus odoratis obſeruari æquè ac in ipſa Roſa, vt violis, Caryophyllis, Baſilico: cuius memoria notatu digniſſimæ Hiſtoriæ recordationem nobis commendat, quam paucis ex Guicciardino huc transferre vt licitum ita l bitum. Ludouicus Sforzia, miſſo ad Genuenſes legato, qui magnam pecuniæ vim ab eis exigeret, eoque prandio ab aliquo vrbis optimate opiparè excepto, fco tulit, vt ab accubatione epulari in hortis ambularet, animaduersâ herbâ illâ, quæ Baſilicum dicitur ad legatum inquit: Domine hanc herbam leuiter tracta & co fac: cui morem gerens legatus ſuaueolentem herbam deprehendit. Cui rurſum conuiuator; herbam manu iam preme & odorare: cui etiam tunc acquieſcens odorem admodum iniucundum & inſuauem eo afflari profeſſus eſt. Hîc rurſum nobilis legato: Domine inquit, ſi Dux Ludouicus molli ſuæ potentiæ manu vrbem hanc tractet, lætam & obſequentem inueniet; ſi verò nimis illam premat, ingratum rebellionis & impatientiæ odorem haud dubiè percipiet. Sic & à capitaneo quodam interrogatus ego, qui fiat, quòd contrita vel contuſa roſa non vt integra & recens oleat, reſpondi, non aliam id fieri ob cauſam, quàm quòd integrâ ſorte ſuâ florentique virtute fruſtrata neceſſario langueſcat, nec poſſit non denegare quod in ſe confrac ſum ac diſperditum: ſubditorum id exemplo pateſcere, qui preſſi nimiùm, exhauſti, ac de floridi ſtatus integritate conſuetâque libertate deturbati non poſſint deperditas exerere vires aut priſtinâ alacritate contribuere deprauatas & ad extremum diminutas facultates. Quæ ſcita ſatis apophthegma fortean haud diſplicent ſapientiſſimis magiſtratibus tum Politicis tum Eccleſiaſticis tum Scholaſticis tum Oeconomicis. Iam ad propoſitum reſpondeo: partes eſſe in floridis roſ

foli

liolis diuerſas; ſecundùm Spagyricos quidem Sau-as, Sulphureas & Mercuriales; ſecundùm verò Do-maticos calidas & frigidas, plures tamen frigidas; at-ue hac ratione roſam frigidam cenſeri; calidas verò artes, quæ ſunt in ſuperficie foliolorum & proindè roximæ aëri, in ſubtiliſſimo conſiſtentes ſulphuris enere, propter tenuitatem exhalare. Quòd ſi ergò onteratur Roſa, permiſcentur plurimæ partes craſſæ, rreſtres ac frigidæ cum calidis ac tenuibus in ipsâ ontritione: quæ partes calidiuſculæ ac tenues cùm : paucæ ſint, & volatiles, quas ſuauis, ac ſubtilis o-or prodit; facilè diſpereunt, prædominantibus inte-m craſſioribus ac terreſtrioribus, inodoris. Quan-uam aliâs pleraque odorata in ſtirpium genere partes alidas & ſiccas aut intùs tantùm obtineant, vt ea quæ on niſi trita odoratum feriunt: (Nam exteriùs terre-â, craſſâ, frigidaque veſtiuntur eſſentiâ, quæ exhala-onem odoris partium externarum prohibet) aut per otam plantam, aut aliquam eius partem, hoc eſt, tam ntùs quàm foris, vt omnia quæ trita & non trita odo-em reddunt. Cæterùm cùm omnium fragrantiſſima : Roſa; Scaligeri iudicio *ex.* 141. *ſ.* 4. odore ſuauiſſi-a. Gal. *lib.* 4. *de ſimpl. med. facult. c.* 22. veteres eâ plu-mùm delectati ſunt. Hinc ſcribit Galenus, è Roſis ctas coronas in conuiuiis vſitatas fuiſſe *lib. de cauſ ocat. c.* 1. Eas autem coronas refrigerare teſtatur *lib. de ſimpl. med. facultat. c.* 9. & capitis dolorem, ex ebrie-te ac æſtu, Solis præſertim, ortum, ſiſtere, tum ibi-em, tum *lib. de remed. parat. facil. c.* 1. Refert idem Ga-n. *lib.* 1. *de arte cur. ad Glaucon. c.* 14. & *lib.* 10. *meth. med.* 8. Veteres roſis pauimenta refrigerationis ac recrea-onis gratia conſternere ſolitos fuiſſe. Et, vt Spar-anus notat; Commodus ab Adriano adoptatus le-os ſibi fecit ex reticulis, quæ roſarum foliis re-rſit, vt ſtragula ex foliis Liliorum. Lampri-us ſcribit, Heliogabalum primùm triclinia, le-os, ac porticus omni florum genere ſtrauiſſe. t, vt Cicero teſtatur, Bithyniæ reges puluinis in-

Veteres odore roſeo plurimùm delectabantur.

cumbebant, roſis infarctis. Haud præter rationem igi-tur Alexis apud Athenæum dixit, ὑγιείας μέρος μέγιστον ὀδμὰς ἐγκεφάλῳ χρηστὰς ποιεῖν, id eſt, maxima ſanitatis pars eſt, odores cerebro, bonos facere. Nec tam ſupi-nè exiſtimandum, odorem nudam exhalationem mera-rumque excrementum eſſe: qui res adeò diuina ſit Scaligeri ſententiâ, vt in ſuffitionibus apparere credi-tus ſit iter Diis priſcis ad humanos congreſſus, quoties euocarentur. Quare diuinam eſſe partem eius maxi-mè corporis in quo ſit, idem pronunciat Scal. *Comm. in Theophr. de cauſ. plant. lib. 6. c. 35.*

CAPVT XVI.

Sapor Roſarum.

VT flagrantiſſimus Roſæ color oculis receptus, fragrantiſſimus odor naribus ſuſceptus, ita ſuaui-uiſſimus ſapor linguâ perceptus non modò delectare, ſed & recreare ac reficere plurimùm ſolet hominem. Licet enim Roſa tum adſtringentem tum auſteriuſcu-lum, tum amariuſculum obtineat per ſe ſaporem, ſua-uitatis tamen ac dulcedinis tantum abeſt vt expers ſit, vt etiam ſuauiſſimus ex eadem liquor eliciatur: qui in Magirica arte ad conciliandum ſuauem atque gra-tum ſaporem, variis eduliis & condimentis, pulmen-tis, paſtis regiis, panibus Marciis, pineolatis, emul-ſionibus lacteis amygdalinis & margaritinis, panate-lis roſatis ac cæteris alimentis medicamentoſis dicti haud vſitatior reperitur. Vt de medicamentis nunc nihil dicam, quibus omnis ſæpè gratia roſaceâ aqua vnicè conciliatur. Teſtes mihi ſint vel ſolæ aquæ per-latæ ſeu emulſiones margaritarum dictæ. Imò & i-pſum acetum roſaceum, licet minimè dulce ſit, non contemnendâ tamen ſuauitate præditum iis videtur, qui acetoſa haud omninò abhorrent. Vt innumeris atque inenarrabilibus facultatibus dotata & ditata ro-ſa ſola cunctis iis exſplendeſcere videatur donis, qui-bus ſingulis aliæ particulatim præditæ concelebrantur

plan-

lantæ. Sed vltrà propoſitos limites expatiari calamus idetur. Neque enim vel minutiſſima, ſpecialiſſima, : triuialia quæque , vel impertinentia vniuerſalia & lanè aliena proferre animus eſt. Inuentis addere pluia nemini fuerit difficile. Antequam autem hoc caut finiamus, vnicum hoc addamus; mixtum, non mplicem, eſſe in roſa ſaporem & quaſi dulcamaraciulum, ſuauamarulentum, ob multiplices quibus rædita Roſa, ſubſtantias, qualitates, virtutes : vaiamque rerum eſſe ſuauitatem. Quibuſdam enim æc, quibuſdam alia videri ſuauia vel inſuauia, prout onſtitutæ mortalium naturæ. Præterea, ſi non ipſa idis atque cruda roſa, roſacea tamen medicamina int ſuauiſſima plurima. Cùm igitur, quâ ratione oſa tum oblectamenti tum condimenti gratia à beigniſſimo creatore homini ſit conceſſa, demonſtraerim; ſupereſt, vt quibus facultatibus & viribus tanuam medicamentum eidem inſeruiat, exponam.

CAPVT XVII.

Roſa vtiliſſimum & vſitatiſſimum ſimplex medicamentum.

CErto certius eſt; Roſam plurimis præſtantiſſimis virtutibus à Natura dotatam omnium eſſe ſimpliium & vtiliſſimum & vſitatiſſimum. Vt enim inter nineralia & metallica aurum; inter animalia Vnicoru, excellit : ita inter plantas excellit florentiſſima oſa. Quanquam & vinifera vitis (Bacchicæ cohors vita) maximè celebranda ſit ob infinitas infinitom, quæ ex ea promanant, remediorum facultates; irpis ſcilicet ipſius variarumque partium, tum & exreſſi vini, educti ſpiritus, collecti tartari, aceti, lahrymarum, quibus enormes ebrioſorum bibonum eplorantur exceſſus. Sed vitis vires vinique & vitiineorum medicamentorum virtutes peculiari tracta- recenſendæ. Roſaceis certè medicamentis ſi non ro cuiuſque voto ſat citò ſemper, ſat benè tamen, tu & iucundè, quæ in vnaquaque felici curatione comendantur requiſita, laborantibus ſuccurrimus. Ne-

que vllum nominari poteſt ſimplex, quod tam multa præſtantiſſima ingrediatur prophylactica pariter & therapeutica, interna & externa pharmaca, ac ipſa generoſa Roſa, velut inferiùs declarabitur. Cùm verò Roſa ſimplex ſit, varia conſtituens & ingrediens medicamina compoſita: omne autem ſimplex certis viribus & facultatibus præditum certâ actione atque alteratione operetur ſuamque in humano corpore prodat efficaciam, quænam illius, quibus prædita commendatur, qualitates, virtutes, proprietates, operationes ſint, porrò recenſendum. Roſæ qualitates vel manifeſtæ ſunt vel occultæ. Manifeſtæ ſunt & dicuntur tum ratione affectionis, quia ſenſus noſtros afficiunt, ſeu quia qualitates ſenſibiles in patiente, ſentiente, excitant, tum ratione cognitionis, quoniam manifeſtæ & euidentes illarum cauſæ ſolidæque rationes reddi poſſunt: ſuntque tum primæ tum ſecundæ tum tertiæ. Primas, quæ ex primorum elementorum permiſtione ac temperamento immediatè oriundæ reliquarum manifeſtarum facultatum veluti fundamenta ſunt, in roſa omnes deprehendimus: tum actiuas dictas, caliditatem & frigiditatem, tum paſſiuas, humiditatem atque ſiccitatem. Notandum verò qualitates & virtutes Roſæ (vt & aliorum plurium ſimplicium) non ſimpliciter ac per ſe ſed relatiuè πρὸς τὸν ἄνθρωπον, ad hominem quatenus refertur & accommodatur, conſiderandas eſſe. Caliditas in roſis obſcurior eſt frigiditate. Calidiuſculæ quidem roſæ ſunt ex parte & ſecundùm quid, ratione admixtæ cuiuſdam aëreæ & igneæ, ſeu, vt Hermeticè loquar, ſpirituoſæ & ſulphureæ ſubſtantiæ: quam & ſpiritus prodit & oleum ſtillatitium. Spirituoſa ſanè ſeu ætherea illa, quæ cunctis plantis, maximè verò viti viniferæ inſita tum vitam tum vigorem conſeruat, ſubſtantia, ſubtiliſſimo vitriolo quodammodo aluminoſo, ſeroſo Mercurio & puriſſimo ſed pauciſſimo ſulphure contemperari, & ſubtilioribus quibuſdam abſtruſiſque igniculis præluſtrem Roſam imprægnare ac veluti animare videtur

Qualitates & virtutes Roſæ.

Roſa calidiuſcula quadantenus.

deturr

ſetur. Quidam calidam in roſis qualitatem leuiculis, vt cum Galeno verum fatear, ratiunculis demonſtrare ſatagunt. Primò rubra aiunt calida, roſas autem rubras ac proindè calidas eſſe. Sed infirmum fundamentum communiſſimarum inſtantiarum vi facilè corruit. Fraga namque, ceraſa, corallia & alia non ſolùm non calida ſed imò frigida atque etiam frigidiſſima quædam rubra ſunt; vt æquè minùs omnia rubra calida ac omnia alba frigida videantur. Notandum itaque, colores in ſimplicibus medicamentis nihil certi de naturis, facultatibus & qualitatibus ſignificare, docente Galeno *lib.* 1. *de ſimpl. med. facult. c.* 2. & *lib.* 2. *c.* 3. & *lib.* 4. *c.* 23.

Secundò: omnia odorata calida: Roſas autem odoratas eſſe, prætendunt. Ex quibus præmiſſis principiis firmior quidem quàm ex prioribus elicitur concluſio: cùm & ipſe Galenus *lib.* 4. *de ſimpl. med. facult. c.* 22. omnia odorata calida pronunciet, quòd vaporoſa eorum ſit ſubſtantia: vaporum autem copia à calore proueniat. Confer Scal. *exerc. c.* 151. Verùm conceſſâ minore præmiſſarum; maior tamen adeò firma non eſt, quin pluribus obnoxia ſit inſtantiis. Etenim non ſolùm roſæ, ſed & violæ, ſandalum, &c. fragrantis ſunt odoris, refrigerantis interim virtutis; contrà calx, ſulphur, Arſenicum nullius fragrantiæ, calidiſſimæ tamen qualitatis. Sunt præterea valdè odorata Hyoſcyamus, Cicuta, Stramonea, & pomorum amoris herba: neque tamen calefaciunt. Ex ſolis itaq; odoribus medicaminum qualitates certò explorari nec debent, nec poſſunt, veluti Galenus *lib. de ſimpl. med. facult. c.* 3. teſtatur: & *lib.* 4. *de ſi. me. fac. c.* 23. aſſerit, incertum & fallax eſſe ex odoribus petitum de tota medicaminum facultate iudicium. Quæ namque odorata ſunt, tenuia quadantenus eſſe atq; calida; verùm eius tenuitatis atque caliditatis haud conſtare quantitatem, velut in roſis: principalem verò atque veram cauſam, ob quam ex odore nihil certi de temperatura ſtatui queat, dicit inæqualitatem eſſe ſubſtantiæ. Pleraque enim ſimpli-

Partes in Roſa diſſimilares ac heterogeneæ. cia non ſimpliciter talia, ſed quadantenus compoſit ſunt & partium diſſimilarium; quarum quædam terrenæ, quædam aëreæ, quædam aqueæ. Ex quibus illa ſolùm euaporant & olfactum noſtrum feriunt, quæ tenues ſunt, calidæ & probè elaboratæ, quarum etiam conſumptione Roſæ celerrimè reſiccantur. Cùm ergo non omnes roſę partes exhalent, rationi conſonum eſt ex ſolo odore de vniuerſa eius facultate iudicium ferri minimè poſſe. Atque ita ſimul à me reſponſum ſit ad alteram propoſitionem. Roſam enim odoratam eſſe, id ipſum eſt, quod aſſeuero, ſed ex parte tantùm & ſecundùm quid, ratione quarundam tenuium calidarum vaporoſarum, ſeu, vt Cardanus loquitur, fumoſarum partium: quo reſpectu conſequenter etiam calidas eſſe concedo. Verùm quia frigida ac terrena in roſa ſubſtantia calidis ac tenuibus prædominatur partibus, experientiâ acclamante, frigidam potiſſimùm roſam ſtatuo, præſertim candidam, minùs rubram, minùs incarnatam.

Tertiò obiiciunt: amaras ſapore roſas eſſe: cuncta verò amara calida, Ariſtotele, Galeno, & aliis (excepto Auerrhoe) authoribus teſtibus. Breuiter reſpondeo: cùm roſa ſimplex ſit non-ſimplex: partes quaſdam in ea amaras ac proindè calidas eſſe; quæ cùm à frigidis ſuperentur, ab hiſce etiam frigidas potiùs quàm calidas roſas dici, non aliter quàm cichorium, opium, &c. A potiori namque fit denominatio. Scio quæ grauiſſima hoc loco ob peculiarem amari ſaporis naturam & vim agitari poſſet controuerſia: nec non de Opio. Sed alienis ſuperſedendum. Hoc ſaltem addiderim, ſaporem nonnunquam etiam fallere: tunc nimirùm, cùm ſapor vnus obfuſcat alium, vt nō ſentiatur, tametſi plurimus adſit, vt in Roſa, Cichorio, Opio, amaritudo ſaporem tegit partium refrigerantium. Ita pauxillum vini rubri colorem obtundit vini albi caloremq; conſequenter obſcurat, vt non niſi aliis indiciis animaduertatur. *Sapor ſapè fallit.*

Quartò proferunt tenuem Roſæ ſubſtantiam, & quò

uòd ex ea ſpiritus eliciatur atque oleum : conficianur inſuper purgantia, quæ aliàs calida remedia : haeatq; quaſi mordicationem quandam; ſed & dulcenem, Galeni teſtimonio *lib. de ſimpl. medic. facult. c.15.* d quæ & ſimilia cùm ex ſuperioribus facilimè reſponeri poſſit, & verò breuitati ſtudendum mihi ſit, ad alram actiuarum qualitatum me confero. Frigiditas ea t. Quam Roſæ vnanimi conſenſu authores attribu- *Roſa frigida* nt, ipsâ ducti & edocti experientiâ: quæ applaudenes etiam habet non contemnendas rationes. Aquoſas amque Roſa partes obtinet, Galeno teſte *lib. 8. ſimpl. ed.* Atqui aquoſa frigida. Principium enim ſuum ſaiunt 2. terreſtreitate ſuâ adſtringit & repellit, teſte Dioſc. Galen. Meſ. &c. Adſtringentes verò plantæ friidæ. Quod quidem endoxum argumentum nonnuls paradoxum videtur. 3. Licet aliquæ in roſa calidæ artes animaduertantur, plures tamen frigidæ, illarum ictrices, depreheunduntur, quod vel facilimè ex opeationibus Chymicis clarum reddi poteſt. Nam ſi ros vel integras vel contuſas vitreæ indideris cucurbiæ, admoto igne aquam elicies per alembicum, virtute rigidam : in fundo inuenies materiam terreſtrem ac roindè etiam frigidam potiùs quàm calidam. In hac uidem, præter ſalem, fixi cuiuſdam ſulphuris, quod alidum, veſtigia quaſi quædam, in illa olei calidiuſuli, & ſpiritus admixtam portiunculam obſeruabis. At verò ſi ipſa roſarum, folia marmoreo in mortario utuderis ſuccumque expreſſum ac filtratum in B. M. eſtillaueris ad medietatem vſque, præſtantiſſimam rimùm acquires aquam; deindè, ſi alteram reſtantem medietatem filtraueris, & vitro inditam, obturato robè orificio, ſoli expoſueris ad aliquot ſeptimanas, cetum acquires roſaceum præſtantiſſimum. Per ſe iamq;, meliùs tamen addito fermento, aceſcet liquor lle. Atqui frigida ſunt & aqua illa & acetum iſtud. 4. Calidam capitis intemperiem ſiſtit, dolores auertit, ſiue coronæ roſaceæ capiti imponantur, ſiue contuſæ roſæ applicentur, ſiue liquor, ſuccus, oleumve roſa-

rum illinatur, teſte etiam Gal. *lib. 3. de ſimpl. med. fac. c. 9.* aliiſque plurimis locis. Hinc æſtate quoque roſaceo contemperanda eſſe medicamenta topica, *lib. 6. meth. med. c. 3.* monet idem Galenus cuidam nocturnis Veneris imaginationibus vexato ſubſtratas in lecto renibus roſas refrigerationis ergò commendauit *lib. 6. de ſan. tuend. c. 14. Libro 10.* verò *meth. med. c. 8. & lib. 1. de arte cur. ad Glauc. c. 14.* febrientibus conſuluit, ſternerent plurimas in cubiculo roſas refrigerationis gratia, quod etiamnum diuites factitare ſolent. 5. Affectibus calidis reſiſtit, vigilias moderatur, inflammationes non ſolùm capitis, ſed & oculorum, cordis, cerebri, ventriculi, hepatis, renum, extinquit. Ergo frigida ſit neceſſum eſt, cum contrariis contraria curentur. Notandum autem ex Galeni *lib 3. ſimpl. med facult. c. 9.* refrigerare hic idem eſſe ac refrigerandæ humanæ naturæ facultate pollere. Sed inferiùs plura tum communia tum particularia recenſebuntur medicamenta roſacea, quorum operationes ſufficientiſſimum frigiditatis in roſa teſtimonium erunt.

Paſſiuæ in Roſa qualitates.

Paſſiuas nunc attingamus, quæ in Roſa obſeruātur, qualitates; humiditatem & ſiccitatem. Humiditas in recentibus perquirenda roſis ſucciplenis. Exiccant enim & ſtringunt aridæ: quamprimùm nimirùm humidiores exhalarunt partes: quam ob cauſam etiam corrugatas eas atque imminutas videmus. Id quod & Galenus edocet *lib. de inſtrum. odoratus.* Roſæ, inquit, cùm exſiccantur, minores fiunt, quia exhalat ex earum ſubſtantia pars humidior.

Siccitas roſis, præſertim rubris, tum à Botanicorum Patriarcha, Dioſc. *lib. 1. c. 112.* tum à Gal. *lib. 8. de ſimpl. medic. facul.* tum ab Auicenna, Meſ. & aliis attribuitur. Manifeſtior ea in aridis quàm recentibus. Et manifeſtior in roſarum flore ſeu coma, teſte etiam Galeno, Paulo Ægin. Oribaſ. Aet. Auicenn. &c. quàm ipſis roſis. Proditur quin etiam adſtringendi & corroborandi facultate aliiſque viribus, inferiùs commemorandis.

C A-

CAPVT XVIII.

Ecundas quod attinet qualitates, ſeu facultates, prædita eſt roſa, vt ex modò dictis conſtat, adſtrin-ndi, contrahendi ſeu conſtipandi, repellendi, deter-ndi ſeu mundificandi virtute, ſicca præſertim, mo-entibus Dioſc. Gal. Auic. Orib. Meſ. &c. recens etiam eriendi vi pollet. *Secundæ Roſarum qualitates.*

Tertiæ in roſa qualitates ſunt, vomitum, præſertim nguinolentum menſes, hæmorrhoides, & alia ſan-uinis profluuiâ ſiſtendi, glutinandi, ſudorem compe-endi, corroborandi caput, cor, ſtomachum, hepar, re-es, vterum articulos: vnde etiam pro cephalica, car-aca, gaſtrica, hepatica, nephrica, hyſterica & arthri-ca frigida habetur. Princeps eſt inter cordiales dictos ores. Ingreditur frequentiſſimè pharmaca bilem di-erentia ſeu concoquentia & purgantia. *Tertiæ in Roſa qualitates.*

CAPVT XIX.

AD occultas Roſæ qualitates quodammodo referri poſſet modò dicta facultas eius cholagoga, m & appropriata corroborandi virtus viſque peſti-ga & alexicaca. Occulta quin etiam proprietas oph-halmica ea eſt, ſed vereor, ne ficta, cuius mentionem acit Zoroaſter in ſuis de Agricultura obſeruationi-us Græcis. Scribit enim, & ex eo Mizaldus tranſſcri-it, oculos eius dolorem non ſentire anno toto, qui ro-arum calyces, antequam in flores explicentur, leni ta-tu luſtret, earumque alabaſtrulis viſum detergat, illis n roſario parente, relictis. Quod alii verum eſſe con-endunt in eo, qui primus calyces in frutice occultatos iderit. Aliâs quidem ros ille, qui roſis adhæret, pinnu-â mundâ lectus & palpebris illitus oculorum lippitu-ini medetur. Eſt & ſpecifica atque occulta illa virtus, uâ roſacea medicamina iis conferunt, quibus can-harides, roſarum hoſtes, propinatæ, præſertim verò *Occultæ Roſarum qualitates.*

oleum roſaceum commune potum, nec non Iulep. &
aqua. Occulta quoque illa ſylueſtris roſæ radicis qua-
litas eſt, quâ morſibus rabidorum canum aduerſatur
læſisque medetur. In Lacetania namque proximâ Hi-
ſpaniæ parte, vt refert Plinius *lib.* 25. *c.* 2. miles quidam
à cane rabido demorſus matris abſentis ſomnio reme-
dium inuenit. Hæc enim in quiete vidit, vt radicem
ſylueſtris roſæ, quam cynorrhodon vocant, blanditam
ſibi aſpectu pridiè in fruteto mitteret filio bibendam
in lacte. Quo remedio ſeruatus eſt ex inſperato filius
& poſteà, quiſquis auxilium ſimile tentauit. Vtinam
& morſibus rabidorum Momorum mederetur! Verè
occulta qualitas & admirabilis illa eſt Roſæ efficacia
quâ dæmones produntur atque fugantur. Ferunt enim
ſacerdotes fide digni, vt refert Cæſalpinus, Medicus
Romanus, *cap.* 23. *Dæmonol.* ſuæ, dæmoniacos neutri-
quam perferre poſſe roſarum odorem, vt neque cogi
poſſint, iuxta roſarium expatiari. Quamuis, vt hoc ad-
dam, alii etiam fuerint pietate potiùs diuini quàm dæ-
moniaci, qui ob occultam antipathiam roſarum odo-
rem ferre nequiuerunt, maximè recentium, quæ non-
nullis coryzam excitant, minùs tamen exſiccatarum
quæ eandem abarcent, teſte præter veteres Fernelio
lib. 5. *med. me. c.* 17. Quapropter Galli, qui coryzam in-
ſigniter adamant, ac certatim appetunt, Germanis in-
uident, tantum abeſt vt recentium roſarum odorem
accuſare iure poſſint, vt eundem potiùs quàm maximè
commendare debeant. In ſumma, multiplicis & ineffa-
bilis ſignaturæ ratione Roſa tum inaperta capitulum
referens tum aperta cerebrum, inteſtinorum ad ſimili-
tudinem variis gyris circumflexum, repræſentans, ru-
bello pyramidali calyce cor exprimens, tunicoſis ala-
baſtris complicata foliola complectentibus vterum
fœtum continentem, oſtendens, atque aliis nobiliori-
bus partibus conformis & analoga, iiſdem et-
iam propriè dicata ſpeciali naturæ
priuilegio videtur.

Roſa morſibus rabidorum canum medetur.

Roſæ dæmoniacis aduerſa.

CA

CAPVT XX.

Galenus diuerſas Roſæ qualitates ac heterogeneas partes dilucidat.

CÆterùm licet graduum primarum in roſa qualitatum nulla certa apud Dioſcor. & Gal. reperiatur determinatio, diſſimilares tamen atque heterogeneas hic partes accuratè proponit *lib. 4. de ſimpl. med. facult.* 23. his verbis. Roſa non ea modò ratione diſſimilaris eſt, quâ pars quidem eius continet, pars verò continetur (continens quidem durum ac terreum, quod continetur, ſuccus eſt humidus) imò & ſucci ipſius tria ſunt excrementa: vnum terreum, quale eſt vini fæx: alterum aereum, quod ipſum quoque vini flori proportione reſpondet: tertium aqueum, quod in omnibus bullitionem efficere corruptionemque diximus; vbi nimirùm neque deuictum neque planè alteratum ebullitionis tempore fuerit. Porrò in Roſæ natura aliud guſtantibus acerbum eſt, quod terreum vt ſit & craſſum frigidumque, neceſſe eſt: aliud verò amarum, quod tenue eſt & calidum: & tertium in iis aqueum, neceſſariò quidem frigidum, ſed in tenuitatis craſſitudiniſque oppoſitione quadantenus ſummorum ſeu extremorum medium: cuius miſtura neque ipſum illud acerbum neque ipſum amarum ſummè eſt tale, quale dicitur: qualitates enim omnes exſoluit aquei admiſtio. Ipſum itaque hoc aqueum elaboratum extenuatumque atque excalfactum quodammodo videtur, ac proindè facilè in vaporem ſolui. Et hac ratione tum odorata eſt Roſa, tum celerrimè reſiccatur. Ex hac Galeni doctrina cæteri authores principes tum Græci tum Latini ſua, quæ poſteritati reliquêre, mutuò ſumpſiſſe videntur.

Aetii de Roſæ qualitatibus ſententia.

Aetius Tetrabibl. 1. *ſerm.* 1. circa initium roſam in primo gradu refrigerantium collocat, vt & oleum roſaceum: ſuccum verò roſarum in gradu ſecundo.

Auicennæ iudicium.

Auicennæ ſtatuto roſa frigida eſt in primo gradu, ſicca in principio ſecundi: virtutis aliâs compoſitæ ex ſubſtantia aquea & terrea. Sunt in ea, inquit, acuitas, ſtipticitas & amaritudo cum pauca ducedine, ſubti-

ſubtilitas quoque faciens ipſius ſtypticitatem penetra-re. Quare (barbara barbari ſunt interpretis verba) fac[illegible] coryzam accidere. Et virtus quædam amara permane[illegible] in ipſa dum recens eſt. Cùm autem ſiccatur, eius ama-ritudo minoratur. Sicca quoque frigidior eſt & mag[illegible] ſtyptica. Eſt autem aperitiua & abſterſiua valdè & ſ[illegible] dat motum choleræ. Semen eius fortius ſtypticum e[illegible] (ſi granula illa miliacea filamentis antheræ ſeu flor[illegible] roſarum pro ſeminibus agnoſcit, errat Arabs) & pili ſi-militer qui ſunt in eius medio. In toto autem ipſius e[illegible] confortatio membrorum interiorum. Secundùm M[illegible]

Meſuei opinio. ſuen Roſa frigida eſt primo gradu, ſicca ſecundo, e[illegible] diuerſis ſubſtantiis & ſeparabilibus compoſita, aquea mediocri, terrea adſtringente, aërea dulci & aromatica, denique ignea tenui, in qua eſt amaror, rubor, perfe-ctio & forma. Recentes ſunt amaræ magis quàm ad-ſtringentes & ob eam amaritudinem ſucco præſertim purgant. Reſolvunt, aperiunt, tergent, intemperies e-mendant atque adſtringendo roborant. Æmilii Ma[illegible] ſententia:

Eius ſicca gradu vis eſt & frigida primo.

Fernelii deciſio. Fernelio, Francico illi Celſo *lib. 5. meth. med. c. 3.* roſ[illegible] frigida eſt primo ordine, ſicca ſecundo, leniter adſtrin-gens, præſertim alba, rubra verò paulò minùs frigida, ſed ſiccior adſtringensque magis. Quocirca bilis æſt[illegible] retundit, inquit idem ibidem, confertque ad febres ardentes & quaſcunque putreſcens, biliofus humo[illegible] procreauerit. Ventriculum iecurque corroborat & e[illegible] fluuia reprimit, quibus per febres caput tentatur eius[illegible] que dolores demulcet & ſomnum conciliat. Quò[illegible] ſapore non admodum iucundo ſit, ſcilicet in ſubſtan-tia ſumpta, ſtillatitius liquor huius in iiſdem affectibu[illegible] non minori facultate accommodatur. Roſa pallid[illegible] caloris eſt particeps atque ſiccitatis in tenui ſubſtanti[illegible] multoque magis quæ moſchata appellatur. Vtraque[illegible] amara abſtergensque Venarum, arteriarum ac præci-puè iecinoris obſtructiones expedit, nec ſecus ac Alo[illegible] crebro vſu ora venarum aperiens ſanguinem prolicit[illegible]

bilem

em flauam ſeroſoſque humores ſubducit, ac proin- morbo regio incipientiq; hydropi non parùm con- t. Idem Fernel. *lib.* 5. *c.* 22. Roſam amaram & adſtrin- ntem rubram præſertim arefactam, ſtomachum & ur corroborare, eiuſque diſſolutioni mederi, vomi- nes & lienterias ſiſtere ſtatuit. Hactenus Fernelius, otericorum medicorum princeps: qui Baſſiani Lau- & Ioannis Cratonis, trium Cæſarum Archiatri, iudi- ingenii & doctrinæ luce atque ordine Auicennam n obſcurauit, tum multos eius errores detexit. Rem- rti Dodonæi, medici Cæſarei, ſententiâ prædomi- ntem omnes roſæ frigidam habent temperiem, pro- næ tamen temperiei mediæ, ex primo videlicet or- e refrigerantium: ſuperant humidæ, aëreæ, & ſpiri- oſæ partes in candidis, dilutè rubentibus, nec non in maſcenis ſiue moſchatis: in ſaturatè rubentibus s eſt terreæ ſubſtantiæ & reſiccantis adſtringentiſ- e facultatis, non tamen abſque humido quodam rmixto, quod quidem ipſis adhuc virentibus ineſt in ſiccatis verò deperditum. Earum ſuccus hac de cauſa aluum ſubducendam quoque facit, minùs tamen àm aliarum prædictarum. Hactenus Dodonæus. *Dodonæus quas quibus roſis qualitates attribuat.*

CAPVT XXI.

DEclaratis Roſæ qualitatibus tum primis, tum ſe- cundis, tertiis & occultis, conſequens eſt, vt quæ- m ex eâ parari poſſint ac ſoleant pharmaceuticis of- inis vſitatæ compoſitiones ſeu remediorum formu- , diſpiciamus (vltimò virtutibus ſingularibus atque traordinariis remediis roſaceis adiectis.) Non enim ſimplex ſolùm, ſed & vt compoſita varia medicami- ingrediens conſiderari Roſa debet. Sunt autem, vt dinaria, & quotidiano vſu commendata Rhodo- armaca primùm recenſeam, hæc ipſa vel interna vel terna Interna, quæ intrà corpus potiſſimùm per mmunem illam atque vſitatam cibi & potus viam umuntur: ſuntque iterum varia. Vel enim fluida, *De roſaceis compoſitionibus vſitatis.*

vel non fluida. Fluida, vt aqua deſtillata, ſpiritus, ſuc-
cus, decoctum, infuſum, vinum Rhodites, tinctura, o-
leum deſtillatum, Iulepus, ſyrupus. Non fluida itidem
duplicia. Vel enim mollia & liquida, vel planè ſicca.
Mollia & liquida, ſed non fluida, vt extractum roſa-
rum, conſerua roſarum, electuarium roſatum. Sicca a-
ctu ſunt vel continua, quorum partes cohærent, vel
minimè continua, at verò contigua. Contigua ſunt
pilulæ, quas roſæ ingrediuntur, vt pilulæ de Aloe roſa-
ta, pilulæ Angelicæ & reliquæ catharticæ vſuales plæ-
ræque, trochiſci de roſis, ſaccharum roſatum tabula-
tum, morſelli è tinctura roſarum cum ſpiritu vitrioli.
Non continua, ſed contigua ſunt puluis roſarum, ſpe-
cies, trageæ variæ, ſal roſarum, & eſſentialis & commu-
nis fixus. Externa, per quæ ea hoc loco intelligenda,
quæcunque non per os aſſumuntur, ſiue corpori impo-
nantur, ſiue eidem illinantur, ſiue alio modo applicen-
tur, ſiue per alias vias, vt anum, vterum, aures, nares il-
li immittantur. Iniiciuntur autem aluo clyſteres & peſ-
ſi: qui etſi non parati ſemper in officinis proſtent, eo-
tamen à doctoribus præſcriptos frequentiſſimè roſæ
ingrediuntur, præſertim in dyſenteria & ſimilibus af-
fectibus. Immittuntur vtero & enemata, vterina dicta
& ſuppoſitoria, ex parte roſas vel roſacea medicamin-
quæ recipiunt variis in morbis hyſtericis. Ori adhi-
bentur gargariſmata ex aceto & melle roſaceo, vel a-
quâ, vel decocto, vel ſyrupo è roſis ſiccis. Sed magiſtra-
lia ſeu extraordinaria gargariſmata alibi proponenda.
Apophlegmatiſmi quidem in officinis reperiuntu-
nulli roſacei, vti nec dentifricia: quamuis ad firman-
dos dentes, ad mundandam atq; incorruptam ſeruan-
dam gingiuam roſarum puluis ſit proficuus. Naribu-
odoramenta roſacea adhibentur, vt acetum roſ. aqu-
Roſ. ſpiritus, oleum, balſamum. Suffumigiis etiam præ-
ter alia inſervit Roſa ſæpiùs, ſiue deſtillationes ſin-
ſiſtendæ, ſiue pulmonum exulcerationes perſanandæ:
ſiue menſes coërcendi, atque vterus exſiccandus, ſiu-
peſtilentialis aëris malignitati reſiſtendum. Nam &

inte-

nter peſtifuga recenſetur ab authoribus Roſa. Oculis
ollyria ſunt addicta ex aqua roſacea. Corporis ſuper-
ciei accommodantur, ſtillatitius roſarum liquor, quo
acies lauatur, oleum roſaceum, Balſamum Roſ. vn-
uentum roſatum Meſu. (quæ in officinis proſtant) i-
em linimenta, cerata, emplaſtra, cataplaſmata, epithe-
nata, frontalia, ſacculi, lotiones manuum, pedum, &
milia: quæ quidem haud parata proſtant in pharma-
opoliis, ſed ad placitum ægrorum & ad præſcriptum
Medicorum de nouo conficiuntur. Sed hæc omnia ſi
ertractare vellemus, in immenſum excreſceret opus.
Adiiciamus tamen auctarii & exempli loco nobiliora
uædam atque vſitatiora nobiliorum authorum com-
oſita, quæ roſam recipiunt, medicamenta, innumeris
eterum ac recentium medicorum compoſitionibus
bliuioni traditis Sunt autem in iis præſertim Theria-
a Andromachi, Mithridatium Damocratis, Antido-
us Matthioli & aliorum auth. Confectio Alkermes,
Electuarium Hamech, elect. Indum, Benedicta laxati-
a, el. de Pſyllio, el. de ſucco roſ. Diacartham. Hiera
ompoſita, pilulæ de Aloe roſata, pil. Angel. pil. aromat.
eu Alephangin. pil aggreg. pil. aur. pil. Arab. pil. arthrit.
il. Aloeticæ, Hiera picr. pil. luc. ſtomachal. ſpec. aro-
natic. roſat. arom. Garyophyll. Dianth. Diamargar.
rig. Diarhod. Diatrion ſantal. Pleres Archontic. con-
ectio liberantis, Man. Chriſt. Diacod. ſpec. de gem-
nis frig. Diaxyloal. Roſata nouell. Diazingib. Aur. A-
exandr. Athanaſia magna, Requies Nicol. Tryphera
nagna, Tryphæra Perſica, Diacorum. Diaſcord. Pul-
is pro epithemate cordis, ſyrupus Byzantinus com-
oſ. ſyr. de ſcord. comp. ſyr. de Betonic. comp. ſyr. de Ci-
am. ſyr. de fumar. ſyr. de menth. maior. ſyr. de Eupat.
yr. de Epithym. ſyr. diaſer. ſyr. roſ. ſyr. Martyn. mel. roſ.
Trochiſci de Abſinth. troch. de Rhabarb. troch. de Eu-
at. troch. è Croco, Crocomagm. trochiſc. de Camph.
rochiſc. de Berb. troch. de roſis Rhaſis, troch. Ramich.
roch. de terra ſigillat. troch. de ſantal. trochiſc. gall.
moſch. troch. Alipt. moſch. Sief de roſ. Pom. Ambr.

Decoct.

Decoct. Abr. & fruct. aqua Capon. aqua vit. compoſ. vngu.roſ.Pomad.vngu.infrig. vngu.è calc.vnguent.d Ceruſſa, vnguent. album Camphorat. vngu. de Mini camphorat, vngu.de Tutia, vngu.de Litharg. vngu. d Alabaſtr. Emplaſtr. neru, empl. è lap. Calamin. empl nigr.empl.diaphænic.Ceratum ſtomachale, cer. ſanta lin.empl.ex pelle ariet. Sparadrapp.

Capvt XXII.

De ſtillatitia roſarum aqua.

AQua Roſarum deſtillata omnium aquarum ſtillatitiarum præſtantiſſima, odore fragrantiſſima, ſapore ſuauiſſima, virtute nobiliſſima, vtiliſſima, vſitatiſſima, non ſolùm Spagiricæ, ſed & Magiricæ artis cultoribus cõmendata, non vnius, ſed varii generis e & habetur, in Pharmacopoliis. Vel enim ſimplex & compoſita. Simplex vel roſarum rubrarum & incarnatarum, vel candidarum vel Damaſcenarum Moſchatarum vel ſylueſtrium. Compoſita, vt aqua roſarum Cinamomea, aromatica, moſchata, aquæ roſarum compoſitæ variorum authorum: quas ſuo loco requirere licet. Mihi namque actum agere & vulgata tranſcribere non eſt animus. Interim tamen varios, quibus proprii è Roſis aqua elicitur, deſtillationis modos edocere co peræ precium eſt.

Et primò quidem ſequenti ratione nonnullis in laboratoriis pharmaceuticis paratur. Accipiuntur Roſæ matutino tempore nec pluuioſo, ſed ſereno cœlo collectæ, nondum omninò apertæ, contunduntur & additâ non tàm vel neceſſitatis vel vtilitatis quàm acquirendæ maioris copiæ gratia aquâ fontanâ, pluuiâ, aut rore Maiali per Mariæ dictum Balneum liquor roſaceus elicitur.

2. Alii, inquit Beguinus, lucro magis quàm valetudini hominum intenti eas integras, vt deceptæ ſunt cum magna aquæ copia per veſicam æneam deſtillant atque ex triginta roſarum libris centum aquæ odorat venalis extrahunt, & merum phlegma pro vera aqu recipiunt.

3. Sur

3. Sunt qui capiti mortuo in deſtillatione aquæ
oſarum ex ſucco roſ. expreſſo reſiduo puram aquam
ntanam ſuperfundunt & ita per aliquot dies macera-
m deſtillant acceptantque viribus & efficaciâ priori
nilem aquam.

4. Quidam aliquandiu roſas digerunt & aquæ
lidæ vapore ſenſim deſtillationem inſtituunt.

5. Quidam præcedentem omittunt digeſtionem.

6. Aliis deſtillatio per cineres placet: qua tamen,
ſi maxima accedat circumſpectio, inemendabile ferè
uori ſtillatitio conciliatur empyreuma.

7. Alii flores tundunt, cucurbitæ imponunt, de-
llant, capiti mortuo vel probè conciſo ſolùm atque
ſiccato, vel in puluerem calcinato deſtillatum li-
orem reaffundunt, & hoc tertia vice faciunt.

8. Conquaſſatis alii floribus proprium menſtruũ
ſaceum affundunt; aquam deſtillatum recentibus
ſis iterum addunt, & hoc pluries repetitâ deſtillatio-
factitant, iteratâ ſemper infuſione & triduanâ circi-
r digeſtione.

9. Optimus proceſſus eſt, ſi roſæ incarnatæ in
armoreo mortario cõquaſſent & vitreo vaſi impoſi-
in cella reponantur: poſt aliquot dies ſuccus expri-
atur, qui per balneum Mariæ deſtilletur. Ita enim
agrantiſſima elicitur aqua, quæ multos in annos odo-
m ſeruat: Præſertim ſi roſas eiuſdem ſpeciei, incarna-
s ſcilicet vel Prouinciales exſiccatas alembico, inter-
oſitâ craticulâ, vel alembici ſaltem roſtro impoſueris.
c namque tranſeuntibus vaporibus non maior ſo-
mmodò virtus ſed & tinctura nonnunquam concili-
ur. Ex fecibus nõnulli ſal eliciunt, quem & ipſum lo-
, quòd alii vini guttas aliquot admiſcẽt ad depuran-
m amplius & incorruptã ſeruandam aquam inſeruire
edunt. Roſarum verò candidarum aqua quia refrige-
tionis gratia potiſſimùm requiritur, alius in iſti⁹ de-
llatione proceſſus inſtituendus. Antequam n. deſtil-
ntur albæ roſæ, irrigandæ priùs aquâ vel propriâ vel
uuiâ vel glaciali, atq; in marmareo mortario contun-

dendæ: indè torculari ſuccus exprimendus, & deſtillatione prouocandus. Qua ratione etiam tractandæ ſyl-ueſtres roſæ. Præter dictos iam modos Philippus Mul-lerus *in miraculis ſuis Chymicis li.4.c.2.* nouũ tradit, qu non nuda roſarũ aqua, ſed odore, colore & ſapore præ-dita prodeat. Factũ quandoq; periculũ: Verba votis re-ſpondere minimè viſum. Vtinam quàm faciles Chymi-corum authorum promiſſiones, tam felices medicamẽ-torũ operationes & ſucceſſus obſeruaremus! Cæterùm ſi quis conciſis roſis rubeis, vel pauciſſimis guttulis ſpi-ritus ſulphuris aut vitrioli vel ſucco citri ſiue ſolo ſitu vitriolato, vel proprio mẽſtruo roſàceo vitriolato, cõ-ſperſis alembici roſtrum obſtruxerit ac repleuerit, vt aſcendentibus in ipſa deſtillatione ex Roſis, cucurbitæ inditis, ambientis externi aëris frigidioris coactione in humorem condenſatis vaporibus transfluentes guttæ tincturâ aliquâ imbuantur, aquam colliget roſaceam eſſentialem propriâ tincturâ imprægnatam elegantiſſi-mam, ſed acidulam, inſigniter confortantem, in febri-bus, ardentibus præſertim, vtiliſſimam, præcalido he-pati gratiſſimam, ſitis & caloris præternaturalis extin-ctricem, & corruptionis cæteris magis expertem. Eſt autem omnis aqua roſarum, alia quidem magis, alia ve-rò minùs, cordialis & confortatiua. Excellit, ve-luti ſuperiùs dictum, quæ ex roſis Damaſcenis, moſchatis atq; incarnatis, ceu fragrantioribus & nobi-lioribus deſtillata, quæ cor & ſpiritus vitales reficit, in-natum calorem roborat, præternaturalem ac febrilem extinguit, præcalido hepati medetur aliarumq; parti-intemperiem calidam contemperat. Ignobilior vide-tur aqua roſarum albarum, vt & ſylueſtrium. Vtraque tamen refrigerandi, conſtringendi ac repellendi virtu-te inſignis; iis maximoperè vtilis, qui lienteriâ, dyſen-teriâ, & enormi menſium fluxu laborant: febricitanti-bus quibuſvis haud parùm proficua. his namque ardo-rem pariter ac ſitim extinguit, ſymptomaticos ſudo-res, cor extremè fatigantes, compeſcit, vires reſtaurat, ſyncopi, & lipothymiæ medetur, Phthiſicis, conſum-ptis

Aqua Roſarum noua deſtillandi ratio, qua color, odor, & ſapor proprius ſeruatur.

Vires & vſus aquæ roſaceæ.

tis, & hecticis confert, iuxta verſus illos Poëtæ cu-
iuſdam,

Non magis vtilior tabem leuat herba calentem
Illita quàm toſtæ ſi datur vnda roſæ.

Præterea ſomnum promouet. Non ſolùm autem cardi-
ca eſt aqua roſarum, ſed & cephalica & ophthalmica
& hepatica, extrinſecus etiam vſurpata, vt inferiùs e-
docebitur. In ſumma ad omnia ea vtilis, quæ blandam
& benignam requirunt refrigerationem. Vſus eius in-
ſuper maximus in confectione non ſolùm variorũ me-
dicamentorum, vt potionum, infuſionum, emulſionũ,
tabellarum, orbiculorum, trochiſcorum, pilularum, e-
pithematum, lotionum, collyriorum; ſed & alimento-
rum & condimentorum, iurium placentarum, panum
Marſicorum, paſtarum regalium, lactis amygdalini,
panatellæ roſatæ, quæ tum confortationis, tum recrea-
tionis atque delectationis gratia confici ſolent, quibus
ea admixta gratiam conciliat maximam. Exempli gra-
tia ſimplices quaſdam formulas in ſtudioſorum gra-
tiam proponamus.

Potio roſacea alterans, reficiens & refrigerans in febri-
bus. Rec. *aqu. roſ. incarnat. & candid. vtriusque ℥ iſ. Iulep.
roſ. ℥ i. ſpirit. roſ. ℈ i. tincturæ roſ. ℥ ſ. Miſc.*

Maioris refrigerationis & compeſcendæ ſitis ergo
addi poſſet *ſuccus Citri* atque etiam *guttula* vna vel alte-
ra *ſpiritus vitrioli*, vel *ſpiritus ſulphuris* per campanam fa-
cti, vel *ſpiritus ſalis.*

Potiuncula purgans. Rec. *extract. vel magiſter. ſeu cre-
mor. Diagridij vel florum Rhabarbari, Chymico artificio
paratorum ℈ ſ. ſyrup. roſat. ſolutiu. aqu. roſ. ana ℥ ſ. ſpirit.
roſ. ℈ i. Miſc.*

Infuſio: Rec. *Rhab. ℈ IV. ſantal. rub. gran. vi. ſquinanth.
gran. IV.* Infundantur in *aquæ Roſ. ℥ iij ſ.* circiter. Stent
per noctem loco calidiuſculo. Manè exprimantur &
colentur. Colaturæ addi poteſt *ſyrup. Roſat. ſolut. ℥ i.
Miſc.* Vel: Rec. *fol. ſen. mundat. ʒ iſ. Cinam. Aniſ. ana ℈ i. ſa-
lis Tartari vel liquoris huius Mercurialis*, id eſt ſalis per
deliquium reſoluti grana xv. Poſt bihorium vel triho-

rium exprimantur & colentur addaturque *ſyr. roſ. ſolu*[...] ℥ i. *Miſc.*

Emulſio ſimplex. Rec. *amygdal. dulc. excorticat.* ℥[...] Tundantur ſenſimque affundantur *aqu. Roſ.* ℥iiij. Expreſſioni colatæ adde *man. Chriſt. perl.* ʒi. *Miſc.*

Emulſio margaritarum ſeu aqua Perlarum.

Emulſio margaritarum, ſeu aqua perlarum: *Rec. aqu*[...] *Roſ. fragrantiſs.* ℥iiij. *aqu. flor. citr.* ℥ij. *aq. Cinam.* ʒi. *ſpiri*[...] *roſ.* ʒſ. *man. Chriſt. perlat.* ʒiſ. *margarit. præparat.* ℈i. *Miſce*[...] vel & magiſterii Corallorum grana ſex admiſce[...] Mucilaginis extractio. Rec. *ſemin. Cydon. q. p.* Superfun[...] de *aqu. Roſ.* Relinque, donec extracta appareat mucila[...]go, plurimi vſus ad linguæ ſcabritiem in febribus a[...] dentibus, ad refrigerationem combuſtarum & eryſi[...]pelatoſarum partium ſimiliumque calidorum affectu[...]um. Poteſt enim refrigerantibus Iulepis admiſce[...] aliiſque modis vel per ſe vel aliis adiuncta exhiberi.

Ad diſſoluendum ſaccharum in confectione mo[...]ſellorum, tabularum, rotularum atque trochiſcorum aquâ roſaceâ nulla vſitatior. Et eâ potiſſimùm tabul[...] manus Chriſti conficiuntur, vt:

Manus Chriſti.

Rec. *ſacch. clarific. lib. ſ. aqu. Roſ.* ℥ij. Parentur lege a[...]tis rotulæ. In fine ſi addideris *margaritarum præparata*[...]*rum* ʒij. *& olei Cinamomi guttas* ij. *perlatas* dictas habeb[...] rotulas præſtantes: præſtantiores, ſi magiſterium ma[...]garitarum addideris, & ſimplicis aquæ roſaceæ loc[...] moſchatam ſumpſeris.

Rotulæ roſaceæ cephalico-cardiacæ.

Rotulæ Imperiales, cephalico-cardiacæ.

Rec. *mixturæ corroborantis præcioſæ* Rudolphi II. Im[...]peratoris & Eliſabethæ Angliæ Reginæ, *ex ſpiritu R*[...] *Moſch. & Ambr. parat.* ℈i. *ſacch. roſ. in aq. roſ. q. ſ. diſſolu*[...] ℥ij. Fiant rotulæ. Poſſent ad placitum olei Cinamom[...] vel roſarum ſtillatitii genuini guttulæ duæ addi. Mi[...]turæ illius deſcriptionem inferiùs videas.

Pilulæ frequentiſsimè cum aqua Roſ. formẽtur i[...] officinis: vt, Rec. *maſs. pilul. Angelic.* ℈i. *ſpec. diambr.* [...] *arom. roſ. Gabr. gran.* iij. *cum aqua Roſ. formentur pil.* I[...] Vel: Rec. *extract. Cnicoph.* ℈ ſ. *pulu. gumm. Ind. ſoluti*[...] *gran.* IX. *ol. Mac. vel Cinam. gutt.* i. *cum aqu. Roſ. fiant p*[...]*lulæ* XI.

Qu[...]

Quo loco notatum velim, me quidem aliam hîc quam in Roſa mea Medica *exerc.*15. gummi illius ſeu ucci Indici cathartici præſcribere doſin, nec tamen rel illîc erraſſe, vel hîc errare. Vtrobique enim alium tque alium, hîc Petrum, illîc Paulum, conſiderare; deoque diuerſo reſpectu vel minimam vel maximam loſin abſque errore proponere, iudicium prudenti Medico pro ratione circumſtantiarum inſtituendum elinquere. Præterea inſignem in illo ipſo gummi va-ietatem me obſeruaſſe tradidi: vt, cùm non vniuſmo-li earundem virium & facultatum in pharmacopoliis roſtet, magna neceſſariò diuerſitas non ſolùm in qua-itate, ſed & qualitatis, vt ita dicam, quantitate, id eſt, loſi, ſtatuenda ſit. Quòd ſi ergo inualidum & lenius il-ud experiamur, augenda omninò doſis, vt qualitatis lefectum ſuppleat quantitatis augmentum. Id quod aciendum nobis etiam, vbi alia vel purgantia vel al-erantia quacunque ratione refracta debilioraque fa-ta deprehendimus. Sed, vt verum fatear, cùm facto ericulo nouem grana hydropico aliquando propi-aſſem, parùmque eâ doſi effeciſſem, ratione, experi-ntiâ & neceſſitate motus doſin auxi & ſedecim grana liquoties feliciſſimo ſucceſſu dedi, deploratumque, DEO DVCE, reſtitui, ſimilique ferè caſu poſtea & a-ium. Hydropicos certè mitiùs & ſegniùs commouet, ec ita facilè vt alios purgat ſuccoſa illa Sinenſis Rici-i lacryma: (Hanc enim arboreſcens producit Rici-us in India) quod aliquoties obſeruaui. An, quòd in ydropicis ſuppreſſus humoris copiâ natiuus calor, ui in actum deducere medicamenta debet? An quòd materia morbifica refracta cathartici vis imminua-ur? obtundatur? An, quòd viarum à cruda ſæpiùs & raſſa materia obſtructarum denegato tranſitu retar-etur, impudiatur, infringatur? An quòd minimè in rimis atque proximis, ſed remotioribus & exteriori-us partibus hærens alienisque ſpatiis ſeſe inſinuans ateria, veluti extrauaſata, maiori difficultate purgãtis harmaci motum ſequatur? Obſeruandum præterea, in

Gummi Indici cathartici, quod alias gummi gotta vel gutta vel Gith, &c. appellant, doſis.

in pilularum forma exhibitum illud gummi non tan
ſtrenuè, vt aliâ in forma, operationem ſuam exercem
Communiter tamẽ octo vel nouem grana concedim
nec vltrà ſcrupulum progredimur. Efficaciæ a. non mi
nùs ac conſiſtẽtiæ gum̃i illius ſuccoſi ſeu ſucci gum̃o
diuerſitas maxima ex parte à depuratione & p̃paratio
ne dependere videtur. Ad radices n. arboreſcentis illiu

Lachryma Ricini Indici gitta iemou, ſeu gutta munda eſt.

Ricini defluẽtẽ variisq; quiſquiliis & animalculis pe
mixtã ac ſordidatã lachrymã in lebetẽ coniiciunt Ind
depurant, p̃parant, Indico Croco colorant & corrigũ
tandẽ in rotundas ac depreſſas redigũt maſſulas, ovi
lis caſeis formâ non abſimiles. Expreſsũ eiuſdẽ Indi
Ricini florũ ſuccũ noñunquam & ita p̃parari veneran
dus ſenex Bauhinus literis aliquando mihi ſignificauit
priorẽ modũ ii detexêre pitiſſimi Viri, qui in ipſâ Indi
ꝓceſſibus, ac p̃parationibus interfuerũt, oculati teſte

Vires guttæ mundæ.

Seroſos cumprimis, tenues & crudos humores reliqu
pmixtos p ſupiora partim, partim p inferiora, ſatis cl
menti operatione, p̃ſertim ꝓbè correctũ expurgat at
adeò non ſolùm ſpleneticis, cachecticis, hydropicis &
arthriticis, ſed & febrientibus, ictericis, aſthmaticis &
iis cõfert, quibus vel caput vel ſtomachus vel alia co
poris pars ſeroſis obſeſſa ſuccis, periculoſè fluctuant
bus ac turgeſcentibꝰ: catarrhos auertit, cordis palpit
tioni, ſcabiei, cunctisq; medetur affectibus, qui à ſere
ſorum fluxiliumq; excrementorum promanant illuui
Sed ad rem reuertamur.

Epithema roſaceum frontale, refrigerans, anodynum & hypnoticum.

Epithema roſaceum frontale refrigerãs. Rec. *aq. R*
℥ *iij. acet. roſ.* ℥ *i ſ. ol. roſ.* ʒ *vi. Miſc.* Sunt qui ſolã aqu. ro
cum alb. oui vel lac. mulieb. diſtemperant.

Aliud in dolore capitis. Rec. *nucl. Perſic. ceraſ. ana* ʒ *i*
Citr. ʒ *i. Excortic. contund. & fiat emulſio cum aq. Roſ.* ℥ *v*
Addi poſſet ſpir. Roſ. ʒ *i Alabaſt prap.* ʒ *i ſ. ſal prun.* ℈ *i. Mi*

Aliud hypnoticum. Rec. *ſem. pap. alb.* ℥ *ij. Fiat* emulſi
cum *aq. Roſ.* ℥ *vi.* Add. ſi placet, *op.* ℈ *ſ. Croc. gr. v. Cryſta*
prap. ʒ *ſ. Miſc.*

Epith. roſ. hepat.

Epithema hepaticum. *Rec. aq. Roſ.* ℥ *v. ſucc. Cich.* ℥ *i*
acet. roſ. ℥ *i. ſpec. diarh. pulu. roſ. ſantal. rub. ana* ℈ *ij. Cry*
prap. ℈ *iiij. Camph. gr. ij. vel iij. Miſc.*

Epith

Epithema cordiale. Rec. *aqu.roſ.℥ v.ſpir.Roſ.ʒ i. a-et.roſ.rub.Id. ana ℥ſ. ſpec. diamarg frig. ʒ i.ſ. Corall. rub. ræparat. ʒ ſ. Miſc.* Lotio, manuum præſertim, ex aqua oſacea frequentiſſima eſt in aulis principum & ma-natum; tum fragrantiæ tum refrigerationis gratia onuiuiis præmiſſa. Facies quin etiam eâ lota non mo-ò mundatur ſordida, ſed & refrigeratur præcalida at-ue adeò decoratur diſcolorata. Hinc vtiliſſima ea lo-o iis, quibus prærubra, cuprea ac puſtuloſa facies vel utta roſacea moleſta: additis pro neceſſitate aliis non inùs commodis, vt *ſucco limonum in pauca quantitate, rin. oryzæ, fabar. ſicc. Alum. Camph. Cryſtall. Tart. Nitr. ræparat. ſacch. Saturn. &c.* Dignum hic admiratione, antam aquæ Roſaceæ copiam Heliogabalo fuiſſe, vt ı eâ non ſolùm integrum lauare corpus, ſed & natare otuerit, neſcio an ſolitus fuerit, omnigenæ alias vo-uptatis ſtudioſus. Refert enim ex Lampridio Zvvin-gerus *in Theatro vitæ humanæ*, roſaceâ illum aquâ pi-cinam impleuiſſe atque in lucernis balſamum exhi-uiſſe. *Epith. roſ. cord.*

Collyrium in ophthalmia, oculorum rubore ac do-ore proficuum. Rec. *aqu. roſ. ℥. i ſ. tutiæ præparat. lap. ca-emin. præpar. ana ℈ ſ. Camph. gr. i. vel ij.* *Collyria ro-ſacea varia.*

Aliud Rec. *aqu. roſ. ℥ij. ſacch. cand. ℈ ſ. Vitriol. alb.* vel ommunis venalis vel ternâ ſolutione, filtratione & oagulatione cum *aquâ Roſ.* præparati & purificati *gran. ij. Miſc.*

Aliud anodynum. Rec. *aqu. Roſ. ℥i. ſ. lact. muliebr. ℥ſ. myl. ℈ ſ. Croc. gran. iij.* Vrgente neceſſitate *Opij* optimè *lepurati* quid addendum.

Aliud: Rec. *aqu. roſ. ℥ij.* Extinguatur in eâ *thus Oli-anum* multoties.

De aquæ roſarum ſimplicis vſu ſatis.

Compoſitæ magna eſt varietas pro varietate inten-ionis variorum authorum: ad quos beneuolum remit-imus lectorem. Sufficiat hic vnam vel alteram exhi-bere deſcriptionem. *Aquæ roſa-ceæ compoſi-tæ.*

1. Aqua Cinamo-Roſacea. Rec. *Cinam. lib. ſ.* Tere craſ-

craſſiuſculè. Superfunde *aquæ Roſ. & vini albi genero* vtriuſque partes æquales: infunde per duos aut tr dies: deindè deſtill. Sic aquam lacteſcentem, quæ ſu phuream quoque & oleaginoſam Cinamomi partes in ſe continet, elicies, diligenter obturato vitro reſe uandam. Egregiè corroborat nobiliora viſcera, ſpi tuſque reficit, præſentaneum in leipothymia & ca dialgia remedium.

2. Aqua Roſarum Garyophyllata. Rec. *aqu. R lib.* I. *Garyophyll.* ℥. ij. *Galang.* ℥ *i. Cinam. acut* ℥. ſ. Cuncta, inciſis incidendis cucurbitæ immitta tur, ad Solem circulentur, tandem per balneum deſti lentur: quidam alembi roſtro Tornam Solis (non ta puram quàm pulchram ſæpè) imponunt ad concilia dum aquæ roſeum colorem, vocantque tunc Roſa Solis. Recreat cor, ſyncopticos iuuat, memoriam fi mat, ingenium acuit, ventriculum roborat, inſigniu omninò virium eſt.

Oleum artorhodinum, vitam prorogans.

3. Quinta eſſentia panis roſacea, oleum artorh dinum; cuius etiam mentionem facit Deodatus *lib.* *Panthei Hygiaſtici c.* 4. inſigniter analepticum & anat pticum. Triticea vel ſiliginea farina puriſſima nec v tuſtiſcens aut vllatenus rancida in apto vaſe cum aq roſarum vel ſpiritu roſaceo ſubigatur, pinſatur, maſſ que fermento imprægnetur & in clybano ſufficien coquatur. Coctus panis linteo panno inuolutus id neo inſtrumento vaſi roſarum aquâ media ex parte i pleto ita ſolerter coaptetur, vt aſcendente liquoris r ſacei vapore computreſcat. Elapſo menſe mollis re detur paſta; ex qua lento arenæ calore oleum elega tiſſimum atque efficaciſſimum eliciatur, quod repe tis cohobiis & rectificationibus miram nutriendi, co roborandi, vitam prorogandi, fertilitatem promoue di vim nanciſcetur. Ignobilior eſt longè modus ill quo panis coctus, panno inuolutus, menſis ſpacio p treſit, expreſſo indè aureo per ligneam tabulam ole non quidem contemnendo.

Poteſt etiam medulla recens panis vnâ cum recent

b

us roſarum foliis concidi, aquâ roſarum rigari, addi-
Croci & Macis momento, & deſtillatione aqua eli-
phthiſicis acceptiſſima: dyſentericis verò & men-
ruoſis mulieribus proficua, ſi nux myriſtica infuſa
riùs fuerit.

4. Aqua roſarum moſchata. Rec. *aqu. Roſ. lib.* I. *ſ.* *Aqu. Roſ. Moſch.*
aryophyll. ℥. *i. Cinam. opt.* ℥. *ij. rad. Ir. Florent.* ℥. *i. ſ. ſantal.*
itrin. ℥. *ſ. Benzoin.* ℈. *ij. Styrac. calam.* ℈. *ſ. Miſc. pulueriſ.*
Digerantur per aliquot dies lento balnei Mariani ca-
ore. Liquor refrigeratus filtretur ac purificetur & vi-
ro benè obturato ad Solem aliquot iterum diebus re-
tificetur: addendo tandem *Moſchi grana xij.*

5. Alia aqua Roſarum Moſchata. ℞. *Moſchi* ℈. *i.*
Ciuettæ gran. vj. Camph. gran. ij. Miſc. Superfund. ſpirit.
Roſ. ℥. *i. ſ.* Stent in digeſtione per quatriduum. Poſtea
add. aqu. Roſ. incarnat. lib. I. Iterum digerantur aliquot
.. bus, obturato probè continentis vitri orificio. Tum
ol. pro rectificatione ad placitum exponantur atque
d vſum reſeruentur. Sunt qui aquam Roſarum vnâ
cum muſco deſtillant; vt, Rec. *aqu. Roſ. lib. i. ſ. Moſch.*
opt. ℥. *i. vel* ℥. *ij. Miſc. & deſtill.* in B. M. lento blandiſſi-
moque calore, ne ſubtilior fragrantia vaneſcat & ex-
halet. Pharmocopœi nonnulli Muſcum & Ambram
pro placito in aqua Roſarum fragrantiſſima diſſoluũt;
quam infuſionem aquæ roſarum Moſchatæ nomine
venalem habent. Et omninò rectiùs faciunt, qui roſa-
rum aquâ quàm qui ſpiritibus Muſcum diſſoluunt.
Cùm enim calidiſſimarum, tenuiſſimarum, ac ſubtiliſ-
ſimarum partium ille ſit, & talibus non minùs qualita-
tibus præditi ſpiritus, transfugarum horum exceſſu
fugaciſſima ſimul illius facilè vaneſceret fragrantia.

Odoratiſſimæ ſunt prædictæ aquæ; ſed, ꝙ probè no- *Hyſtericis aqua roſ. odor ſæpè noxius.*
tandum, fœminis, præſertim hyſtericis, vtpote quibus
hac in parte vel balſamus occidentalis equinus vtilior
ſit, neque exhibendæ neque adhibendæ. Notum nam-
que Medicis non ſolùm, ſed & ipſis mulierculis, quæ
vtero rebus odoratis ſæpè tempeſtates ac ſeditiones
cieantur, quæ commotiones, qui dolores, quæ ſym-

ptomata excitentur. Adeò, vt ipſa quandoque co-dialia intempeſtiuè vſurpata noxia ſint. Oculatus e-go ſit Naturæ conſultus, Medicus, circumſtantias co-ſideret varias, multarum actionum medicarum immu-tatrices: dextro oculo naturam hominis, ſiniſtro mo-bum intueatur, ne ſaluberrima aliàs proſtituat abu-medicamina.

Aquæ roſaceæ vſus & abuſus in febrib. quartanis.

Sic & idem ſtillatitius roſarum liquor conuenient- hauſtus vtiliſſimus, intempeſtiuè ſumptus inutilis n- modò, ſed & noxius eſſe ſolet in febri quartana. Na- in hæc præmiſſis præmittendis vniuerſalibus reſerat- obſtructis viis, præparatis viſcidis, craſſis, ac proinde contumacibus humoribus, ipsâ inclinante ad vomi-tum paroxyſmi tempore Naturâ, proficuus eſt omni-nò iuſtus aquæ Roſarum hauſtus ad vncias circite- quinque vel vj. vel vij. vt aduſta bilis in ventriculo flu-ctuans nauſeamque concitans & præparetur & adiu-uante promptâ iamque roboratâ natura educatur. Qu- ratione aliàs & aqua fontana frigida in febribus pro-pinatur: cuius etiam vſus commendatur à Galeno Celſo, atque aliis innumeris. Equidem in ipsâ quar-tana bullientibus circum interiora præcalidis & adu-ſtis humoribus, feruentibus vnâ cum ſanguine nobi-lioribus partibus, immanique vrgente ſiti, potatâ co-pioſè ſatis ſimul ac ſemel frigidâ roſarum aquâ, tantu- abeſt vt ab eius vel inſigniore quantitate vel intenſio-re qualitate facilè lædantur integra quidem viſcera, v- oboriente potiùs acriori febrem inter & liquorem pu-gnâ peccans euicta materia vnâ cum concertante aqu- interuenientibus reſtauratæ Naturæ viribus propulſe-tur, & optata vel per vomitum vel per ſudorem pro-moueatur euacuatio, quæ non minùs largum aliaru- ſalubrium aquarum potum ſubſequitur. Vndè Feli- Platerus *Tom.* 2. *Prax.* c. 2. Aqua Bugloſſæ, ait, bon- quantitate bibita ſudorem potenter elicit, & præſer-tim in quartanariis vtilis eſt, vti & aliæ aquæ. Sæpiù- enim operto probè ægro, domito atque extra corpu- fugato furibundo calore, ſomnus aduenit, quo præ-

ſen-

ntiſſimo auxilio ſudor ingens promanare ſolet. Qui
erò ſolis acutiſſimis in febribus id locum obtinere
edicamenti genus putant, nequaquam in intermit-
entibus, iudicii præcipitio videntur obnoxii. Neque
nim id in intermiſſione febris intermittentis, quarta-
æ, propinatur, ſed in ipſo paroxyſmo, qui cum qua-
is continuæ febris planè conuenit. Siquidem nil a-
ud continua febris quàm perpetuus calor, nunquam
nterruptus paroxyſmus, videatur. Et ſequacem præ-
upponimus nos præmiſsâ vel naturæ beneficio vel ar-
is officio peractâ præparatione materiam legitimam-
ue corporis conſtitutionem; ætate, habitu, viribus,
iſceribus, aliiſque feruidæ bilis ſaburram prodenti-
us. Atteſtatur Foreſtus *lib. 3. obſ. 35.* Henricum Ver-
erium, Medicum ſenem doctiſſimum aquâ roſaceâ
æpiùs ad quartanam vſum fuiſſe. Et Amatus Luſita-
us *Centur. 2. cur. 97.* Quartanarius, inquit, cùm fri-
ore torqueri cœperit, cyathum ſtillatitiæ roſarum a-
uæ exhibet, quo multa & bilioſa euomet & ſanus e-
adet. Ita enim multis eueniſſe obſeruauimus. Exi-
timat Foreſtus, Amatum non ex quibuſuis, ſed palli-
is roſis Prouincialibus deſtillatione collectam aquam
ubintelligere, qua Vergerius vſus ſit, quæque magis
axet. At non aduertit diligentiſſimus ac dilectiſſimus
enex, non tam laxationis quàm vel vomitus vel ſudo-
is gratia eam propinari atque vniuerſalis omninò re-
nedii rationem obtinere. Cauendum tamen, ne vel
roſacea vel alia ſiue cruda ſiue deſtillata aqua pertina-
cibus in obſtructionibus, viſcerum, lienis, hepatis,
ventriculi læſuris, tumoribus ac imbecillitatibus affa-
tim bibatur, inuitâ nec ad euacuationem, per ſuperna
præſertim paratâ naturâ. Intempeſtiua namque frigi-
dorum liquorum ingurgitatio tum pepaſmum impedit
& ipſam excretionem, tum obſtructiones auget, febres
prolongat, ſpirandi difficultatem, præcordiorum in-
flationem & alia ſymptomata introducit: quod & ipſe
Foreſtus innuere videtur loco citato. Mulier, inqui-
ens, cùm aquam roſaceam ex noſtris roſis communi-
bus

bus albis deſtillatam ſumpſiſſet, ſcilicet in quartan paroxyſmo; nullo modo potuit euomere, aquâ circ præcordia hærente, quæ inſignem dolorem & angu ſtiam inferebat. Vidi etiam in matrona nobili, aquam roſarum, licet Prouincialium cùm ſumpſiſſet & vomere non poſſet niſi pauca quædam cum maximâ angu ſtia, quartanam non tantùm ſæuire magis cæpiſſe, ſed etiam in duplicem mutatam fuiſſe. Conſiderandum itaque, quæ roſacea aqua cui, quando, quomodo conueniat, &, ſi nullus omninò ſubſequatur vomitus, nullus ſudor, qua ratione promouendus alteruter pro re nata validioribus. Alii aquâ roſaceâ cum Theriaca Andromachi, quam & puluis roſarum ingreditur, vti malunt antè inuaſionem intermittentium febrium, vt eò mitior ſequatur paroxyſmus.

Euonymus aquæ Roſ. catharticæ mentionem facit, quæ quidem variis modis parari facilè poteſt.

Capvt XXIII.

De Spiritu Roſarum.

Spiritus è roſis prçter phlegmaticum liquorem communiter paratum elicitur flagrantiſſimus pariter ac fragrantiſſimus, Microcoſmico nectari naturâ atque amicitiâ familiariſſimus. Flagrantiſſimus, inquam. De cœleſti namque & æthereâ naturâ participans non aliter ac ipſe calidiſſimus vini ſpiritus flammam concipit ac per ſe ardet. Fragrantiſſimus: vel enim vnica eiuſdem guttula ſatis magnam aquæ copiam odore ſuo imbuit. Atque adeò non ſolùm frigidam ſed & ardentem aquam in ſe continent Roſæ: quæ digeſtionis atque fermentationis beneficio (non aliter ac aliis è floribus, fructibus, ſeminibus, ipſo præſertim ſeminum ſemine, tritico) elicitur. Modum clariſſimus Quercetanus *in Pharmac. Dogm. reſt.* ſatis perſpicuè proponit: quem cum licentiâ huc referre placet. Roſæ (quidam campeſtres ſumunt) tempeſtate haud pluuioſa roridaque, cùm ſcilicet plantæ madente humeſcunt rore, ſed ſereno cœlo, cum Sol radiorum ſuorum vi omnem

illam

rm roridam humiditatem diſſipauerit, copioſa ſatis antitate colligi debent. Roſas itaque collectas & am fieri poteſt diligentiſſimè tritas in vaſe terreo vi ato aut paruo dolio querno includes & quàm opti- è manibus premes, quò vas prædictum penè implea- r. Quod quidem vas clauſum obturatumque, vt fa- iùs fiat digeſtio, repones in cellam vinariam per nſem vnum, aut diutiùs, ſi opus fuerit, donec mate- m prædictam vinum acidulum ſubolere odoratu rcipias: quo argumento abſolutam fermentatio- m eſſe cognoſces; & eò quidem protelanda eſt, do- c prædictum ſignum appareat. His peractis aſſume i quartam quintamve roſarum fermentatarum par- m pro vaſis tui magnitudine, quod ſanè neceſſariò le eſſe debet, qualia ea ſunt, quibus deſtillatores hymici olea ſua & aquas vitæ eliciunt: quæ quidem pla, æneaque potiùs quàm plumbea ſint, refrigera- riiſque ſuis inſtructa, quibus aquâ plenis ſpiritus gore condenſati faciliùs commodiuſque eliciuntur: umptam illam roſarum fermentatarum portionem ore ſolito deſtilla: quo facto fæces reſiduas in fundo mbici ſubſidentes ſepara & tantundem prædictarum ſar. ferment. eidem vaſi impone, hiſque priùs extra- am aquam affunde, omnia rurſus (vaſe Hermeticè auſo, vti dictum) ad ſiccitatem vſque deſtillando. ollige iterum reſiccatas fæces (quas etiam, ſi velis, m prædictis reſeruabis) & alembico eandemmet ædictarum Roſ. quantitatem, quam priùs, iniice, ibus denuò totam aquam deſtillatam reaffundes & ties iterabis, donec omnes roſas deſtillaueris. His è, vt decet, abſolutis, vniuerſam, quam elicueris, a- am aſſumes, & lento igni in vaſe colli oblongi ſiue atratio, ſiue quo aquæ vitæ extrahi ſolent, duodeci- am eius tantùm partem (quæ omnium penè ſpiritua- m quantitas eſt) deſtillabis. Ita vt, ſi verbi gratia odecim aquæ libras habueris, vnicam tantum aquæ, oriferæ tamen & ſuauiſſimæ ſpiritualiſque atque mmam æquè ac ea, quæ ex vino eſt concipientis eli- cies.

cies. Quam etiam, vt efficacior reddatur, vlteriùs re-ctificare poteris. Reliqua verò aqua, quæ in fundo A-lembici ſubſidebit, odorifera longeque ſuauior & me-lior exiſtet quàm ea quæ communi aut vulgari modo deſtillatur. Hactenus Quercetanus. Eſt autem præ-nobilis ſpiritus ille ſeu aqua vitæ roſacea excellentiſſi-marum virtutum. Hominis enim ſpiritus reficit, no-biliores partes confortat, cor recreat, calorem nati-uum reſtaurat, præternaturali & febrili reſiſtit, colla-pſos vires reſtituit: maximi vſus in affectibus calidis illis, qui præſtantiſſima quidem alia cordialia, ſed cali-da, vt aquam Cinamomi, aquam roſarum moſchatam, aquas vitæ communes & aureas, aquas apoplecticas, calidiorum plantarum eſſentias atque olea aromatica reſpuunt. Quæ cuncta vbi locum ipſa non habent, eum aquæ vitæ noſtræ roſaceæ concedunt, præſertim ſi hæc aliis, vt aquis perlarum, ſyrupis & iulepis vel re-frigerantibus vel temperatis admiſceatur. Vertigini ei potiſſimùm, quæ tum ab humoribusললbilioſis in ven-triculo generatis, tum vaporibus calidis, in cerebro collectis, prouenit, medetur, viſum firmat & memo-riam: in febribus commodiſſimè admiſceri poteſt iu-lepis refrigerantibus, non modò contemperationis ſe-& confortationis gratia. Iis feliciter ſuccurrit, qui li-pothymia, ſyncope, palpitatione & tremore cordis af-ficiuntur. Quibus in caſibus etiam vinum generoſum aliquâ eius portiunculâ dilutum atque temperatum non incommodum eſt. Phthiſici, hectici & atrophia laborantes, quibus alia etiam excellentiſſima corro-borantia, ſed calida, minùs commoda ſunt, analepti-cis & anatrepticis ſuis ſeu alimentis medicamentoſis ſeu medicamentis alimentoſis addere roſarum ſpiri-tum deberent. Cum conſerua roſarum exhibitus con-uenientiſſimus eſt cholericis & iis qui bilioſis vexan-tur vomitionibus, haud parùm conducit. Quo in ca-ſu cum ſyrupo cydoniorum vel granatorum acido-rum exhiberi poteſt: vt, Rec. *ſpirit. roſ.* ʒ *i. ſyrup. cy-don.* ℥ *ſ. ſyrup. de Cinam.* ʒ *ij. Miſc.* Vſus eius etiam eſt haud

Vſus & vires ſpiritus Roſarum.

.ud contemnendus in ictero tam flauo quam fuſco
u nigro dicto, atque etiam in quartana & cachexia
m extracto Croci. Narcotica cum ſpiritu roſarum
tiſſimè, vbi iis opus eſt, exhiberi poſſunt, calidis præ-
rtim in affectibus, vrgente dolore, calore, vigiliis,
flammatione, inquietudine, vt: Rec.*aqu.roſ.℥ i.ſpi-
:roſ.ʒ i.ſ.Laudan.op.opt.gran.ij.Miſc.* Poſſent *olei roſ.
ſtillati veri guttulæ duæ addi & man.Chriſt.perl.* ℈ *ij.vel*
ſ. Verùm in vulgaribus laudanis non pauca corrigen-
i, plura omittenda planè videntur: qua de re alibi.
Cordiale ſequens præſtantiſſimum eſt: Rec.*ſpirit.* *Cordiale roſaceum præſtātiſſimum.*
oſ.℥ ſ. ſyrup.de rub.id.℥ i.confect.alkerm.℈ *ij.vel* ʒ *i.ſpirit.*
l.gutt.V. Miſc. Si calor abſit, addatur *aquæ Cinam.* ʒ *i.*
volueris, loco Spiritus Salis magiſterii, olei vel eſ-
ntiæ margaritarum, vel tincturæ veræ corallorum a-
quot grana commiſcere poteris.
Quæris hîc: qua ratione corroboret ſimul Roſa ce- *Quæſtio.*
brum & cor, diuerſorum contrariorumque inter ſe
mperamentorum partes? Reſpondeo: eas vnius œ- *Reſp.*
nomiæ, vnius Reip. Microcoſmicæ vnanimes colle-
s & conciues eſſe, non hoſtiles eiuſdem regni pro-
s aut amaſios, non vicinarum regionum helluones:
amuis nonnunquam riualitate quadam fortè in diſ-
nſum incidant. Equidem frigidius cerebrum à cor-
ſibi concreditos vitales ſpiritus rigidè non rarò atq;
gidè nimis excipit, vel econtrà calidius idem eoſdē
ud requiſitâ ratione temperat. Cor ſpiritus ſuos tan-
am legatos, ſæpè feruidos, acres atque inſolentes
cerebrum amandat, aliquando eoſdem infirmos &
rdigrados ablegat. Hinc æmulationes haud conte-
nendæ, ſeditiones deplorandæ: quas blandiſſima ſe-
t roſa, tam cerebro quàm cordi amica. Dum enim
gidius attingit cerebrum, ſpirituoſâ ac proindè ca-
liuſculâ ſubſtantiâ fragrantiâ ſuâ ſuſcitat, recreat,
rroborandi virtute reficit, & eatenus cordi reconci-
t, quatenus dictos huius legatos excandeſcentes re-
gerandi facultate mitigat gratiſſimaque adſtrictio-
compeſcit: ipſique cordi occulto auxilio conſulit:

atque

atque adeò vtrique harmonicâ & admirandâ plan[illegible] temperatione aſſiſtit. Verùm, vt verum fatear, cùm talia ſint cuncta roborantia noſtra, vt ipſa corrobora[illegible] tione atque conſeruatione indigeant, ab his ad effica[illegible] ciora, ſacroſancta nempè Diuini conſeruatoris & re[illegible] ſtauratoris OPT. MAX. auxilia verè cardiaca nobi[illegible] tandem extremâ fiduciâ confugiendum. Vbi namqu[illegible] medicus mundanus deſinit, ibi Diuinus incipit, omni[illegible] potens ſanator ac Saluator Dominus IESVS: cuius admiranda omninò diuino omine Diuini nominis ſi[illegible] mata anagrammata diligenter nobis conſideranda IESVS, VIS ES: IVS ES. Quæ qui penitiùs introſpicit, ſummarum facultatum ac ſciétiarum cun[illegible] ctarumque bonarum actionum fontem & baſim & vi[illegible] percipit. CHRISTVS IESVS igitur ille eſt, qu[illegible] verè corroborat: cuius omnipotentis, omniſcii & o[illegible] mni-boni ſacroſancto numine ac nomine vt opera no[illegible] ſtra aggredimur, ita eadem eiuſdem benedictione per[illegible] ficimus, quæ efficimus bona in ipſo quidem per ipſum: quæ per nos firmiſſimâ infirmitate præpediti ne attin[illegible] gere quidem poſſumus. Ergo

IESVS ſummus & ſolus ſanator ac Saluator.

Quid mihi ſit ſine TE vel dulce vel vtile, IESV,
Spes eſt in ſolo nomine noſtra tuo.

IESVS mihi omnia. IESVS, vt ex D. Ambroſio loquar, ſi curari deſideramus, medicus eſt; ſi febribus æſtuamus, fons eſt; ſi grauamur iniquitate, iuſtitia eſt; ſi auxilio indigemus, virtus eſt; ſi mortem timemus, vita eſt; ſi tenebras fugimus, lux eſt; ſi cibum appetimus, alimentum eſt. Nomen IESVS, inquit Bernhardus eſt cibus: nam toties confortaris, quoties inuoca[illegible] & recordaris. Eſt oleum, ſine quo aridus eſt animæ ci[illegible] bus. Eſt ſal, ſine cuius conditurâ inſipidũ eſt quicqui[illegible] proponitur: deniq; eſt mel in ore, in corde lætitia. Di[illegible] citur indè vel à Græco ἰάομαι, id eſt, ſaluo, ſano, me[illegible] deor, ſaluator, ſanator, medicus; vel ab Hebraico ia[illegible] ſcha, id eſt, ſaluauit, ſanauit. Sed redeamus ad penſum.

Spiritus Citro-roſaceus

Spiritus Citro-Roſaceus, excellentiſſimarum i[illegible] corroborando atque à putredine, malignitate, vene[illegible]

noſi-

oſitate præſeruando virium ſequenti ratione parari
oteſt.

Rec. *cortic.Citr.recent.* à ſpongioſa medullâ ſeu albi-
nte fungoſa ſubſtantia probè ſeparatorum minu-
nque inciſorum *lib.ſ.ſpirit.Roſ.lib.*1. Commixta ſtent
digeſtione per aliquot dies: poſtea per veſicam cum
frigeratorio deſtillatio inſtituatur, donec phlegma
odire incipiat, remoto tum recipiente. Quo ex ſpi-
u Citro-Roſaceo additâ ſucci Citro puri portione
portiunculâ extracti Croci vel extracti confectio-
s Alchermes Elixir Citro-Roſaceum paratur elegan-
ſimum, cordiale & alexipharmacum. Cuius doſis
. vel ℥ ij. ſeu cochl. i. matutino præſertim tempore.
ommunem citratum dictum ſpiritum, vel per ſe vel
m vini ſpiritu paratum longo poſt ſe interuallo re-
quit: tutiùs enim & commodiùs præſente calidio-
hepatis intemperie indeque oborto capitis dolore
mi poteſt.

Elegantiſſimus & vtiliſſimus eſt ſequens ſpiritus ro-
ſeus catharticus. *Spiritus roſaceus catharticus.*

Rec. *ſcammon. partes iiij.*
ſucc. Roſ.
Cydon. ana part.i.

Commixta loco calido reponantur & quotidiè agi-
tur, donec mediocriter indurata conſpiciatur maſ-
ex qua formati paſtilli leniter exiccentur: quibus
r. Roſ.q.ſ. ſuperfundatur: qui ſpiritus conſummata
geſtionis opera lucidus quodammodo & ſolutiuus
ignium eſt virium & excellentis vſus variis in affe-
bus. Hoc enim modo correctum Scammonium, a-
s immite ſatis, nec ventriculum labefactat nec ſoli-
aliàs moleſtia nauſeâque irritat, ſed cicurata quæ
eſt acrimoniâ blandè ſtimulat excretricem faculta-
n. Aquæ Cinamomi portiunculam, ſi placet, addas:
ſis *cochl. i.* Catharticæ certè vis violenta nimis aliàs
n in ſcammonio tum & aliis purgantibus benefico
arum ſpiritu valdè mitigatur. Et, vt hic validiorum
harticorum ſæpeque accidentis enormis vacuatio-

 nis,

nis, quam hypercatharſin, ſuperpurgationem, vocar
ſolemus, antidotum quaſi quoddam eſt ac frænum; i
vix accommodatius vehiculum reperitur ad purgan
tium vim in remotiores abſtruſioreſque corporis hu
mani partes tutò perducendam. Vt adeò Roſarum ſpi
ritu incomparabilem ſcammonii præparationem mo
liri queamus. Quòd ſi namque cum Aniſi oleo vitrio
lique ſpiritu tritum illud & commixtum omninò ſe
cundùm commune modernorum medicorum placi
tum exhibeatur; nihilominùs tamen ea quæ vulgar
Diagridium ſequi ſolent ſymptomata non feriabuntu
nauſea nempè, tormina, &c. propter acrem ſcammo
nii viſcoſitatem, picis inſtar, tunicis ac orificio ventri
culi adhærentem, & vellicantem, accedente præſertim
halituoſa olei aniſi ſubſtantia plus flatuum commo
uente quàm remouente. Si verò ſolùm cum aquâ Ro
ſoluatur & coaguletur, repetitis vicibus, ipſarum re
rum atque temporis iacturâ non niſi ſuperficiariam
correctionem atque inſufficientem ſolutionem habe
bimus. Si cum vini ſpiritu: calidiſſimum corpus cali
diore menſtruo ac vehiculo non tam corrigi quàm
ampliùs accendi, ſpiritumque vini purgantis calidiori
bus obeſſe potiùs quàm prodeſſe conquerentur critic
tum ægri tum medici: quorum inquietiſſimæ querel
commodiſſimum Roſarum ſpiritum haud atingent.

Spiritus Rhodo-Catharticus.

Alius ſpiritus-rhodocatharticus.

Rec. *elect. de ſucc. Roſ* ℥ *i. ſ.*
ſpir. roſ. ℥ *iiij.*

Stent infuſa per triduum in digeſtione, bis quotid
agitando: poſteà per chartam traiiciantur, &, ſi velis
ad puriorem obtinendam ſubſtantiam circulationis o
perâ rectificentur. Seru. ad vſum. *Doſ.* ʒ *xij.* quibus ad
miſceri poteſt *ſyrupus vel roſ. vel viol. ſolut.*

Alius ſpiritus roſaceus purgans.

Rec. *fol. ſenæ* ʒ *iij.*
Diagrid. ʒ *ij ſ.*
radic. Polypod.
Helleb. nigr. præpar. ana ʒ j.

Manna

Mannæ ℥ ij.
Semin. Aniſ. ℥ ſ.
ſpec. arom. roſ. Gabr. ℈ i.

Infund. in ſpir. roſ. ℥ v. & ſupránotatus obſeruetur roceſſus.

Efficacior, ſed ingratior, amariſſima certè, erit infuſo, ſi *trochiſci alhandal* admixti fuerit, ex quibus vel ſo-s cum *ſpiritu vini Maluatici* Rulandus tantoperè deantatum ſuum ſpiritum vitæ aureum parare ſolitus uit. Poſſet etiam ad faciliorem feliciorem que extractionem *ſalis Tartari* portio infundendis ingredientius commiſceri. Exquiſitus autem ſpiritus ille ſit oportet ab admixto phlegmate probè liberatus, vt valiè ſatis vim Scammonii purgantem extrahere queat. Si *remorem Diagridii*, quem & magiſterium & flores ammonii & reſinam vocant, cum *ſucco cydoniorum, ucco roſ. ſaccharo & ſpiritu roſarum* vaſe optimè clauſo aceraris, *ſpiritum roſarum decolatum, ad cochl. ij.* ſumtum blandè purgantem habebis.

Vel, vbi ſpiritum Roſarum parare animus eſt, digendis conquaſſatis roſis commiſce vel Antimonium udum vel vitrificatum, vel in Crocum conuerſum. c enim deſtillatione prodibit ſpiritus roſaceus emeco-catharticus. Eodem modo deſtillata aqua roſam inefficacior tamen eſt.

Poſſunt quin etiam hoſtiæ purgantes confici ex renoſo Diagridii cremore, farinâ albiſſima, ſaccaro & uâ ſpirituque roſarum. *Hoſtiæ purgantes.*

Spiritus vini Rhodoſaccharinus.

Rec. *aqu. roſ. fragrantiſs. lib. ſ.*
ſacch. cand. albiſs. pulueriſat. lib. ſ.

Miſceantur & digerantur loco calidiuſculo, agitenr ſæpiùs, vt eò meliùs liqueſcat ac reſoluatur ſaccham. Tum ſenſim ac lentè *ſpiritus vini veteris* ſubtiliſſilibra vna affundatur, &, ſi placet *ſpiritus roſ.* portio ædam. Concorporata probè per chartam leucophæaliquoties filtrentur, donec diaphanus & æquabiappareat liquor, optimi ſaporis, odoris, coloris, atq; *Spiritus vini Rhodoſaccharinus.*

conſiſtentiæ, cui confectionis *alchermes cum ſpiritu ro*[...] extractæ, atque etiam, ſi arrideret, vlterioris eleganti[...] gratia tincturæ roſarum portiuncula admiſceri poſſe[...] Nobiliſſimum eſt Elixir rhodoſaccharinum, cordial[...] conualeſcentibus & aliis infirmis conuenientiſſimum[...] vires ſuſcitat ac conſeruat, vaneſcentes ſpiritus reco[...] ligit, quod & aurum potabile Zapatæ & mixturam ro[...] ſaceam Fiorauanti ſummè decantatam, facilim[...] obſcurat. Eſt ſanè laude digniſſimum Chymiatricum inuentum, quod multi hactenus anxiè, ſed fruſtrà quæſiuerunt, vt eo ſpiritus ſuos & aquas vitæ nomi[...] natas elegantiùs perficerent. Neque enim ſatis exco[...] gitare poterant, qua ratione ſaccharum ita præpararẽt, vt cuiuis liquori permiſtum facilè ſolueretur, nec vn[...] quam præcipitaretur aut ſubſideret, diaphanam autem mixturam efficeret, cùm tamen in ſolius filtrationis & miſtionis conuenienti adminiſtratione iuſtaque mi[...] ſcendorum proportione facilior feliciorq; ſucceſſu[...] conſiſtat.

Extractum Croci & cõfectionis Alchermes cũ Spir. Roſ.

Spiritu quoque roſarum fragrantiſſimo extractum Croci multò meliùs quam ardente vini ſpiritu pararε[...] tur, vt & extractum confectionis Alchermes, cordiali[...] omninò medicamenta.

Cordiale Imperiale: ſeu, balſamũ eſſentiale roſaceum cephalico-cardinacum.

Ex eodem ſpiritu Roſ. Ambra & Moſcho regium i[...] lud medicamentum corroborans Rudolphi II. Impera[...] toris ſacratiſſimæ memoriæ, quod à ſereniſſima ſapi[...] entiſſimaque Angliæ Regina Eliſabetha liberali com[...] municatione acceperat, vtrique olim viſitatiſſimum[...] compoſitum erat, hoc modo. Rec. *Ambræ opt. ac puriſ.* partes octo, *Moſchi* electiſsimi odoratiſsimi partem v[...] nam, *ſacchari cand.* vel Canariẽſis candidiſsimi pauxil[...] lum. Subtiliſsimè pulueriſentur: poſteà marmori im[...] poſita cum ſpiritu roſarum rectificato terantur & qui[...] dem diutiùs, ſæpiùs aliquantulum de *ſpiritu roſarum* af[...] fundendo, donec totum reddatur inſtar ſubtiliſsim[...] pulmenti. Quod in phiola vel parua cucurbita vitrea[...] Hermetis ſigillo diligentiſsimè munitâ recondatur at[...] que æſtiuo tempore in terram defodiendo per menſem

vε[...]

el ſeſquimenſem ſeruetur, donec totum fiat homo-eneum. Quo elapſo tempore denuò cum *ſpiritu Ro-rum* recenti terendo diſtemperetur atq; iterum prio-modo reponatur. Poſteà ad vſum reſeruetur. Poſ-nt pro re nata vel *olei roſarum ſtillatitii* vel *olei Cina-omi* vel *olei citr.* & *ſpiritus ſalis* guttulæ aliquot vel et-m *eſſentiæ ſeu tincturæ ſolis*, id eſt, veri auri potabilis, btiliſſimâ aquâ vitæ, vitis filia, & penetrantiſſimo Iicrocoſmi Salis ſpiritu parati, vel quacunque ratio-e in ſubtiliſſimum atque impalpabilem pollinem re-acti auri portiuncula digerendæ maſſæ admiſceri. uam ego mixturam Balſamum eſſentiale roſaceum ompoſitũ cephalico-cardiacum appellare ſoleo. Ca-ut enim, cor, & alias humani corporis partes omnia-ue viſcera interna mirè roborat, ſpiritus recreat, ſen-s acuit, memoriam firmat, vim procreandi inſigniter romouet, & verè Imperiale medicamentum eſt. *Do-s grana iij. iiij. v. vel piſi magnitudo.* Exhibetur autem el in *vino generoſo* vel alio *liquore vinoſo*, vel in *aqua inamomi*, vel *ſyrupo granatorum*, *Boraginis*, *rubr. l. &c.*

Epithemata frontalia, temporalia, cordialia & ma-ualia arterialia ſeu brachialia ex ſpiritu Roſarum aliis diuncto confici poſſunt ſaluberrima.

CAPVT XXIV.

SVccus Roſæ matris ſuæ æmulus naturæ virtutumq; ratione non tam ſimplex eſt quàm quidem videtur. n tres namque diuerſas cùm reſoluatur ſubſtantias, ocente etiam Galeno *lib. 4. de ſimpl. med. facultatib. c.* 4. ex his iiſdem compoſitus ſit neceſſe eſt. Depre-enditur autem in eius reſolutione terreſtris quædam æculenta ſubſtantia; qualis eſt in vinis fæx: deindè erea, quæ vini flori analogia quapiam reſpondet: tum aquea, quam in omnibus ebullitionem efficere cor-uptionemque Galenus dicto loco tradit: vbi nimirùm eque deuicta neque planè alterata ebullitionis tem- *De ſucco Roſ. ſeu Muccharo.*

pore fuerit. Idem Galenus frigidum ſtatuit roſarum ſuccum in ſecundo gradu *lib.3.de ſimpl.med.facult.c.13.* Exquiſitè tenuem eſſentiam idem eidem attribuit dicti libri c.10. hocque indicium adiungit, quòd celerrimè areſcat, nec quicquam obtineat viſcoſitatis atque etiam odore ſuo penetrans alios ſuperet in compoſitionibus odores. Iulius Cæſar Scaliger, princeps Veronenſis atque etiam veritatis, Roſæ ſuccum calidum ſtatuit *exerc.175.ſ.1.& exerc.170.ſ.2.* Roſis, inquit, tenuiſſimum eſſe humidum, teſtantur omnia. Fernelius, Franciſcus ille Celſus, *lib.5.meth.med.c.9.* de ſucco roſarum ita ſcribit. Roſarum rubrarum ac præcipuè pallidarum ſuccus calidus ſiccuſque ordine primo, amarus, detergens & obſtructiones expediens. Bilem ab aluo atque aquas citrinas manifeſtè ducit. Permiſcetur autem conuenienter vel ſero lactis vel ſaccharo, ſyrupi ſpecie. Accommodatur propriè obſtructo iecori, ictero, cachexiæ, incipienti hydropi febribuſque lentis: prægnanti parùm tutus, quòd venas plerunque reſeret. Et *lib.6.meth.med.c.12.* Roſarum, inquit, præſertim rubrarum, ſuccus cum adſtrictione leni deterſionis tamen vt & amaroris particeps eſt. Hinc melli roſato & ex aridis roſis confecto ſyrupo detergendi facultas inſignis. Meſueus de eodem ſucco hæc habet. Succus eius & aqua infuſionis recentium & completarum ſolutione educit choleram & mundificat ſanguinem ab ea & venas & arterias: & confert icteritiæ & aperit oppilationes hepatis & ſtomachi & mundificat & confortat ea. Et confortat cor, & confert tremori eius & educit materiam cauſantem eum & confert cholericis & febribus, &c. Roſarum rubrarum ſuccus ventris profluuia, menſes vtroſque, hæmoptoen, vomitiones, & hæmorrhoides compeſcit. Per ſe inſpiſſatus ad mellis conſiſtentiam vſq; & aquis accommodatis commixtus magni vſus eſt in oris & faucium affectibus; gargariſmatis in modum vſurpatus. Varias ingreditur compoſitiones, vt ſyrup. roſ. Elect. è ſucc. roſ. pilulas de Aloe roſata, pilulas Angelicas.

Ita-

licas, Venetas, Auguſtanas, Argentinenſes & Franfurtenſes. Dicuntur autem in Italia pilulæ de Aloe ſata moniales: quas Hieronymus Fabricius ab Aapendente, D. Marci Eques, Medicus nonagenario aior ob frequentiſſimum ac fructuoſiſſimum earum um in ſeipſo comprobatum his ſępè verbis commenuit publicis in conſultationibus. Qui cupit viuere nos Noæ, vtatur ſæpè pilulis de Aloe. Nullæ autem æ principiò proſtabant pilulæ Angelicæ, quàm quæ Aloe roſatâ, id eſt, multiplici roſarum ſucci admiione correctâ temperatâque parabantur; quam prærationem, imprægnationem ſeu nutritionem alii ſteà nominarunt: cui ſæpiùs iteratæ plurimæ aliæ is ab auctoribus excogitatæ mole potiùs ac multidine quàm virtutis nobilitate præſtant Quò ſimpliores, eò ſalubriores ac celebriores erant olim. Hoè variis è variarum plantarum ſuccis purgantiumq; rantur infuſionibus, eorum quidem conſilio, qui on ad certum aliquod morborum genus, ſed varios fectus reſpiciunt: quibus omnibus & ſingulis vnâ naſi quâdam panacæâ catharticâ ſatisfacere conantur que adeò paucis plura comprehendere ſtudent: amuis & pro ratione indicationum tum inſpiſſati cci tum extracta purgantia requirente neceſsitate cilè poſsint admiſceri. Deſcriptiones quaſdam in pradicta Roſa medica notaui. Tandem ſequentem o abſolutiſſima, recentiſſima, vſitatiſſimaque comunicatam communicandam exiſtimo:

De pilulis Angelicis.

Deſcriptio vſitatiſſimarum pilularum Angelicarum.

Rec, *Croci Orientalis* ℈ ij.
Agaric. albiſſ.
Coſti Indici.
Myrrhæ finiſſ. ana ʒ iij.
Gummi Ammoniac. ʒ i ſ.
Rhabarb. electiſſ. ʒ ſ.
Lign. Al. ʒ i.
Alo. Soccotrin. ℥ vj.

olue priùs *Ammoniacum in aceto Squillitico, Myrrham aceto rutaceo. Aloen in ſucci Roſarum* libra vna & *ſucci*

Citr. vel Arant. ℥ *viij.* His mixtis adde *Agaricum Rhabarbarum*, vtrumque *aquâ Cinamomi* priùs reſpe-ſum: hoc in ſucco *Cichoreæ, Pimpinellæ, fumariæ*, illi-in ſucco *Apij, Fœniculi, Abſinthij* (auctor ſpecifici pu-gantis portiunculam admiſcuit, quam autor omiſit) formam pulticulæ ſolutum. Poſteà *Crocus & lignum Aloes* ſubtiliſſimè pulueriſata *aquâ Roſ. & ſucco Citr.* d-luta immiſceantur. Tandem affundantur in cucurbi-vitrea

aqua Borag.
Betonic.
Card. bened.
Fumar. ana ℥ *viij.*
Agrimon.
Arant.
Veronic. ana ℥ *x.*

Stent in cucurbita cum Alembico cæco in B. M. per triduum. Quo elapſo aquæ per balneum abſtrahantur ad ſyrupi & deindè exiccatione ad pilularis maſſæ con-ſiſtentiã. Ex qua maſſa pilulæ formari ſolent modò par-uæ, modò maiuſculæ: quarũ pro re nata vel vnã vel plu-res manè, veſperi, antè & poſt paſtũ, aliquando vnâ c-alimentis vel ſingulis vel alternis diebus, ſeptimani-menſibus, deglutire ſolent, nullâ habitâ temporis ra-tione, quoties aperiendum vel laxandum videtur, i-præſertim, qui vtrique obſtructioni, ventris vena-rumque ſunt obnoxii, nec ſine incommodo validiori-bus vtuntur, imò lenibus ac lentis faciliùs feliciuſque quàm violentis mouentur. Famâ ſunt notiſſimæ, vir-tute nobiliſſimæ pilulæ illæ; quarum perfectam & vl-timam compoſitionem doctiſſimi p. m. Beieri adſcri-bunt ſolertiæ. Non abſimiles ſunt Marocoſtinis cla-riſſ. Mindereri. Naturalibus organis potiſſimùm di-catæ ſunt, & maximè ventriculo, quamuis & reliquo ventri, imò omnibus tribus ventribus atque ipſis artu-bus. Aloe baſis eſt, vt & omnium ferè aliarum pilula-rum Aloeticarum: quæ non ſolum corpoream ſuppe-ditat molem, ſed & viribus ſuis vniuerſum corpus;

cor-

rruptione præſeruat ceu naturale balſamum, con-
cianda ingredientia rectrix colligit & corrigit, a
ibus adiuta eadem adiuuat, vtramque bilem & pi-
itam è ventriculo, meſenterio, inteſtinis, aliiſque
cinis partibus expurgat & tanquam Naturæ fel ab-
rgit, viſcerum & præcordiorum infarctus expedit,
eneticis, ictericis & hypochondriacis conducit, in-
iora nec contenta nec continentia putreſcere ſinit,
uſeam & cruditatem remouet, vermes venenataque
igit animalia, peſtem præcauet, & arthriticis con-
t. Quam in præparando præſertim ac purgando
urimùm iuuat atque etiam corrigit ſuccus Roſarum,
ius iam enarratæ facultates. Iuuant & Agaricus,
habarbarum, Abſinthium, quæ tum è pectore pitui-
m, tum ex hepate bilem, tum ex reliquo corpore v-
uerſam euacuat cacochymiam abarcentque cache-
am, icterum & hydropiſin. Quid adiuncta reliqua
æſtent, & quæ, quales, quantæ ſint angelicarum pi-
larum vires, ſingulorum facilè declarant ſimplicium
nſideratæ qualitates.

Ex tempore conſtitui poſſunt angelicæ pilulæ ex
loe roſata tanquam baſi & conuenientibus ſuccis
ndenſatis atque purgantibus extractis lenioribus:
as vix aliis cedentes feliciſſimo ſucceſſu tum aliis
mmendare ſoleo tum mihi ipſi commendatas ha-
o. Compoſitio hæc eſt, pro ratione morborum mu-
nda:

Rec. *Alo. Roſ.* ʒ *iij.*
extract. fol ſen. ℈ *ſ.*
Agar. ℈ *i.*
Rhabarb. ſolâ roſarum vel cich. aquâ parat. gran. viij.
ſucci conſpiſſati Cich.
Borag.
Beton. ana gr. vj.
Abſinth. gr. iij.
Crem. Tart. vel Tart. vitriol. ℈ *ſ.*

Fiant ſecundùm artem pilulæ. Quidam inſuper &

lotam *aquâ Roſ. Terebinthinam* addunt Venetam. Purgantibus equidem admixtus violentioribus ſuccus roſarum nimiam eorum caliditatem &. acredinem obtundit ac felicisſimè corrigit. Refrigerat enim reſpectiuè, humectat, lenit, internasque roborat partes, omnem ab humoribus ac viſceribus abarcet putrilaginem, venenis, febribus malignis ipſique morborum omnium Regulo, truculentisſimo mortalium tyranno, peſti, potentisſimè reſiſtit. Quare etiam peſtifugii frequenter additur antidotis. Extrinſecus varium itidem habet vſum, quemadmodum inferiùs indicabitur.

Capvt XXV.

Decoct. Roſ. DEcocta atque apozemata non rarò commodisſimè ingreditur etiam Roſa. Simplex decoctum ex ſola *aqua vel ſimpl.* vel *deſtill. roſ. & foliis roſarum ſiccis* ipſi ſucco in defectu ſubſtitui poteſt. Ob adſtringendi abſtergendique virtutem à Galeno, Auicenna & aliis quamplurimis haud parùm commendatur gargariſmi in forma vſurpatum in affectibus faucium, linguæ & gingiuarum; item in palpebrarum inflammatione. Cocta roſa cum vino, capitis, aurium & gingiuarum dolorem tollit. Infunditur & Roſa vel per ſe ſola ad conficiendum ſyrupum Roſ. ſolutiuum, vel vnâ cum aliis catharticis, adiuuantibus, & horum corrigentibus ſacculis, hodiè frequentisſimis, indita.

Exempla in diſpenſatoriis & Practicorum monumentis plurima reperiuntur.

Vinum Rhodites. Vinum Rhodites ſeu roſeum vtilisſimum eſt, licet minùs vſitatum. Paratur Dioſcoridis præcepto hac ratione. *Roſarum ſiccarum* minam, id eſt, libram vnam linteolo deligatam in *muſti* ſextarios octo, id eſt, *libras* XXI. *& vnc.* VIII circiter, demergito, & poſt tres menſes defæcatum vinum transfundens recondito. Vtile eſt ad ventriculi coctiones eiuſque dolores à cibo potum. Valet etiam contrà humidas aluos & dyſenterias, cor recreat, putredinem abarcet, partes naturales, præſertim

mesenterium, primariam febrilis putrilaginis ſe-
n, emundat ac firmat, ingratum emendat oris hali-
n. Idem vinum roſaceum aliorum authorum placito
ltò citiùs parabitur, ſi in vini amphoram tantum ro-
eæ aquæ, vel extracti roſarum liquidioris cum ſpiri-
vini immittatur, quantum cuiuſque guſtus & odo-
us ferre poterit. Internos æſtus refrigerat, cor & vi-
ra roborat, vaneſcentes corporis facultates ſuſti-
, membrorum laxitatem firmat, diſſoluta reſarcit,
ipata recolligit, diffluentes ſudores continet, pu-
dini reſiſtit, & auræ peſtilenti ac febri præſtantiſſi-
m eſt remedium. Bilioſis & calidis naturis admodũ
ſalubre efficaciterque prodeſt contrà lienteriam,
enteriam, imbecillam retentricem, vomitum, nau-
m, & ſyncopen, maximè ſi aquâ pluuiali & chalybe-
temperetur. Si eò frequenter os colluatur, præ-
quam quòd imbecillos dentes firmabit & fluidas
giuas roborabit, etiam halitus ſummam gratiam
ſtabit. Si facies eo lauetur addito limoniorum ſuc-
inſignem acquiret venuſtatem. Si vna vel altera
tula oculis inſtilletur, claritatem iiſdem concilia-
. Nam ratione vini detergebit ac mundabit & vi
arum oculorum ſubſtantiam roborabit, recolliget
firmabit. Quercetanus *in Pharmacopœa reſtituta, c. 9.* *Vinum roſaceum purgans.*
in Diat. c. 11. vlt. vinum roſarum purgans tradit ex
lidis, albis tam hortenſibus quàm ſylueſtribus *roſis,*
od vnâ cum bilioſis ſeroſos expurgat humores, icte-
is, ſpleneticis, cachecticis & hydropicis conuenien-
imum. Paratur ex mundatis reſiccatiſque *Roſarum*
olis, quibus tertia vel media dolioli pars impletur,
duntur que *paſſulæ maiores & minores* atque etiam *Ci-*
nomi quid: affunditur *vinum album* optimum, niſi
ioris adſtrictionis ac roborationis gratia roſas ru-
s rubro vino infundi mavelis, vel ipſum in autumno
ſtum. Quòd ſi purgans, vinum roſaceum expetis,
a Senæ contuſaſq; Ialapæ radices ſimul infundas. *Si li-*
m Rhodium & Vincetoxici radices addideris, vinum
dropicis vtiliſſimum habebis.

CA-

CAPVT XXVI.

Tinctura Roſarum.

TInctura Roſarum, efficaciæ certitudine vel co ipſâ Corallorum tincturâ, pluribus ferè deſſ ptionibus & encomiaſticis verbis quàm virtuti grauidâ, certans, veteribus incognita medicis, mu rum magnarumque virium eſt: hepaticis aliis refri rantibus longè præſtantior. In Vnicornu, corall gemmis, certè plus inquirere quàm inuenire, in r plus reperire quàm referre, videmur. Elicitur aut tinctura Roſarum etiam ex cadauerosis, marcidi mortuis, vt ita dicam, roſis, ſpiritus vitrioli vel ſulpl ris per campanam facti (quem idem cum illo princi habere notum eſt Chymicis) beneficio. Maxima na que inter roſam & vitrioli ſpiritum affinitas. Hi Chymici nonnulli modum tradunt, quo ſpiritus Vi oli multiplici cohobatione præparatus tandem iucu diſsimum fragrantiſsimarum roſarum odorem pe nanciſcitur & imitatur: vt adeò conformis & analo roſarum naturæ eſſentia in vitriolo abditè latitare deatur. Sequentem autem in modum communi p ceſſu paratur tinctura. Rec. *aquæ fontanæ puræ li. ij. ſpir vitriol.* ʒ ſ. *vel* ℈ ij. *Miſc.* ita vt aqua reddatur acidu Deindè rec. *folior. roſ. rub. ſicc.* ℥ ſ. Ponantur in aqu illam vitriolatam in vaſe vitreo: agitentur frequen & per noctem ſtare permittantur (NB. quò plus vitr li ſpiritus addideris, nec tamen plus ſatis, eò citiùs ti cturam elicies) poſteà liquor colore, odore, & ſap roſarum præditus coletur eique admiſceantur *ſac alb.* ℥ ij ſ. Meliùs hac ratione fiet. Rec. *aqu. pom. odorif.* *ſtill. vel aq. Endiu. lib. j. aqu. roſ. fragrantiſs. lib. ſ. ſpirit.* *triol.* ℈ j. Ponantur in vaſe vitreo. Deindè *rec. roſ. r ſicc. p. ij. vel* ʒ ij. Agitata probè ſtent per aliquot hor donec tinctura perfectè extracta appareat; ſeparet per inclinationem ipſa aqua tincta vel filtretur: poſt addantur *Iulep. Roſ.* ℥ ij. *Miſc.* vel diſſoluantur in *conſeru. roſ.* ℥ ij. & vnâ filtrentur. Atque ita nobiliſsima habebis roſarum tincturam, hepati amiciſsimam. H

Vſus & vires Tinctura roſarum.

ena

m hepar, & alia viſcera corroborat, & eadem ab ob-
ctione liberat, ardorem & ſitim reſtinguit, bilis fe-
iam ſedat, putredini reſiſtit ac proindè febres abar-
, cor & ſpiritus ab omni malignitate præſeruat, iis
m conuenit, qui poſt epotum vinum generoſum
pulâ obruti vndiquaque concaluerunt: vel qui ni-
irâ periculoſè excandeſcunt. Paratur & tinctura
ſioris conſiſtentiæ ex ſubtiliſsimè tritis Roſarum
rarum foliis atque affuſo ſpiritu vitrioli, præpara-
cuius varius vſus in conficiendo balſamo, hepate
rum Diagridiato, tabulis, electuariis, &c. Clariſsi-
s Angelus Sala tincturam proponit *in Ternario ſuo
oart.* quam claretum roſaceum appellat. Paratur
em hoc modo. Rec. *aqu. fontan. lib. xij flor. roſ. rub. ex-
t. M.* j. *Cinam. opt.* ℥ j. Suprà ignem in olla vitreata
ebullitionem vſque cum aqua coctis & colatis ſta-
(aliâs amarus adſtringensque ſapor nauſeam exci-
t) poſtquam tamen refrixerint, adde *olei Sulphuris
campanam*, vel *olei vitrioli* tantum quantum ſufficit
corem, *ſacchari* item pro ſingula libra *tincturæ* ℥ j.
cellentiſsimum eſt in peſte. Nam ratione olei vi-
li (quod omnem omninò corruptionem reſpuit pa-
rque acidum ſuauemq; præ ſe fert ſaporem) aduer-
r corruptioni, ſitim extinguit, corroborat, omnes-
alias corporis partes robore magis demulcet quàm
uis alius liquor fructusq; acidus, aliâs medicis fa-
iaris. Hactenus Sala. Magis tamen placet à me pro-
itus anteà modus: quo non ita amareſcit tinctura,
i poſſent ex *floribus violarum, Boraginis, Buglоſſ. Cya-*
quæ tamen itidem purpureæ, non cæruleæ, reddun-
Amaranthi, Balauſt. in dyſenteria, *Pœoniæ* in Epile-
, *Papaueris erratici* in pleuritide, &c. Ex his ipſis tin-
ris parati iulepi & ſyrupi elegantiſsimi ſunt; eſſen-
namque & proprietatibus, colore, odore, ſapore ro-
m præditi, maximi vſus ad refrigerandum febri-
ardorem, refrænandam bilem, roboranda no-
ora viſcera, abarcendam putredinem, mundan-
n uniuerſam maſſam ſanguineam. Sed quoniam iſti
plus.

plus ſacchari recipiunt, plus anteà etiam ſpiritus vitri- oli addendum, ne tincturæ aciditate ab ipſa ſacchari dulcedine euicta & ſuppreſsâ à ſcopo aberremus; & compoſitionem ſitim potiùs excitantem quàm extin- guentem acquiramus. Et hoc ipſum eſt, de quo tantó- perè conqueruntur ſæpiùs exæſtuantes ægri: quod nempè plus iuſto dulces omnes ſint acidi aliàs dicti ſy- rupi noſtri. Verùm de tincturâ roſarum & ſyrupo ex ea parato conſulas etiam, ſi placet, Quercetan. *in Peſt. Al- lexic. lib. 2. c. 3.*

Controuerſia: an acidula Roſarum tinctura febrientibus conueniat?

Cæterùm haud contemnendæ, nunc enodandæ controuerſiæ ſemina ſuperiùs proiecta, quæ litigioſo curioſorum diſquiſitionibus rigata & exculta in mon- ſtroſam ac giganteam planè ſtirpem facilè excreſce- rent. Dictum enim & edoctum, vitriolatam roſarum tincturam viſcera corroborare, obſtructiones reſerare, ſitim & ardorem extinguere, bilis ferociam ſedare, pu- tredini reſiſtere, febres abarcere; cùm tamen contra- riarum omninò facultatum eſſe videantur ea quæ tin- cturam conſtituunt, Roſa ſpiritusque vitrioli. Roſa namque refrigerat, ſiccat & adſtringit, & vt ſpiritus il- le ſuâ ratione. Refrigerantia verò ſiccantia & conſtrin- gentia liberos corporis meatus anfractuoſos coarctãt, impactam materiam condenſant, perſpirationem im- pediunt. Ergo obſtructiones non minuunt, ſed augent. Obſtructionis enim mater adſtrictio. Ergo retentam ferocientem bilem non temperant, ſed magis excitant & exaſperant. Conſuetis enim viis excludi non ſinunt. Ergo ardorem & ſitim non reſtinguunt, ſed exacerbãt. Ergo putredini non reſiſtunt, ſed fomentum ſuppedi- tant. Ergo febrem non abarcent, ſed alunt. Ergo viſcera non corroborant ſed corrumpunt. Quibus fortè ratio- nibus commoti medicorum quidam vt omnia in vni- uerſum acida atque adſtringentia ita vel maximè vi- trioli ſpiritum à febrium curatione remouerunt, imò cordiales dictos aliàs ſyrupos, acetoſæ, acetoſellæ, ace- toſitatis citri, Limonum, malorum coronatorum ſeu granatorum, Berb. Rib. proſcripſerunt. Verùm intem- peſtiuo

ſtiuo, ne dicam iniquo, iudicio. Neque enim acida
cida, nec adſtringentia quatenus adſtringentia, ſed
atenus ineptè præter rationem atque indicationem
rpata, fortè noxia ſunt. Ritè parato ſpiritu vitrioli
bè præparata mundarum roſarum tinctura conue-
nter exhibita nunquam nocebit: vt nec alia naturæ
ta acida vel acetoſa, quæ quum refrigerent, bilis o-
inò tyrannidem infringunt, ardorem mitigant, ſi-
compeſcunt; quum verò reſiccent, putridos & ma-
hos humores vel corrigunt vel ſumunt: quum tenu-
n ſint partium ac proindè incidendi attenuandique
ultate prædita, partes obſtructas penetrant, reſe-
t, à craſsis, viſcidis ac lentis humoribus liberant,
nquè grata adſtrictione repurgatas confirment par-
confortentque facultates, omnibus omninò modis
res & impugnant & expugnant feliciſsimè. Præter-
nec extremè fluida ſunt aut ſicca, nec ſimilarium, ſed
etogenearum omninò partium, vt nec ipſa roſa. Vi-
oli ſanè ſpiritus hermaphroditicæ naturæ eſt, vt alia
ra Hermetica, quæ calidis immixta calefaciunt, fri-
is aſſociata refrigerãt, geniumque tam variè quàm
lè mutant. Reſpicienda potiùs igitur mirabilis eo-
n & harmonica temperatura quàm lenis ac minimè
rmis adſtrictio; quæ & aquis temperatur & ſaccha-
nitigatur edulcatur, exæquatur, atque etiam tum
aucibus ſtatim à ſaliua, tum in ventriculo, tum ab i-
calore natiuo, infringitur. Quòd ſi quibuſdam in
dicamentis prædominari videatur acidaſtringens
litas, conſideretur & in ipſis febribus prædominari
è nimiam humorum tenuitatem ac mobilitatem
lò arctiùs coercendam. Hinc & ipſe Galenus acu-
imis in febribus Armenam conceſsit bolum. Nec
toperè repurgatis præſertim corporibus obſtructio
ormidanda; quæ nec ſemper ſubſequitur & verò
ndoque plurimùm auxiliatur, præſente nimirùm
iculoſo fluxu viriumque reſolutione. Nonnun-
m etiam malignis potius occurrendum qualitati-
& periculoſâ fermentatione turgeſcentibus hu-
mori-

moribus quàm plenariæ incumbendum concoctio[ni]
Perſpirationem quoque, cuius abſentia febrium cau[ſa],
præſentia earundem cura, tum acidorum tum adſtri[n]-
gentium ope firmitatis interioribus, propulſis ad exte-
riora quibuſuis aduerſis, non impediri ſed promoue[ri]
quotidiana teſtatur experientia. Quorſum enim ali[i]
tam frequenter ſudoriferis admiſcerentur acetoſa, ac[e]-
ta Bezoartica, ſpiritus acetoſi, Bolus, terra ſigill. Co[r]
ceru. vſt. &c. Quandoquidem igitur nullis non nati[o]-
nibus commendatus atque vſitatus tum vitriolici ſp[i]-
ritus tum roſarum vſus, tincturam noſtram roſace[am]
vitriolatam priſtinæ dignitati reſtitutam meritò d[e]-
fendimus, vtvt acida ſit partim, partim & adſtringen[s].
Tantum equidem abeſt, vt modicâ adſtrictione vaſ[o]-
rum adaugeat obſtructionem, vt illâ ipsâ potiùs robo[-]
rati meatus interni faciliùs ab obſtruentium humoru[m]
vaporumque ſarcina liberentur, bilis ac feruidus ſa[n]-
guis refrænetur, incorruptus præſeruetur, veluti ſa[n]-
guineum ac viuidum roſarum colorem vigoremq; ſp[i]-
ritus vitrioli beneficio perennare conſtat. Adde quo[d]
refrigerans remediorum vis accidorum admixtio[ne]
intendatur. Omnes ferè febrientes ſimul atque ſitie[n]-
tes de nimia exhibitorum iulapiorum ac ſyruporu[m]
dulcedine conqueri audias, niſi commixta fuerit ac[i]-
dorum vel ſuccorum vel ſpirituum portio, quâ ſitife[ri]
ſacchari dulcedo temperetur. Et vix triuiales ſatisfa-
cient ſyrupi; qui bilioſis in affectibus vel bileſcent ip[ſi]
vel morbificam cauſam non ſatis validè aggredientu[r].
Porro monet Alexander Maſſaria, vt & alii medici,
dulcioribus purgantibus, vt Manna, ſyrupo roſaru[m]
ac violarum ſolutiuo & ſimilibus cum melle ſacchar[o]-
ue confectis in ardentibus ac bilioſis febribus abſtin[en]-
dum eſſe, ne in bilem conuertantur. Hoc optimè præ-
cauebis additâ vnâ vel alterâ ſpiritus vitrioli guttâ, v[el]
ſubacidâ tamarindorum pulpâ vel acidulo Tartar[i]
præſertim vitriolati, cremore. Sic & metuta præcau[e]-
bitur bilefactio, & vlterior inhibebitur putrefactio, [&]
euacuandi præparabuntur ſucci, craſſi attenuabuntu[r]

len[i]

ti incidentur, furibundi compeſcentur, purgatæ ...tes roborabuntur, nec enormis ſubſequetur expur...tio: atque inſuper promouebitur non pepaſmus ſo...n, ſed & ipſa pepſis tandem. Iulius noſter Cæſar ...aliger (qui ſanè firmiſſimam nobis ſcalam ad ſubti...ris non modò ſed & ſolidioris cognitionis arcem at...gendam cœlitùs attuliſſe videtur) illuſtri quodam ...co noſtram ſtabilit ſententiam, vbi nobiliſſimum ...ercens ingenium ſic inquit. Mali Punicæ fructus ex ...dis facti dulces faciliùs atque celeriùs putreſcunt. I...tur acidum videtur contrarium corruptioni. Quam...rem magnoperè miror, quid in mentem venerit re...ntioribus, vt adducerentur febrientibus acida pro...bere. Nam tametſi aſtringunt acida, videnturque ...opterea facere, ne corpus ἔυρον fiat: extinguunt ta...en, ac ſimul obiiciunt ſeſe pro reparatione valetudi...s putrefactioni. Danda fuit igitur opera, ne tantis ...ſtraremur vtilitatibus: aſtrictionem tolleremus eo...m commiſtione, quæ cient vrinas, aut ſudores. E...ſmodi verò non pauca ſunt, vel modicè calida vel et...n intra modum: quorum vis multo erit vſui, ſine in...mmodo febrientis. Ita & occurretur incenſioni, & ...bebitur cauſæ ratio: nimirùm ſimul extinguemus, ...ul aperiemus. Igitur qui prohibent in febribus Pu...ca mala ſubacida, videntur ignari tum rerum, tum ...am cauſarum. Dulcia profectò ſunt amouenda, quæ ...men ipſi dant: & monentur à Dioſcoride tamen, id ...faciant. At ſubacida, quæ dicunt etiam vinoſa Græ... vocant Arabes almuzi, non ſolùm non obſtruunt, ...rùm etiam (omittamus extinctionem atque tuitio...m à putredine) incidunt, aperiunt & vrinam cient. ...i tamen ſunt Arabum ſectatores: quorum conatus ...dandi quidem, ſi iudicio recto ſeligerent ad ſimpli...atem, non exædificarent factiones, aut propter o...am aut propter oſtentationem. Hactenus Scaliger. ...tequam hoc caput finiam, inquirere libet; qui fiat, ...òd ſpiritus vitrioli rubicundum, oleum verò Tarta... per deliquium ſubuiridem è roſis tincturam eliciat.

Scaligeri ſententia de remediis acidis, febrientibus concedendis.

Quæſtio iucunda.

In tinctura namque roſarum ſpiritus acidi ſiue vitri ſiue ſulphuris guttulæ aliquot roſis aridis affuſæ co rem rubicundiſſimum, rubini æmulum, exhibent: leum verò Tartari per deliquium ex reſoluto ſale fa virore eas inficit. Aiunt: aciditates iſtas non niſi perficietenus roſas aggredi atque alterare non ad im ma penetrare nec niſi exteriorem rudioremque tinctu ram emulgere: ſalem verò Tartari tanquam longè p tentiorem, è profundioribus partibus trahere interi remque tincturam elicere. Videntur autem menſtr Tartarea, ſi non omnia, ſalina tamen, vt ſal ille de quio reſolutus, plerunq; naturâ ſuâ non tam rubicu dam, veluti ſpiritus mellis, ſulphuris & vitrioli, qu vel viridem vel cœruleam tincturam elicere. Sic ſpi tus vrinæ quoque coralliis præparatis ſuperfuſus ti cturam non rubicundam, ſed cœruleam extrahit; lic craſſiuſculè tantùm pulueriſatis affuſus flaueſcat. I eadem Lunæ vel Veneris calce cum ſpiritu vrinæ ext hitur tinctura cœrulea cum ſpiritu ſalis viridis. Ex c ruleo Lazuli lapide cum ſpiritu mellis tincturam ne tam cœruleam quàm rubellam elicies, vt & ex ipſo Sa phiro. Spiritus vitrioli ex violis cœruleis vel ipſis etia Cyanis non cœruleam ſed purpuream tincturam el borat. Sed nimis forteaſ prolixi videamur; breui reliqua pertractaturi.

Capvt XXVII.

De oleo Roſarum ſtillatitio.

OLeum roſarum ſtillatitium genuinum ipſo au Iaſpideq; præſtantius eſt ac precioſius. A ſexcern tis rerum Chymicarum peritiſſimis & omni apparat inſtructiſſimis pharmacopœis id requiras, ab vno v altero vix accipies: vt omninò pro ſummo theſaur haberi atque reſeruari poſſit: quod Argentinenſes fa ciunt, felices illius poſſeſſores. Certò quidem certiu eſt, proprium roſis balſamum ſeu oleum non minùs a aliis vegetabilibus eſſe: verùm cùm Mercuriali potiùs aquosâ & terreſtri ſiccâ quàm ſulphureâ oleosâ con ſtenu

t ſubſtantiâ, atque inſuper ſubtilis admodum, te-
s, ac volatilis ſulphureæ, quæ in ipſis, ſubſtantiæ
rio ſit, deſtillatio roſacei olei faciliùs quidem pro-
ritur quam præſtatur. Nam ex centum etiam libris
vnica quidem aut altera drachma per ſe ſine alienæ
dditamento elicitur. Eius ergo loco officinæ oleũ
i Rhodii odoratiſſimi comuniter ſubſtituunt, quo
lius defectu vti cogimur. Eſt autem hoc ille longè
bilius, iniucundius, inefficacius; reſinoſi cuiuſ-
ſaporis particeps, quemadmodum & ipſum lignũ,
d nil aliud quàm vel Cedri, vel Aſpalathi vel ſanta-
oddam genus eſſe videtur. Germani Roſenholtz &
diſzholtz vocant: Attamen, vt verum fatear, ſua-
mum comparatur oleum roſaceum, ſi in roſarum
ria pulueris ligni Rhodii vel æqualis vel tertia
conquaſſatis admiſceatur roſis ac decenti peractâ
ſtione vnâ deſtillationi deſtinentur. Quòd ſi non
am Camphoræ portionem (eam nempè, quæ vix
vix quidem odorem in ipſa roſarum & ligni Rho-
ixtura prodat) prædictæ maſſæ adieceris, ſucceſſu
s fruſtrabere. Lutetiæ eſſentiam roſarum tam
llentis iucundique odoris conficiunt, vt vna vel
a gutta manib⁹ affricata odorem per triduum ſer-
ndelebilem. Cuius quidem parandi modum de-
it Libauius *in Alchymia Pharmac. p. 223*. Sed quan-
is eâ methodo oleum procedat, nunquam tamen
m ſpirabit fragrantiam atque prius: quod ex con-
atis in lapideo mortario roſis ſequenti ratione pa-
nedicus Gallus doctiſſimus, Cloſſæus, retulit. Re-
tur, exempli gratia, *roſarum* dicto modo *contuſa-*
ibræ xij. ſal. commun. lib. iij. Fiat ſtratificatio in do-
ligneo circulis ſuis probè munito, ita vt primum
imum ſtratum ſit è ſale: affundatur aliquid *ſucci*
em ſeorſim expreſſi, doliolum obfirmetur opercu-
, reponatur in cella per duos menſes, quibus ex-
aperi vas & quarta pars harum roſarum dicto mo-
mentatarum deſtilletur per veſicam: deſtillatus
r affundatur reſiduis roſis eodemq; modo perga-

Oleum ligni Rhodij.

Lignũ Rhodium, Roſenholtz quid ſit.

tur, donec totum extillauerit. Habebis aquam ſ(f)
grantiſſimam, ſpiritum ardentem & oleum, quæ ab
uicem ſeparanda. Quidam parum eſſentiæ *Garyophi-
rum* antè deſtillationem roſis addunt & parum *olei*
mygdalarum dulcium, ſicque copioſius colligunt oleu
cùm ſulphura ſulphuribus facilè iungantur & inhæ
ant. Sunt qui *oleo Garyophillorum, roſis* non nimis ape
ſed maiori ex parte conniuentibus adhuc addend
priùs admiſceant *Ciuettæ* quid & *Benzoini Campho*
parum. At verò non tam odoris vigor quam virtu
valor reſpiciendus. More butyri vel *olei Aniſi* conc
tum colligitur: rectificatum ſubtilius redditur, at n
ſine iactura. Felici quoque ſucceſſu contuſis ac di
rendis *roſis* admiſcebis *ſacch.cand.* ſic procedendo: ℞
roſ. fragrantiſs. libras decem, ſacch. cand. lib. totidem. Mi
in mortario conquaſſata: poſteà cucurbitæ ſpaci
indantur, validè intrudendo: & ſuperinfuſâ aquâ ro
rum fragrantiſsimâ ſtent probè munita tres ſeptim
nas vel menſem ſolaribus expoſita radiis. Tum deſt
lentur per alembicum. Habebis & aquam & ole
odorantiſsimum, ſed paucum: copioſius, ſi non dec
pta roſarum foliola, nec omninò apertas roſas, ſed
lyces ſumpſeris.

Vel: Rec. *pulu. Benzoin q.v.* Irrigetur *ſpiritu roſaru*
iterum exſiccetur & irrigetur, tertiâ, quartâ vel ſe
vice. Tandem addi poteſt digerendis ac deſtillan
roſis: vt & *Ciuettæ* quid commixtæ priùs *moſcho, Car*
phyllis, radicibus Ireos Florentinæ & ſacch. cand. Sic & *o*
ex floribus Violarum, Benzoino, radicibus Ireos Florent
& ſacch. cand. conuenienti deſtillatione poteris elice
Commiſcent aliqui *Terebinthinam* clariſſimam: q
ſanè ſumptâ vrina redditur exquiſitiſſimè Violas ole

Clariſsimus Claudius Deodatus *lib. 1. Panthei Hy-
giaſtici c. 13.* ſequentẽ cõmunicat liquorẽ roſarũ Merc
rialẽ fragrantiſsimũ. Rec. *Myrrhæ* claræ, lucidæ, nou
gumoſæ, non ſiccæ vel ſqualidæ, ac omninò ſelectiſ
mæ *lib.* j. Minutim confringatur & cucurbitæ impon
tur: affundantur *ſucci roſarum* ab omni ſedimento fæ

bu

q; impuris liberati ℥ viij. Mox accenſo forti igne è ribus vel arena prolias oleum vnâ cum aqua ſua. abile refert eſſe ſecretum in curandis vulnerib. atq; ribus. Separandum a. oleum ab aqua: cuius aquæ ia vnica multis aquæ communis libris addita tanto odore perfundit, vt tota roſacea pretioſas quaſuis as odore ſuo roſeo ſuperare videatur.

ręſtantiſſimum vel ideò eſt verum ac genuinum o- n roſarum, quòd cæteris omnib. oleis corroboran- s tutiùs commodiuſque in affectibus calidis etiam, bribus, &c. eo vti poſſimus. Cerebrum & cor mirè orat, efferueſcentes ſpiritus blandè temperat, vires aurat, humorum putredini, aduſtioni, inflamma- i, malignitati reſiſtit. Referunt aliqui, veri olei ro- m ſtillatitii guttas aliquot in iuſculo gallin. vel co- b. aſſumptas purgare, eoq; magis, ſi priùs illud cum finiſſimi pręparatis foliis commixtum in digeſtio- liquandiu ſteterit: atq; ita ſimul purificare ſangui- incipientemq; lepram, ſi aliquoties eâ doſi exhi- ur, abigere. Poteſt variis medicamentorum for- is cordialibus admiſceri. Extrinſecus etiam vſur- r vel per ſe vel balſami in formâ, vel vnguentis car- is & cephalicis precioſis commixtum. Temporib. um capitis dolorem vel à ferueſcente tum venoſo arterioſo ſpirituoſo ſanguine vel aſcendẽtib. præ- lis vaporibus excitatum egregiè mulcet, ſpiritus ales ac vitales recreat. In febribus ardentibus & gnis cordi illinendum eſſet, ſi eius copia habere- Eſt illuſtrium & pecunioſorum hominum medi- en; auro potabili, tincturâ Corallorum & præſtan- his quibuſuis cordialibus haud inferius. *Vires & vſus olei roſarum ſtillatitij.*

x illo ipſo oleo Roſarum, magmate candido & ex- tè depurato olei nucis muſcatę expreſſi, tincturâq; aenienti roſarum, balſamum conficitur fragrantiſ- m, cuius odore cerebrum ac ſpiritus reficiuntur & gerãtur, balſamum natiuum Microcoſmicũ foue- c conſeruatùr, ſomnuſq; promouetur; vtile in fe- us & aliis calidis affectibus, cerebrum in conſenſũ *Balſam. roſ.*

trahentibus. Et ſanè Balſamum hoc roſarum in cali… præſertim capitis morbis longè prætulerim quamp… rimis cæteris ex Ambra, Moſcho & Ciuetta, precio… quidem, ſed fraudulento lucricupidorum mangoni… artificio turpiter nonnunquam adulteratis; admi… Microcoſmi carbone ſeu pſeudobalſamo occidenta… ſtercoreâ neſcio quâ digeſtione præparato, compo… tis. Tantum valet auri ſacra fames. Cæterùm obſerv… tum à me ſæpiùs, infirmos febrientes roſarum balſam… plurimùm refectos, aliis grauatos potiùs fuiſſe. Sit a… promptu Roſarum balſamũ paraturo tinctura roſ. ſ… ritus vitrioli beneficio ex rubicundiſſimis roſarum f… liis confecta, non liquidior illa, ſed ſpiſſior, atq; inſu… oleum Roſ. ſtillatitium verum fragrantiſſimum. Iam… balſamum formaturus baſin ſeu corpus ipſum ex ca… dido nucis muſcatæ olei expreſſi & per abſtractione… ſpiritus roſarum vel vini medio, ab oleaginoſa ſubſt… tia liberati magmate præparatum per ſe liquefaciat, … quâ vel ſpiritu roſarum fragrantiſſ. ſæpè lauet, atq… duab. fundamentalis corporis partibus, linimenti fo… mam iam adeptis vnam circiter ipſius tincturæ add… leniſſimo lentiſſimoq; calore miſceat & inſtitutâ deb… tâ coagmentatione tantum olei admiſceat, quantu… ad balſami conſiſtentiam & functionem neceſſariu… videbitur. Vel maſtichen puriſſimam craſſiuſculè pu… ueriſatam in aquâ vel ſpirit. Roſ. coque, donec albiſſ… ma & ab oleo ſuo ſeparata videatur, roſamque potiù… quàm Maſticen oleat. Candidum hoc corpus Maſtic… num ſæpius imprægna ſpiritu roſ. tum iuſto calore ſ… lutum cum oleo roſarum ſtillatitio, additâ tinctur… concorpora. Solui poſſet etiam dicta baſis oleo Be… nino inodoro.

Balſam. eſſential. Roſ. Ex eodem oleo Roſ. & ſaccharo albiſſ. vel Cand. ſu… tiliſſimè trito balſamum eſſentiale parari poteſt eleg… tiſſimum: cuius portiuncula vino generoſo indita ſta… tim diſſoluitur vinumq; roſeo imbuit odore & ſapor… viribuſq; præſtantiſſimis. Quod arcanum ſtudio ſup… preſſit Quercetanus *in Pharmacop. Dogmat.*

CA…

CAPVT XXVIII.

lepus ſeu Iulebus roſaceus fieri ſolet ex aquæ roſa- *Iulep. Roſ.*
m partibus tribus & ſacchari albiſſimi partib. dua-
, debitâ coctione ad iuſtam conſiſtentiam. Poteſt
m hoc modo parari. Rec. *conſeruæ roſ. vel ſimplicis vel*
iolatæ ℥ *v. vel vj.* Diſſolu. in aquæ fontanæ puræ li-
tribus & colentur ad vſum, additis, ſi placet, aquæ
℥ *ij.* vel etiam, vbi caloris & ſitis extinctione opus,
i Citri, Limon. aut Arant. ℥ j. *vel ſpiritus Sulphuris, Vi-*
li, Salis, paucis guttis. Loco aquæ fontanæ non raro
æ vel coctæ hordei vel ſtillatitiæ refrigerantes ſumun-
vt *aqua Acetoſ. Endiv. Fragor. Viol. Nymph. Cichor.*
ulac. Vbi verò nimiæ refrigerationis metus, aquæ
amomi nonnihil additur, quæ ſuauiorem etiã red-
potum. Ex tinctura roſarum & ſaccharo vel ſim-
i vel roſato tabulato Iulepus vel Syrupus paratur o-
ium elegantiſſimus & efficaciſſimus. Eſt Iuleb Ro-
m cordiale & hepaticum medicamentum, totius
poris æſtum moderatur, incaleſcentes humores
perat, conſumptos feruore ſpiritus recreat, incen-
febrilia reſtinguit, nimias vigilias ſedat.

yrupus Roſarum triplex habetur in Pharmacopo- *Syrupi va-*
ſimplex, ſolutiuus, & ſyrupus è roſis ſiccis. Simplex *rij Roſarum.*
vnicâ alterâve roſarum Damaſcenarum, ſi haberi
ſint, ſi non, incarnatarum per noctem infuſione fa-
paratur; vel multiplici fit infuſione, diciturq; Mu-
r Arabicè, Latinè Mucharum roſarum, ſiue ſyrupus
arum ſolutiuus, ex multiplici florum infuſione.
mpoſitionis mod⁹ in diſpenſatoriis paſſim habetur.
ideatur Quercetani Pharmacopœa Dogmatica re-
ta. Hoc hîc notatum velim, eò purgantiorem red-
yrupum, quò crebrior fuerit infuſio, longiorq; mo-
oſteriorum infuſionum: notandumque, tempore
em paulatim vaneſcere ac diſperdi vim eius cathar-
m: vt quò vetuſtior eo fiat infirmior. Authorum
dam, vt Nicolaus, indefinitam aquæ & roſarũ quã-
tem & coctionis durationem reliquêre. Meſueus
rum recentium libras ſex aquæ calidæ libris quin-

 decim

decim horis octo infundit in vaſe vitreo, facta expreſſione,aquamq; rurſum calefacit & roſarum tantundem infundit, macerat, colat, exprimit. Colaturæ libras quinq; cum ſacchari libris quatuor in ſyrupum percoquit: quo proceſſu ſæpè repetito ſyrupus ſolutiuus efficitur. Quòd ſi multiplicis infuſionis, vt nouenæ, ſelibræ incoquas ſacchari libram vnam, parùm purgabit; ſi libram libræ, mediocriter; ſi ſeſquilibræ Mucchari aſſocies debitâ coctione libram vnam ſacchari, ſic ſatis purgabit & tamen ſine violentia; pondere trium vel quatuor vnciarum exhibitus: quem ſi flatus plus excitare quàm excutere obſeruaris, quod per accidens nonnunq̃ fieri ſolet, aquam Cinamo-Aniſatã addere licebit.

Maiorem acquiret efficaciam, minorem verò requiret doſin, ſi ſaccharum ſeparatim cum aqua roſarum percoxeris ad conſiſtentiam valdè craſſam tumq; demùm Muccharum addideris.

Solidè doctus Solenander *Conſil.*10.*ſect.*3. hunc tradit ſyrupi illius conficiendi modũ. Rec. roſas rore madentes & imbutas: quibus affunde rorem vernum Maialem, macerentur calidè horis 24. in vaſe arctè clauſo; ſequenti die fiat expreſſio infuſarum, & infuſio recentium. id repetatur nouies. Muccharum expreſſum cum ſacchari pari quantitate immittatur in cucurbitam & fiat aquei humoris affuſi per lenem deſtillationem in B. M. ſeparatio, & remanebit in fundo ſyrupus.

Quercetanus ſuccum roſarum multiplicis infuſionis expreſſum, nullo alieno addito liquore, digerit, defæcat, & abſtractâ omni aquoſitate ſeu ſero depurat & conſpiſſat, tandemq; additâ dimidiâ ſacchari parte in ſyrupum coquit. Simplex ille ſyrupus roſarum leniſſimus eſt & alterans potiùs quàm purgans. Refrigerat & vniuerſi corporis calorem ac ſitim extinguit, bilis feruorem temperat, inſomniam leuat, internas partes corroborat. Qui multiplici fit infuſione, ſolutiuus dictus vſitatiſſimus eſt, ex benigniorum catharticorum cholagorum claſſe. Bilem & ſerum potiſſimùm euacuat, ràrò vltrà primam corporis regionem vires ſuas extendens,

dens, obſtructas vias aperit, excretricem vim roborat & ſtimulat, lentos humores abſtergit. Vtiliſſimus in febribus bilioſis, tertianis, putridis, ardentibus, eryſipelatoſis, malignis, petechialibus, peſtilentialib. Putredini enim, venenis & aeris vitioſitati reſiſtit, ventriculi incendium & igneum calorem huncq; conſequentem ſitim inexpletam, extinguit. Vtilis præterea in bilioſa diarrhœa, dyſenteria, ictero, cachexia, &c. Viſcera nimio calore diſſoluta roborat & ad naturalem temperiem reducit, (Dodonæi tamen iudicio ventriculo incommodus, quòd eum laxiorem debilioremq; relinquat. Quod ſi omninò fieret, aquæ Cinamomi pauxillo admixto vel aliis facilè corrigi poſſet) & modicè aluum ſubducit. Ac proindè ſcitè omninò Mindererus in Aloedario ſuo: Nouimus, inquit, experientiâ teſte, roſacea medicamenta ſtomacho, iecori, pulmonibus, cordi, imò & vniuerſis viſceribus diſſolutionem & laxitatem ex hebetudine, putredine, aut corruptelâ aliqua dependente patientib. eximiè prodeſſe, acres ſanguinis ichores ſalſumq; ſerum nihilominùs pro diuerſo apparatu ac contraria qualitate roſis inſidente, quâ & laxant & adſtringunt, educere: atram bilem & aduſtos humores, cutim planè fœdaturos, ſcabiem, vlcera, furunculos, abſceſſus, melicerides, lichenas, pſoram ipſamque tandem lepram generaturos, faciliter emungere. Hinc Poeta,

Purgat & obſcœnam vultu roſa perlita lepram.

Doſis ſyrupi roſacei ſimplicis ab ℥ ij. ad ℥ iiij. alterius a. per multiplicem infuſionem facti, ab ℥ j. ad ℥ iij. At verò hîc animaduertendum, nimis multiplici infuſione ſyrupum illum maximè aperitiuum, abſterſiuum & catharticum nonnunquam reddi. Vndè etiam eum in bilioſis naturis, febribus, & acutis morbis lenitiui loco inconſideratè vſurpari, Ludouicus Septalius iudicat: teſtaturq; *lib.3. Animaduerſ.* §. 49. ſæpenumero ſeſe obſeruaſſe, aut ſolitarium aut ex ſero lactis ſumptum tantam humorum copiam euacuare, quantam vix inteſtina, meſaraicæ venæ & ventriculus capere ſimul poſſent:

vndè arbitratur vir ille accuratiſsimus, ab vniuerſo corpore & venis maioribus ſyrupum illum humores trahere. Cui adſtipulari CaſparusBauhinus videtur *lib. 2. de compoſ. med. c. 22*. Obſtructiones, inquit, hepatis & venarum meſaraicarum aperit, inchoanti hydropi & febribus lentis prodeſt; at prægnantibus, cum tormina excitet & ora vaſorum recludat, exhiberi non debet. Eiuſdem ſententiæ Fernelius eſt: Venarum, inquiens, arteriarum, ac præcipuè iecinoris obſtructiones expedit, nec ſecus ac Aloe crebro vſu ora venarum aperiens ſanguinē ꝓlicit; & *c. 9*. Prægnanti, ait, parū tutus, quòd venas plerunq; reſeret. Tantū abeſt, vt, ꝙ Maſſaria quidē metuit, dulcedine quadā ſua bileſcat vel in nutrimētū cōuertat. Et Clariſ. D. Sennertus *Inſt. lib. 5. part. 1. c. 11*. Menſes, inquit, aperit: quapropter grauidis non ꝓpinandus. Quibus clariſſimis viris ego nō omninò repugnarim. Virgunculis a. cachecticis, diſcoloratis, alba febri, menſiumq; difficultate laborantibus purgantem roſarū ſyrupū cōmodiſſimè offerre ſoleo. Vim aperiendi ſimul & purgandi habere, Aloenq; ratione quadā imitari, obſeruaui. Quare etiam rectiſſimè Aloe roſarum ſucco imprægnat, fœminiſq; menſtruorū defectu & vaſorū vterinorū obſtructione laborātibus exhibet.

Syrupus roſarū ſolutiuus compoſitus non vnius generis eſt, ſed variis modis ab authoribus concinnatus. Montani compoſitionē ingrediuntur ꝑter roſas omnia Myrobalani genera, *Sena, Polypodiū, Epithym. Rhab. cort. rad. Helleb. nigr*. Montanus eum melancholicis, ſcabie, pſorâ, impetigine, cancro, morbo Gallico, & elephantiaſi affectis infectiſq; frequentiſſimè cōmendauit: vt & poſt eum Martinus Rulandus. Baſileenſes eum cōponunt *ex infuſione roſarum. Sen. Rhab. Agaric. Cinam. Zingib. & ſeminibus Aniſi. Doſis ab ℥ j. ad ℥ iij.*

Syrupus è roſis ſiccis ita parari ſolet. Rec. *roſarū rubicundiſſimarū exiccatarū libram vnam*. Infundatur in *aquæ calentis puræ libris ſex*, horis 24. Infuſionem hanc, reaſſumptis ſemp nouis roſis ſiccis, ter repete. Tandem in expreſſione diſſoluendæ *ſacchari albiſſimi libræ tres*, &

coctio

coctio ad iuſtam vſq; conſiſtentiã inſtituenda. Vtimur eo in affectib. adſtrictionem requirentib⁹, vt in dyſenteria, lienteria, tenui catarrho, nimio vomitu, vteri rheumatiſmo: partes internas roborat earumq; vlcera deterget ac glutinat. Notandũ hîc, in ſyrupi iſtius cõpoſitione rectiſſimè omninò ſumi reſiccatas, non recentes, roſas. Licet n. & recentes plus terreæ ſubſtantiæ & ſiccantis adſtringentiſq; facultatis obtineant, humidũ tamen adhuc permixtum, in exiccatis ablatum, habent, cuius ratione laxandi & abſtergendi vim nonnullam ſeruãt, minuſque adſtringunt. Aliàs & ritè paratus conſtringendo & roborando per accidens etiam purgat.

Omnium optimè ſyrupus de roſis ſiccis ſequentem in modũ pararetur. Rec. tincturæ Roſarum rubrarũ exiccatarum, de qua ſuperius q. v. Exhalare ſinas in B. M. quartam, tertiam, vel mediam partem. Nam ꝙ ſupererit materiæ, ob aquoſioris partis euaporationem ac ſequeſtrationem, tantum abeſt, vt adhibito mediocri calore virium quicq̃ amittat, vt potiùs tum efficacius tum coloratius reddatur, qualitatib. acidis, adſtringentib. & roborantib. tum ipſius menſtrui tingentis tum & roſarum impregnatum. Rec. igitur *ſaccharum roſaceum, in pauca roſarum aqua diſſolue* & ita decoque, vt formam ſacchari roſati repræſentet. Sic a. perfectè decoctũ extrà ignem paulatim rurſus coquere ſine; tum paratam tincturam ſubindè inſtilla, maſſamq; totam frigidiorẽ agita: eâ tamen cautione, vt tantundem prædictæ tincturæ affundatur, donec vniuerſa materia legitimam ſyrupi conſiſtentiam nacta videatur. Vulgari ſyrupo longè præcellentior eſt, veris roſarum virtutibus dotatus ac ditatus, colore viſui iucundiſſimus, odore & ſapore tum odoratui tum guſtui gratiſſimus. *Syrupus è tinctura Roſ.*

Videntur equidẽ diuerſi roſarum ſyrupi ideò excogitati, diuerſis vti ſatisfieret deſiderijs. Vel n. laxare ſolũ voluerũt veteres ſyrupo roſarũ laxatiuo, vel expurgare vehementiùs ſyrup. roſ. ſolutiuo, præſertim cõpoſito, vel adſtringere ſyrupo è roſis ſiccis. Quæ varia veterũ intentio diligenter obſeruanda, ne, ꝙ fieri ſolet, periculoſâ, cõfuſione validiora pro leniorib. exhibeamus ca-

thartica, primis adhuc infarctis viis veniſq;, craſſiorum crudiorumq; excrementorũ copiâ. Præmittẽda namq; ferente occaſione lenientia ſeu laxantia, ne inuerſo ordine præmiſſis electiuè purgantib. ſeu per electionẽ attrahentib. expellentibuſq; catharticis, nec amotâ priùs illuuie fœculentiore ſubductoriis quidem, cœlioticis, ſcybalologis ſeu eccobroticis remediis, non detractâ antecedente cauſâ morbificâ, nondum expiatis primæ regionis ſordibus, nec lubricis inteſtinis, nondum fluidâ, ꝙ tamẽ Hippocrates toties tantoperè requirit peccante materiâ, purgans medicamẽ retentis cõmixtum fæcibus obtundatur, debilitetur, impediatur, atq; adeò minùs de reliquis profundiùs hærẽtib. educat; aut moueat quidem, ſed non remoueat; impellat, ſed non expellat; introductis ſæpè multis magniſq; incommodis.

Mel roſarũ colatum & non col.

Ad ſyrupũ quodammodo referri poteſt *mel roſaceum ſolutiuum*: cuius notiſſima compoſitio omnib. in diſpẽſatoriis aliiſq; libris habetur. Paratur vt ſyrupus roſaceus ſolutiuus ex multiplici infuſione roſarũ recentiũ: ſed loco ſacchari aſſumpto melle. Virtutes eius eædem ferè quæ ſyrupi, præterq̃ ꝙ minùs refrigeret, magis aũt abſtergat: craſſæ pituitæ educendæ accõmodatiſſimũ. *Doſis eius ab* ℥ j. *ad* ℥ *iij. & iiij.* Habetur & mel roſaceum ſimplex Meſuei colatum, & non colatum. Mel roſaceũ Meſuæ colatum fit *ex roſis rubris* nondum planè apertis, contuſis & cũ melle coctis, reſeruatâ ad vſum colaturâ. Fit & aliis modis: vt *ex ſucco roſarum cum melle cocto.* Sũptum craſſos humores attenuat, viſcidos incidit, lentos abſtergit, tuſſi medetur, ventriculum roborat, coctionemq́; promouet. Gargariſmatis in forma vſurpatũ & aquis vel decoctis accommodatis cõmixtũ oris fauciũ, gingiuarum atq; tonſillarum inflammationes ſedat; foris impoſitum vulnera & vlcera mundificat. In vulneribus capitis & menyngum fracturiſq; cranii cõmodiſſimum eſt, præſertim aquâ vitæ dilutum. Mel roſatum non colatum paratur *ex roſis rubris conquaſſatis & in melle* ſine colatura aliquandiu inſolatis, vel priùs etiam parùm coctis. Raucedines mitigat, oris, faucium, columellæ,

mellæ, gutturis vtriuſque, ſuperioris & inferioris, atq; aſperæ arteriæ vitiis medetur.

CAPVT XXIX.

EXtractum roſarum hac ratione commodiſſimè parant Chymiatri. Rec. *recentes roſarum flores* ſereno cœlo collectos (ne madorem habeant alienum) ad partem vnam menſtrui vel proprii, id eſt, *aquæ roſarum vel roris Maialis ſimplicis* aut *ſtillatitii, partes ſex.* Inde cucurbitæ, ita vt fundus eius non niſi ad dimidium impleatur, ne inter bulliendum ſuperabundet in Alembicum materia. Cucurbita cum Alembico cæco benè claudatur paſtâ ex aqua & farina facta, chartaque ſuperinducta. Pone in arena, & igne primùm lento, deindè paulatim aucto vſque ad gradum tertium ferè bulliat materia in alembico per diem artificialem. Exime. Tinctum menſtruum effunde & ſerua in vitro probè obturato, ne quid expiret. Noui menſtrui affunde iam partes tres. Clauſa cucurbita vt anteà in arena ponatur horis ſex Rurſum exime & effuſum menſtruum tinctùm ſerua. Hoc fac, donec nulla tinctura ampliùs menſtruo communicetur. Totum menſtruum per partes anteà collectum cucurbitæ indatur cum alembico roſtrato, adiuncto recipiente. Probè clauſis iuncturis ponatur in B.M. tepido, non verò calente, ad ebullitionem: ſpiritum primò egredi ſolitum excipe & amoto recipiente beneque clauſo, vt integer ſeruetur ſpiritus, aliud admoue, quod viliorem excipiet ſpiritum: quod, vbi phlegma fluere inceperit, remouendum. Cognoſces autem ſpiritum tum ex odore fragrantiſſimo, tum ex facilitate fluxus. Phlegma namq; tardius exit. Hoc veniente augeatur ignis, vt bulliat B. Relinque ita in B. donec materia in fundo cucurbitæ ad mellis ſpiſſitudinem perueniat. Auferatur iam alembicus roſtratus & affuſo in materiam craſſam ſpiritu primò collecto, ſuperponatur cæcus. Pone in digeſtionem in B.M. modicè calente & leniter bulliente, vſque ad iuſtam materiæ conſiſtentiam, tibi placentem. Ex hac benè ſeruata parùm ponatur in vino & rubicundiſſimum euadet.

Extractum Roſarum.

Qui

Qui proceſſus clariſſimi Philippi Mulleri eſt. Alium proponit Petrus Poterius *in Pharmac. Spagiric.* Infuſiones, inquit, illæ, quæ vulgo in officinis Pharmaceuticis fiunt, probè purgatæ in vrinalis fundo poſt humiditatis eductionem extractum relinquunt purgationibus peraccommodatum. *Datur à* ℈ j. *ad* ʒ j. Aluum & vrinas blandè mouet, & eadem quæ ſyrupus roſarum officinarum præſtat, licet in longè minori quãtitate. *Datur aliquando ad* ʒ ij. In eo parando magna eſt habenda cautela: ſecus non purgat. Ita & extractum violarum ſe habet. Huc vſque Poterius. Ex ſaturatè rubentibus & quodammodo nigricantibus roſis proprio menſtruo, aquâ roſarum nimirùm ſpiritu vitrioli acidulâ redditâ extractum parari poteſt præſtantiſſimum, iis in affectibus, qui exiccatione & adſtrictione opus habẽt, vt in dyarrhæa, dyſenteria, enormi menſium fluxu, hæmoptoe, hæmorhoidum abundantiâ. Fluidum extractum nil aliud eſt quàm tinctura ſuperiùs propoſita.

Rob. & condit. fruct. Roſ. ſeu Cynosb.

Fructus *Roſarum ſylueſtrium* ſeu *Cynosbatorum condiuntur ſacchara aut melle*, commendanturque in calculo, gonorrhæa, menſium profluuio, diarrhæa, dyſenteria. Ex eorundem fructuum pulpa electuarium & quaſi extractum quoddam paratur contrà alui fluxus immodicos, vomitiones & ventriculi infirmitatem. Lanuginem autem & acinos auferunt, fructus mundatos in vino rubro, dum molleſcant, coquunt, pulpamque per cribrum traiiciunt, quam addito ſaccharo iterum lento calore in ros ſeu electuarii conſiſtentiam coquunt. Ioannes Crato à Craftheim *in conſiliis* valdè commendat conditũ Cynosbatorum ad ruborem faciei emendandum: ſumendum autem antè prandium, tum & antè cœnam. Idem in quodam conſilio: Caro, inquit, Cynosbati condita eiuſdem facultatis eſt, cuius Cydonia & non ſolùm ad reprimendos vapores & humores contemperandos magnam vim habet, ſed & calorem renum, ne calculos generet, infringit, & eos laxiores, & faciliùs calculos excludant, reddit.

CA-

Capvt XXX.

Conſerua roſarum, quæ & ſaccharum roſarum & Rhodoſaccharum dicitur, varia habetur variis in locis & pharmacopoliis: vt conſerua roſarum incarnatarum, roſarum rubrarum vel ſimplex vel vitriolata: Parandi modus non ſolùm pharmacopæis, ſed & mulierculis probè cognitus ſexcentiſque ferè libris conſignatus. Communiter fit *ex conquaſſatis ſeorſim roſis recentibus tritoque ſaccharo*, inuicem commixtis. Elegantiſſima redditur, ſi vel *ſpiritus vitrioli, vel ſucci citriorum, Limonum aut Granatorum affuſione tinctura roſea* eliciatur atque adeò in conſerua floridus floris color conſeruetur. Illuſtres ac nobiles quædam matronæ ſequentem obſeruant proceſſum. *Vitri capacis*, ampli latique orificii, conſeruandis conſeruis apti, fundum conſternunt ſaccharo pulueriſato ad tranſuerſi digiti altitudinem: ſuperſpergunt flores Roſarum ſelectiſs. remotis remouendis. Huic florumſtrato ſuperiniiciunt nouum ſaccharum eodem, quo roſæ, pondere, iterumque flores: & ita fiat S. S. S. vltimumque ſeu ſummum ſtratum ex ſaccharo conficiatur. Vitrum membranâ vel veſicâ probè occluſum exponatur æſtiuo tempore feruentiſſimo Solis ardori per tres ſeptimanas vel menſem vnum, quo temporis ſpacio materia duriuſcula reddetur & optimè condietur diuque reſeruabitur. Aliam conſeruæ Roſarum præparationem, qua flores non ſolùm integri permaneant, ſed proprios ſuos inſuper colores, odores, & ſapores totos conſeruent, tradit Quercetanus his verbis: Accipe *flor. Roſ. optimè mundat. & exiccat.* ℥iiij. Miſce cum *ſacchari calidi* & cum *aqua roſ.* ad perfectionem decocti (ſicut decoqui ſolet ſaccharum roſatum tabulatum) *libra vna*. Idem *ſaccharum cum admixtis floribus* denuò bulliat ad ignem, donec pfectè coctũ apparuerit: cuius pfectionis ſignũ eſt, dũ eiectũ cũ ſpatula bracteas quaſdã & veluti folia facit: tũc vas æneũ, quo materia cõtinetur, ab igne remoueatur rotulâ continuè commouendo, donec in puluerem reducatur ſaccharum, & additi flores ab eo ſeparabiles,

Rhodoſaccharum ſeu Conſerua Roſ.

biles, & nihilominùs in conſeruã conditi exiſtant, integros adhuc cõſeruãtes ſuos colores, odores & ſapores.

Vires & vſus conſeruæ Roſ.

Eſt a. conſerua roſarum incarnatarum, vt & Damaſcenarum muſcatellinarum maximè cordialis: bilis ferociam compeſcit, faucium & ventriculi mitigat ardorem, emendat linguæ ariditatem, frequentiſsimè cor caputque roborantia ingreditur electuaria.

Conſerua roſarum rubrarum, præſertim antiqua, tenuibus & ſalſis catarrhis confertim noctu decidẽtibus viaſq; ſpiritales occupantibus egregiè medetur, infirmo & laxo ſtomacho auxiliatur. Vtraq; capiti, pectori, hepati & ventriculo ſum̃operè ꝓdeſt. Illa tamen potiſſimũ com̃endat hypochõdriacis à Montano in cõſiliis, & Hoechſtettero in p̃claris ſuis obſeruationib. In principio phthiſis conuenientiſsima, quia modicè refrigerat, abſtergit & moderatè ſiccat: quo in caſu pleriq; cõſeruã roſarũ incarnatarum p̃ferunt, vt quæ nec nimium conſtringat nec enormiter ſoluat. Summarum in ſumma virium eſt roſarum conſerua, veterum & recentiorum medicorum teſtimonio.

Conſerua roſ. alb.

Roſarum albarũ cõſerua (ne huius planè obliuiſcar) in albo menſium fluxu & gonorrhæa com̃endat. Scio quidẽ, nõ leuẽ hîc controuerſiã agitari: an conſerua roſarũ in ꝓpriè dicta Phthiſi (q̃ Græci etiam φθόην appellant; in qua lenta totius corporis conſumptio, atrophia & occulta febricula ex pulmonis exulceratione originẽ trahẽs, obſeruatur) vtilis ſit nec ne? Sed de hac q̃ſtione inferiùs in noſologia Rhodopharmaceutica.

Controuerſia.

Conſeruam Roſar. alii frigidam, alii calidã ſtatuunt. Arbitror ego, diligenter atque accuratè diſtinguendum eſſe tum inter ipſas roſas, tum & præparandi rationem atque ipſam etiam accommodationem ſiue ipſum vſum in hoc vel illo affectu. Temperata eſt vtplurimùm: calidiuſcula reddit ab admixto ſaccharo, q͞p in calidis ac bilioſis corporibus facilè bileſcere non neſcio. Negat ob hanc cauſam Rhaſes, qui calorem & ardorem in ventriculo patiuntur, ſaccharum roſaceum com̃odè comedere, [illegible] ſertim, æſtiuis ſolibus, ob metũ

caloris

caloris atque ſitis : improbatque Septalius in animaduerſionibus practicorum conſuetudinem, qua altero à peracta purgatione die ſaccharum roſaceum ex aqua aliqua refrigerante febrientibus propinare ſolent, vt caliditas ſiccitasque vi purgantis medicamenti facta & ex febri relicta atque etiam ſitis compeſcatur. Verùm errant illi potiùs intentione & collineatione, quàm felicis ſucceſſus aſſequutione. Saccharo namque Roſarum pallidarum, lactis, exempli gratia, ſero diluto reſiduas in prima regione ferueſcentis ac bilioſi ſucci reliquias non ſolùm contemperant, ſiquidem haud ſolitarium, ſed refrigerante liquore dilutum exhibeant rhodoſaccharum, ſed potiſſimum abſtergent & ad vlteriorem promotionem atq; eductionem præparant. Qui ſi ſolam intenderent refrigerationem; Iulepo potiùs roſaceo, vel aliis refrigerantibus; ſi virium reſtaurationem & corroborationem atq; adeò eam etiam, quæ per accidens & conſequens fit, expultrice facultate roboratâ, prius ſtimulatâ, coarctatiſq; partibus ſuperius, vlteriorem purgationem ſeu poſtpurgationem; conſeruâ roſarum rubicundiſſimarum ſcopum attingerent.

Conſeruam roſarum vitriolatam dictam quod attinet, eſt ea partim roſarum virtutibus prædita, partim vitriolicis qualitatibus imprægnata; plurimis in affectibus proficua; cuius multiplicem vſum is facilè perſpexerit, cui infinitæ ferè tum roſaceæ tum vitriolicæ facultates cognitæ. Eſt conſeruarum omnium elegantiſſima, Rubini colore tincta: eſt & iucundiſſima, iis præſertim, qui acidis delectantur, praſinam bilem euomentibus & amarum ructantibus vtiliſſima, nec non ſiticuloſis febricitantibus. Optimus ex eâ cum aqua diſſolutâ, factâ colaturâ, fit Iulepus refrigerans ac reficiens, ſtomachalis & hepaticus, bilioſis, eryſipelatoſis, ſummâ ſubitaneâque irâ excandeſcentibus, vel poſt crapulam exæſtuantibus, & febrientibus gratiſſimus. *Conſeruā roſ. vitriolata.*

In conſerua roſarum infinita ferè exhibentur reme-

Conſerua roſ.compoſita. dia alterantia, purgantia & corroborantia: exempli gratia;

Rec. *conſeru.Roſ.*℥ij.
*ſpec.arom.roſ Gabr.*ʒjß.
*Nuc.Ind.condit.*ʒij.
*ol.Cinam.deſtill.gutt.*iij.

Fiat electuar.ſtomach.

Rec. *conſeru.roſ. vitriolat.* (quæ fieri ſolet, recenter paratæ roſarum conſeruæ inſtillando ſpiritus vitrioli guttulas aliquot ad gratam vſque aciditatem eliciendamque roſeam tincturam: quod & citri ſucco efficitur) ℥jß.
*Croc.Mart.*ʒß.

Fiat electuarium dyſentericum pro duobus vel tribus doſibus: quod quidem mixturâ elegantiam potiùs, quàm efficaciam amittit.

Rec. *Conſeru.Roſ.*ʒj.
*Laud.op.gr.*iij.

Miſc. vel Laudanum in minutiſſimas pilulas formatum conſeruæ indatur.

Conſerua roſ.purgans. Conſerua roſarum ſolutiua ſeu purgans.

Rec. *conſeru. roſ. vitriolat.* ʒj. *pulu. gumm. Ind. ſolut.* ℈ß. *vel cremoris ſiue magiſterij Scammon. vel florum Rhabarbari gran.* XII. *olei Cinam. vel roſ. gutt.* j. *Miſc.* De gummi illo Indico ſuperius.

Cremor ſeu magiſteriũ Scammon. Cremor ſeu magiſterium Scammon. ſequentem in modum conficitur. Rec. Scammon. opt. q. p. Superfunde Spiritum vini rectificati ad ſupereminentiam quatuor digitorum circiter. Digerantur in B. vitro benè occluſo, loco calido, per aliquot dies, donec factâ ſolutione color, & vis ſcammonii extracta videantur. Extractum calidum adhuc traiiciatur & coletur per chartam emporeticam, fœcibus interceptis: purior pars, quæ tranſiit, affundatur aquæ roſarum frigidæ: (vel, ſi placet, colaturam illam in vas ſatis amplum effundas, eique aquam roſarum ſuperfundas) poſt aliquot horas tota Scammonii eſſentia ab omnibus ſordibus liberata viſciditate quadam inſtar picis coa-

coagulari incipiet. Coagulum hoc ſeu cremorem Scammonii colligas; exicces, & duro impoſitum lapidi læuigando redigas in puluerem candidum.

Quod ſi ſecundâ vel tertiâ vice dictum proceſſum iteraris, albiſſimum, correctiſſimumque Diagridium habebis. Cuius doſis à granis VII. ad gran. XVI. XX. & XIV. Felicem ſucceſſum ſæpiùs expertus ſum.

Flores Rhabarbari hac ratione ſublimantur. Rec. *extracti Rhabarbari* ℥ß. *flor. Sulph.* ℥j. *ol. Cinam.* ℈j. Concorporentur & exiccentur lento igne in vaſculo ſeu patella vitrea. Indantur cucurbitæ vitreæ ſuperpoſito alembico, donec flores aſſurgant, quos vnâ cum relicta materia tritos iterum ſublimes, hoc tertium inſtituto. *Doſis gran.* VII. VIII. ℈ß. *gran.* XII. Purgans eſt in quamplurimis affectibus, præſertim in peſte, tutiſſimum. Prægnantibus tamen incommodum. His namque propter fœtum eiiciens Sulphur infeſtum. *Flores Rhabarbari.*

Florum illorum loco ſumi poſſet tinctura Rhabarbari, ſic præparanda. Rec. *Rhabarbari* vel communis, vel Monachorum dicti, *in fruſtula conciſi* ℥i. Superfundè *olei amygdalarum amararum* ad trium digitorum eminentiam, *vel* ℥iiii. Quadraginta diebus ſolo ſolari calore digerantur; qua ratione oleum Rhabarbari eſſentiam in ſe deriuabit. Exprimatur poſtea maſſa per Hippocratis manicam vel linteum. Expreſſioni optimum vini ſpiritum affunde; atque in B. M. per aliquot dies relinque. Sic namque ſpiritus vini omnem Rhabarbari eſſentiam extrahet. Reſiduum Rhabarb. cum nouo digeratur oleo, donec iterum tingatur oleum, & ex hoc ſpiritus vini beneficio tincturæ euocetur: qui proceſſus tamdiu eſt repetendus, donec Rhabarbarum nullo amplius affuſum oleum colore inficiat. Tinctus verò viri ſpiritus ad dimidiæ partis conſumptionem deſtillationi ſubiiciatur, quodque deſtillatione prodiit, reliquo coniungatur ſpiritui, ſecundâ, *Tinctura, ſeu balſamum eſſentiale Rhabarbari.*

 tertiâ,

tertiâ, quartâque vice repetitâ dictâ deſtillatione. Tandem verò totum per alembicum prolicias: tum demum enim veris impraegnata viribus tinctura vnâ cum ſpiritu vini prodibit; quam ad mellis conſiſtentiam, vel balſami formam, facta in vaporoſo balneo abſtractione, deducas. *Doſis* ℈ß. *gr.* XII, *vel* ℈i. in conſerua vel ſyropo Roſarum.

Elegantiſſima conſerua roſarum lenitiua ſeu laxatiua.

Alia conſerua roſarum purgans. Rec. *conſeru. roſ. incarnat.* ʒi. *confect. Alkerm.* ℈i. *Mercurij dulcis* probè praeparati *grana* XIII. *olei roſ. ſtillat. gutt.* i. Miſc. Elegantiſſima & tutiſſima fit conſerua roſarum lenitiua ſeu laxatiua, ſi loco ſacchari *Mannae puriſſimae* iuſta quantitas in *aqua roſarum* diſſoluatur & ad ſyrupi conſiſtentiam coquatur, addanturque roſae pallidae (quae caeteris magis purgant) recentes, lentaque potiùs quàm violenta coctione in conſeruae formam redigantur. Poteris & *Diagridium* in petia ligatum filoque ſuſpenſum vnâ cum *Manna* in *aquâ roſarum* coquere, tandemque exprimere & remouere. Quod ſi verò ſuſpectum ſit Diagridium, *Ialapae ſeu chelapij puluis ſubtiliſſimus* in fine admiſcendus, & *cremoris Tartari* quid. Eſt ea radix (quae vel nigra quaedam Mechoacanna, vel nigrum Rhabarbarum, vel vitis nigra Mexicana, ſigillum Marianum Indicum ſeu Americanum) inſipida, nec, vt Diagridium, violenta, non tyrannicè, vt ita dicam; aliorum catharticorum more graſſatur: vtramque bilem, pituitam & ſerum potiſſimùm educit, à cuius eluuie longè plures, quàm vulgò docetur, affectus tum chronici tum acutiſſimi promanant.

Conſerua roſarum cerebrum & cor roborans. Rec. *conſeru. roſ.* ℥ii. *confect. alkerm.* ʒi. *Ambr.* ℈ß. *Cran. human. pulueriſ. vel. praepar.* ʒi. *pulu Marchion.* ℈i. *cum ſyr. de Beton.* fiat Elect.

CAPVT XXXI.

Electuariũ Roſ.

ELectuarium duplex è roſis parari ſolet potiſſimum in tabernis pharmaceuticis: alterum electuarium roſa-

roſatum Meſuæ dictum; alterum electuarium è ſucco roſarum Nicolai vocatum.

Electuarium roſatum Meſuæ *è roſarum ſucco, ſaccharo, Manna, Diagridio, trochiſcis de ſpodio, troch. de Berb. Gall. moſchat. & Croco* compoſitum clemens & ſalubre eſt cholagogum. Pilulas aggregatiuas & pil. de Hermodactylis ingreditur. Aliâs euiluit: licet altero non ſit vilius. Galliam tamen moſchatam perperam recipit, vt & Crocum, quæ ad nobiliores partes exhalantia odoratiſſima & penetrantiſſima viroſorum catharticorum vehicula nunquam purgantibus, fœminis præſertim exhibendis, admiſcenda. Eſt aliâs proficuum in febribus bilioſis, cephalalgia, cerebri tumoribus, vertigine, ophthalmia, ictero, arthridite calida. Auguſtani, de re Medica optimè meriti, virgunculis maturis, debitâ menſium purgatione deſtitutis id commendant. *Doſis à* ℥iii. *ad* ℥vi.

Electuarium è ſucco Roſarum Nicolai priore vſitatius eſt: cuius hæc correctiſſima deſcriptio:

Rec. *ſucci roſ. rub.*
ſacchar. alb. ana ℥xvi.
Scammon. præparat. ℥iſs.
Santal. rub.
alb.
Citrin. ana ʒvi.
ſpod. ex ebore ʒiii.
Camph. ℈i.

Succus roſarum cum ſaccharo ad iuſtam conſiſtentiam coquatur, deindè tritæ ſpecies adiiciantur. Diagridium cum ſucco roſarum ſeu Diagridium roſatum baſis eſt totius compoſitionis. Neque enim purgant reliqua, ſed purgandi vim enormem Diagridii potiùs refrænant, parteſque grauiter ſtimulatas roborant, excitatum calorem & commotæ bilis feruorem temperant. Mediam tamen ſantalorum partem ſufficere, Camphoram verò, tanquam impertinentem, & tenuitate ſua vique penetrandi ad interna nobilia

membra exhalantem ſecumque viroſam Diagridii qualitatem deducentem omitti, Mannam verò addi, debere arbitror. Camphora certè non, vt vulgo quidem opinantur, frigidæ qualitatis eſt. Aſſociata namque calidis, calefacit; frigidis, refrigerat, atque adeò hermaphroditicæ eſt naturæ.

Nec omnia frigida ſunt, quæ refrigerant. Nam & calida ſæpè caloris vel diſcuſſione atque reſolutione, vel extractione refrigerant; quemadmodum & frigida caloris coarctatione calfaciunt. Tragacanthum igitur vel Maſtiche commodiſſimè ſubſtitueretur, vel mucilago ſeminum Cydoniorum cum aqua roſarum extracta vel ſuccus cydon. qui Diagridium in Cydoniato ſeu Diacydon, quoque corrigit, ac moderatur.

Habetur electuarium illud in ſolidâ, id eſt tabularum, & liquida, id eſt, opiatæ forma. Vtrumque bilioſos ac ſeroſos expurgat humores, etiam è diſtantioribus corporis partibus, in febribus aliiſque affectibus calidis & bilioſis vtiliſſimum. *Doſis à* ℥ii. *ad* ℥v. Solidum tamen, quod in confectionis ſeu tabellarum forma, potentius eſt liquidiore. Minorem enim ſucci roſarum quantitatem recipit atq; reſeruat.

Ingreditur & Roſa Theriacam & Mithridatium.

Pilulas ſuperiùs iam diximus frequentiſſimè cum aqua roſarum formari: ſuccum præterea quamplurimarum pilularum maſſas ingredi. Poſſent etiam ex inſpiſſato roſarum extracto pilulæ ad placitum confici; vt in dyſenteria:

Rec. *extract. roſ. rub. gran.* xii.
Laudan. op. ſeu Rhodopij, gran. ii.
Croci Mart. gran. viii.
Ol. roſ. deſtill. gutt. ii.
Miſc. *fiant pil.* vii. *pro vna doſi.*

Trochiſci roſ. Trochiſcorum roſaceorum, raró vſitatorum, compoſitio è diſpenſatoriis petatur. Hepati aliâs & ventriculo, infirmis, ſuccurrunt, obſtructiones iecorarias reſerant, febribus chronicis & hydropiſi medentur.

Ingre-

Ingrediuntur etiam roſæ plurimos alios trochiſcos. Tabulæ ex ſpeciebus aromat. roſat. Gabriel. paratæ in acidularum vſu temperationis & corroborationis gratia communiter expetuntur. Vtiliſſimæ ſanè æquè ac vſitatiſſimæ, multiſq; aliis plurimorum compoſitorum compoſitionibus præferendæ. *Tabula roſ.*

Tabulæ & rotulæ ex aqua roſarum, conſerua roſ. extracto roſ. ſpir. & ol. roſ. ſtillatit. variæ pro varia Medici intentione concinnari poſſunt. Rotularum, manus Chriſti dictarum, cum margaritis ſuperiùs mentionem fecimus. In officinis proſtat etiam, ſaccharum roſaceum tabulatum: Item morſelli ex ſucco roſarum rubicundiſs. recent. cum infuſione ſpiritus vitrioli; vel ex ſubtiliſſimo roſarum rubrarum puluere paucis, ad eliciendam ſcilicet tincturam neceſſariis, guttis ſpiritus vitrioli vel ſulphuris reſperſo; vel ex vitriolata roſarum tinctura cum ſtillatitio roſarum liquore, ſed fragrantiſſimo, additâ debitâ ſacchari portione, & ſi placet, ſpiritus & olei roſarum portiunculâ: quorum morſulorum exquiſita præparatio accuratam pharmacopæi dexteritatem requirit, niſi fine ſuo fruſtratus minùs felicem ſucceſſum ſæpiùs experiri maluerit. Infuſus enim ſpiritus vitrioli adſtrictoriâ ſuâ aciditate in tabulas formandum ſaccharum in lentam quandam minuſque gratam cogere maſſam ſolet. Gratiſſimi ſunt ſaporis & inſignium virium ad extinguendum calorem, ſedandamq; ſitim. *Rotula roſ.* *Morſelli elegantiſſimi è rubicundiſſimâ roſarũ tinctura.*

Magni quoque vſus rotulæ diarhod. Abb.

Puluis roſarum & per ſe reſeruatur in officinis & plurima alia ingreditur interna & externa pharmaca. Pulueriſandæ autem roſæ, poſteaquam probè exiccatæ fuerint. At verò exiccandæ minimè matutino rore vel diurnâ pluuiâ adhuc madidæ, nec penitùs iam in roſario explicatæ viribuſque exutæ, ſed ad iuſtam maturitatem perductæ; quarum exunguata foliola communiter in vmbra frequenti verſione ne muceant, vel ſitum contrahant, exiccantur. Præſta- *Puluis roſ.*

ret tamen ; Antonii Mizaldi iudicio in Horti Medici campo 5. area 1. roſas, vt & alios flores vel Soli blando exponere, vel clibano, pane ablato, adhuc mediocriter calenti, imponere; modò non diutiùs inibi detineantur. Ita namque exiccatæ & colorem & odorem & vires meliùs retinebunt. Siccat roſarum puluis, adſtringit, deterget & corroborat. Imò etiam purgat, ſi drachmæ vnius pondere exhibeatur : quod & puluis violarum præſtat. Vel per ſe vel cum melle mixtus oris vitiis efficaciter medetur.

Hepar roſaceum catharticum.

Ex eodem puluere componi poteſt puluiſculus catharticus, minimâ doſi maximè efficax, hac ratione. Cremoris Diagridii ſumas quantum placet. Huic, vel etiam guttæ mundæ, addas ſubtiliſſimi pulueris roſarum quartam vel ſextam circiter partem. Terendo commiſceas : poſteà tantillum ſpiritus vitrioli (quantum nempè ſufficit ad corrigendum Diagridium & extrahendam roſarum tincturam, cremori Diagridiato conciliandam) aſpergas, & lento calore maſſulam exicces : habebis hepar roſarum, ſeu ſubſtantiam roſeam rubicundum hepar repræſentantem : quam ad placitum in puluerem rediges. Hoc Diagridium roſatum Viennenſis quidam celeberrimus vir ſalis roſati purgantis nomine mihi communicauit.

Species Aromatici roſati Gabrielis.

Species è roſis paratæ variæ quidem ſunt. Commendatæ potiſſimùm, quæ in officinis proſtant, ſpecies aromatici roſati Gabrielis: quæ *ex roſarum rubrarum drachmis quindecim, Glycyrrhizæ raſæ drachmis ſex, lign. Al. ſantal. citr. ana* ℥iii. *Cinamomi electi* ℥v. *Caryophyll. Mac. ana.* ℥ß. *Gumm. Arab. Tragacanth. ana* ℥ii. ℈ii. *nuc. muſc. cardamom. min. Galang. ana.* ℥i. *ſpic. Indic. Ambr. cineritiæ. ana* ℈ii. *Moſch.* ℈i. compoſitæ caput, ventriculum, cor & omnia nutritionis membra roborant, nauſeam & vomitum ſiſtunt, flatus diſcutiunt, putredinem à concoquendis in ventriculo contentis abarcent, digeſtionem promouent.

Species

Species diarhodon Abbatis, Nicolai. quæ ex *ſantali alb. ſantal. rub. ana* ℨij.ß. *Tragac. Gumm. Arab. Spod. ana* ℈ij. *ſucc. Glycyrriz. radic. Aſar. Maſtic. Spic. Indic. Cardam. Croc. lign. Al. Caryophyll. Cinam. Galliæ moſch. veræ Meſuei, Rhabarb. elect. aut Rhapontici ſeu Rha-Thracici, Acinorum Berb. Semin. Aniſ. Fœnic. Baſilic. Melon. Cucurb. Citrul. Cucum. Papav. alb. Intybi, id eſt, Scariolæ, Portul. Lactuc. ana* ℈j. *Margarit. præpar. Oſs, de cord. Cerv. ana* ℈ß. *Roſ. Sacch. cand. ana* ℥j. ℨiij. *Camph. gr. Vij. Moſch. gr.* iijß. compoſitæ caliditatem hepatis, ventriculi, pulmonis, lienıs & renum temperant, coctioni opitulantur, vires reſtaurant, bilioſis febribus & ictero conferunt, capiti poſt exantlatum ex crapula dolorem robur addunt. Phthiſicıs etiam, hepaticis, & cardiacis conveniunt. ***Species diarhodon.***

Species roſatæ novellæ; quæ Roſarum viridium, *Glycyrrhizæ ana* ℥j. ℈iiß. *Cinamomi* ℨij. ℈ij. *gr.* ij. *Caryophyllorum, Spic. Ind. Zingib. Galang. Nuc. muſc. Zedoar. Styrac. calamit. Cardam. ſemin. Ap. ana* ℈j. gr. viij. & Norimbergenſium additamento *ſacchari* ℥j. ℈iiß. recipiunt; ventriculi & cordis imbecillitati medentur, ſtomachi ſubverſiones & nauſeas compeſcunt, cardiacis & pulmonicis ſuccurrunt, diſſolutas & relaxatas ventriculi vires inſtaurant, iis qui chronicis conflictantur affectibus, conducunt: præcipuè verò ad ventriculi, hepatis & cordis intemperiem calidam ſiccam, quæ ſitim vehementiſſimam & ardorem inducit, valent. Plurimas etiam alias ſpecies ingreditur roſa. *Doſis* prædictarum ſpecierum *à* ℈i. *ad* ℈iv. ***Roſata novella.***

Tragemata ex prædictis ſpeciebus roſaceis varia medicus pro re nata conficiet. Tragea ex *pulvere roſarum* & *ſaccharo*, addita *Cryſtallorum Tartari* portione, compoſita, clementer purgat. Addi poſſet & *pulvis Violarum Martialium.*

Sal Roſarum duplex eſt: eſſentialis per cryſtalliſationem & fixus ex Roſarum fœcibus ſeu cineribus per calcinationem extractus. Chymici triplicem ſtatuunt ſalem; vegetabilem & volatilem, qui facilè in auras abeat cum ſpiritu vel proprio vel proprio vel vini: ani- ***Sal Roſarum duplex.***

malem ſeu vtriuſque naturæ participem ſalem in tincturis maximè remanere arbitrantur: mineralem verò ſeu fixum cineribus arctè inhærere, nec niſi per calcinationem ſeparari poſſe docent. Iuxta quam doctrinam ſalem Roſæ vegetabilem & volatilem in eiuſdem meeti ſpiritu; mediæ naturæ participẽ in eius tincturâ; fixum verò atque mineralem in cineribus habemus atque poſſidemus: at verò poſtremum ferè tantùm ſeparabilem. Nam ſal volatilis cùm perexiguus & ferè nullus ſit in roſis, præſertim albis (vt & omnibus in frigidis, ſuccoſis ſeu humidioribus recentibus herbis ac floribus) difficilimè & minima in quantitate eum elabraveris. Salivum tamen Cryſtallum roſeum, colore, odore, ſapore & ipſis roſarum virtutibus impregnatum, inſtar rubini pellucidum, eſt qui promiſerit, neſcio an promiſſum vnquam præſtiterit. Vix aliter id fieri poterit, quàm è *roſarum ſaturatè rubentium* expreſſo *ſucco*, depurato, filtratu, deſpumato, ad mellis vſque liquidi conſiſtentiam percocto, & in locum frigidum per aliquot dies repoſito ad cryſtalliſationem, addito fortean prius *Tartari cryſtallo*, vel *Nitro purificato*, cum *roſarum ſale* pauciſſimo copulando & *rubicundiſſimâ Roſarum tincturâ* colorando. Plura videas hac de re *inferius cap 33.*

Cryſtallum Roſeum.

CAPVT XXXII.

Acetum roſaceum.

A*Cetum Roſaceum*, creberrimo ac celeberrimo vſu paſſim decantatum, ex affuſo roſis rubris optimo aceto fieri ſolet. Acetoſa enim è roſis tincturam facilè extrahere iam notum eſt. Vſu frequentiſſimum eſt in ſyncope & lipothymia vel odoramenti loco vel epithematis in modum applicatum. In peſte quin etiam non ſolum extrinſecus, ſed & intrinſecus eduliis admixtum vſurpatur. Confert item febribus, præſertim ardentibus, cephalalgiæ calidæ, fervori iecoris, ventriculi & renum: refrigerat, repellit, ſiccat, adſtringit, penetrat, incidit, purificat, roborat, & inflammationes ſedat. Applicatur cum linteis epithematis in modum fronti, collo, cordi, pulſibus manuum ac pedum, aliiſque partibus

ibus pro vſu neceſſario. Commiſcetur plerunque aliis epithematum ingredientibus, aquis deſtillatis, vt aquę roſ. ol. roſ. &c.

Acetum Citro-Roſaceũ & Granato-Roſaceum.

Elegantiſſimum & efficaciſſimum fit acetum Citro-Roſaceum & Granato-Roſaceum, ſi folia roſarum rubrarum in ſucco malorum Granatorum vel Citriorum infundantur ; vel ſuccus roſarum ſæpius purificetur tandemque cum acidis illis ſuccis mixtus diuturnâ inſolatione aceſcat.

Oleum Roſarum coctum: completum, & incompletum ſeu omphacinum.

Oleum Roſarum coctum (Nam de ſtillatitio iam ſuperiùs egimus *c.27.*) duplex habetur in officinis Pharmaceuticis nonnullis : completum & incompletum ſeu Omphacinum : Hoc, vtpote frigidius & repellendi vi præditum in principio morborum vtiliſſimum, illud calidius & in declinatione commodius. Ita quoque Galenus *lib.2. de compoſ. medic. ſ.g.c.2.* Olei ſanè nomen, inquit, vnum eſt, qualitas & facultas diverſa. Nam omphacinum frigidius : ex maturis oleis preſſum calidius eſt, temporis autem progreſſu calefaciendi vim auget. Idem Galenus aliis plurimis locis oleum roſarũ modò calefacere, modò refrigerare, modò humectare, modò tenuis, tepidæ, & penetrantis ſubſtantiæ, modò adſtringentis facultatis eſſe & repellere pro ratione præparationis & aliarum circumſtantiarum, aſſerit.

Ol. Roſ. compl.

Completum Oleum Roſ. fieri ſolet ex roſis probè apertis & oleo olivarum maturarum. Temperatum ſeu tepidum & frigidiuſculum eſt, roborat, blandè repellit, anodynum eſt & quodammodo concoquit, internâ phlegmone laborantibus ſuccurrit, alvum lenit, lumbricos & alios vermes expellit, acerrimorum vim venenorum obtundit ac evincit, capiti confert, ſomnum promovet, vlceribus in capite manantibus ac fervidis eruptionibus illinitur, menyngum cerebri, & cranii vulneribus, fracturis & contuſionibus convenientiſſimum, præſertim vbi dolorem ſubſequens inſignis inflammatio præcavenda atque abarcenda. Præterquam enim quod aſtringente qualitate affluentes repellit ſuccos, temperatâque frigiditate ſubortum mitigat calo-

calorem,ſuppurationem quoque in principio vulneris tantoperè deſideratam atque neceſſariam promovet. In progreſſu tamen,laudabili apparente pure, roſaceo oleo addendum mel roſ. vel ſyrup. ne longiore puris, non abſterſi,morâ membrana computreſcat.

Oleum roſ. incomplet. *Oleum roſarum incompletum* fit infuſione roſeorum calycum in oleo omphacino,id eſt,olivarum immaturarum.Refrigerat,ſiccat,repellit,adſtringit, variarum partium,renum præſertim,inflammationes reſtinguit, æſtuantem ventriculum temperat,fluxiones ſiſtit: potum,additâ præſertim terræ ſigillatæ portione, dyſentericos inſigniter iuvat,lumbricos exterminat: podagricas mitigat inflammationes, arthriticos & hæmorrhoidales mulcet dolores. Galenus olei roſacei ſæpiſſimè facit mentionem *in ſuis operibus Libro 2. de compoſ. pharm,ſec.loc.c.*1.optimum iudicat id,quod ex oleo crudo,id eſt,omphacino fit,roſis quamplurimis in eo infuſis;quodq; non vetus,ſed recens. Commendat hoc in capitis dolore,inflammationum principio & augmento,in fracturis calvariæ: item in lethargo, & phreneſi aceto commixtum: qua commixtione oxyrrhodini nomen ſortitur;eſtque epithematis genus & oleo roſarum & aceto vel ſimplici vel Roſaceo paratum,ad refrigerandum atq; repellendum potiſſimùm excogitatum.

Oxyrrhodinum. Veteres communiter olei Roſacei partes iii. aceti partem i. commiſcebant agitando,immerſasq; mixturæ oleacidæ petias applicabant affectis locis: vt docet Galenus *in Lib.de medic.facil.parab.c.*1.Verùm aceti oleive plus minus pro neceſſitate ſumendum. Cùm enim Omphacino quidem oleo, quod per ſe craſſioris ſubſtantiæ,qualitatis verò conſtringentis ac proindè minùs penetrantis,acetum addatur,vti partium tenuitate viam aperiret, & commodiorem oleo redderet tranſitum;plus aceti requirunt robuſta, craſſa denſaq; corpora,minus teneriora & quæ raræ nec ita ſolidæ texturæ. Præterea plus aceti requirit humidius cerebrum. Exiccat enim illud ſatis validè.Minus admittit ſiccum. Nimis enim exiccaretur cerebrum,& excitarentur vigiliæ,

iliæ, quæ aliâs plus ſatis ſiccum infeſtare ſolent cere-
rum. Neque igitur acerrimum ſumendum acetum ad
onficiendum oxyrrhodinum, ne igneis , quas conti-
net, partibus, calefaciat potiùs quàm refrigeret : Oleũ
utem olivarum ſit recentiſſimum. Vetuſtius enim, vt
inum, calidius; & novum ſingulis annis parandum o-
eum roſ. omphacinum. Nam roſarum vis refrigerans
empore diſperit; oleùm verò maiorem caliditatem ac-
uirit. Atqui cùm in principio calidior , tenuior & a-
rior fluxilis materiæ portio ad affectum locum pro-
umpere ſoleat, frigidis & conſtringentibus , non ca-
idis, aperientibus & laxantibus inſtituenda defenſio :
uum verò iam inſidens occupatæ parti materià vel
oncoquenda vel diſcutienda; calidis, reſoluentibus &
elaxantibus id potiùs quàm reprimentibus tentandũ.
Vnguentum roſatum Meſuæ ex axungia porcina lota *Vnguētum*
c mundificata, ſucco vel aqua Roſarum & oleo amyg- *roſ. Meſ.*
alarum dulcium debita coctione paratum vſu fre-
uentiſſimum eſt ad inflammationes varias , eryſipela-
a & vlcera ſerpentia, fiſſuras item labiorum, papillarũ,
c. Cephalalgiæ calidæ medetur, ventriculi, iecoris, &
ordis intemperiem calidam temperat , renum ardori
t hæmorrhoidalium venarum inflammationi reſiſtit.
legantius non ſolùm ſed & efficacius redditur, ſi ſub-
liſſimus roſarum rubrarum pulvis cum aqua vel &
auciſſimo aceto roſ. tritus ac præparatus, vti præpara-
ſolent precioſa, probè commiſceatur.

CAPVT XXXIII.

ATque ita ex prædictis ſatis conſtare arbitror, quæ, *Virtutes ro-*
quales, quantæ ſint roſarum facultates ac virtutes *ſarũ ſingu-*
ariis in compoſitionibus ac infinitis ferè medicamen- *lares: & va-*
rum formulis. Virtutes Roſæ eiuſdemque partium *riæ rhodo-*
ngulares inſigniores nunc commemoremus & ad va- *pharmaca*
os affectus accommodemus ; non oblivioni traditis *variis mor-*
mpliciſſimis & euporiſtis quibuſdam rhodopharma- *bis accom-*
s. Talia namque ſæpè cum operoſis compoſitorum *modata.*
mpoſitis efficaciâ certant. Operæ precium autem eſt,

accom-

accommoda quædam edocere paradigmata, quibus clarum fiat, nullum ferè dari morbum, cuius ad curationem roſea non requiratur, panacea, id eſt, cuius perſanationi vel neceſſariò, vel iucundè, vel vtiliter abſolvendæ roſacea non inſerviant medicamina. Quin & plurimi ſolis roſaceis curari poſſunt affectus remediis, vt mox oſtendetur. Cuius rei cauſa præter alias principalis hæc eſt, quod ita temperatã & harmonicè concordantibus qualitatibus dotatam ac ditatam eam per Naturam condiderit ſapientiſſimus Creator, vt pluribus omnino dicata, &, vt loquuntur, appropriata partibus videatur nobilioribus: quas & obſtructas reſerat atq; recludit, reſolutas nimium ſeu relaxatas coarctat & conſtringit, infirmas corroborat, &, cùm omnibus ferè gravioribus in affectibus languente calido nativo præternaturalis ingraveſcere ſoleat calor, adeò, vt nonnulli ſuſpicati ſint, ægrorum neminem ſine febricula mori; Roſa verò præter alias facultates refrigerandi quoque vim obtineat atq; exerceat; non poteſt non vt plurimùm prodeſſe vel ſaltem non obeſſe.

Febres rhodopharmacis curantur.

Quapropter in ipſis febribus, omnium frequentiſſimis morbis verè Panacea Roſa videtur: tantoque magis ad vſum transferri debent medicamina roſacea refrigerantia, quantò magis ævo noſtro cor quibusvis ferè in acutis affectibus accendi, nobiliores aliæ partes facilè inflammari, calidamq; frigidâ frequentiorem intemperiem obſervamus.

Febris diaria ſeu Ephemera.

Febrem diariam, Ephemeram dictam, ſolitariam quidem, ſæpè ſola *aquæ vel Iulepi* vel *tincturæ roſarum* hauſtu, vel emulſione ex *ſeminibus* frigidis maioribus vel minoribus cum *aqua roſ.* factâ reſtringues. Quo in caſu ſequens euporiſtum rhodopharmacum vtiliſſimum. Rec. *roſ. vel recent. vel ſic. M.* i. Affunde aqu. fontan. *vel acidul. vel ſer. lactis fervid. Menſ.* i. De colatura bibat æger ad ſatietatem vel neceſſitatem; admixto, ſi placet, pauco ſaccharo.

Synochus, febris.

In ſynocho tam ſimplici ſeu pura quàm impura ſeu putrida, quarum variæ quidẽ ſpecies, vtiliſſimè, primùm præpa-

ræparatis tum humoribus tum meatibus Iulapio,ſuc-
o,ſyrupo & aquâ roſarum,additis aliquot ſpiritus vi-
rioli vel ſalis guttis,purgabis ægrum corpus vel ſyru-
o roſarum ſolutivo , vel electuario è ſucco roſarum,
el roſâ Diagridiatâ ſeu Diagridio roſaceo ; quorum
ertæ doſes ſuo quæque loco conſignata. Quanquam
naxima variarum circumſtantiarum habenda ratio,
e vel in exceſſu vel defectu preces. Quapropter pru-
entiâ opus & dexteritate. Gratia exempli ſequens ſit
atharticum rhodopharmacum.

℞. *electuarij è ſucco roſ.* ℥ß.
ſyrup.roſ.ſolutiv. ℥iii.
aqu.roſ. ℥ii. ʒii.

Miſc.additis,ſi placet,*cremoris Tartari vel Tartari vi-
triolati* granis aliquot.

Aliud : ℞.*Diagrid roſac.gran.*xvi.*vel* ℈i.
*Formentur pil.*vii. Illinantur *oleo roſarum* ſtil-
latit.

liud : ℞.*conſ.roſ.*℥i.
*pulv.Diagrid.roſ.gran.*xvi.
Miſc.

Clyſmata pro neceſſitate quoque parari poſſunt ex
re carnium ſalito,melle,& oleo Roſ. vel mellis loco
mpto ſyrupo roſ.ſolut. Quod validius erit enema,ſi
loen roſatam addideris. Si præmiſſis validioribus
urgantibus exhauſtâ potiore materiâ morbificâ, reli-
uias ſenſim educere volueris , vel aſſumptâ pulveris,
x Roſis,Saccharo & Cremore Tartari confecti,ʒi.vel
onſervæ pallid. roſarum drachmis aliquot ſcopum at-
nges,vel Aloes vſu roſatæ voto ſatisfacies.Exhibebis
utem vel ſingulis vel alternis diebus ſeptem pilulas,
uarum quæque duo circiter contineat maſſæ grana.
uppoſitoria pro neceſſitate parari poſſunt ex maſſa A-
es roſatæ , addita ſalis gemmæ & Diagridii roſati
ortiuncula,ſi validiora deſideras.

Vomitu verò ſi ad ſuperna tendentem vitioſum hu- *Rhodophar-*
orem promovere animus eſt , grana vi. vii. vel viii, *maca emeti-*
illæ Theophraſti cum aqua roſacea præparatæ vel ex *ca ſeu vomi-*
roſarum *toria.*

roſarum conſerva vel ſtillatitia earundem aqua febrici-citanti propinabis. Sed & ſolus aquæ roſarum hauſtus copioſum ſæpè vomitum movet, ob ſubſequentem pugnam roſeum illum inter & in ſtomacho meſenterioque ferveſcentem bilioſum humorem.

Roſa mineralis. Efficacior eſt Roſa mineralis & roſa vitæ Chymicis dicta: quæ nil aliud quàm ipſe Mercurius vitæ, ex *antimonio* Mercurio paratus *tincturâque roſarum* imbutus. Color enim illius incarnatis roſis ſimilis vel à vehementiore præcipitati iam *pulveris candidi* exiccatione in fine adhibitâ, vel ab affuſione *ſpiritus vini ſantalini* vel *roſacei rubicundi rurſus* abſtracti vel à lævigatione prædicti pulviſculi cum artificioſa *roſarum tinctura*; cui ad placitum *Ambræ* quid vel Moſchi poſſet adiici. *Doſis grana ij. vel iij.* confectioni *alkermes vel conſervæ roſarum* immixta: vel *grana vj. vij. viij. in vino Malvatico* vel *ſpiritu roſarum* infuſa, ſoloq; poſteà propinato *liquore*, in fundo relictâ materia, quæ eodem modo iterũ infundi poteſt, præſertim, ſi maior doſis primæ infuſionis fuerit, vt *gran. x. vel* xii. Nam, quod omnem ferè excedit admirationem, roſa hæc mineralis, etiamſi multoties infundatur, eaſdem tamen ferè vires retineret. Quanquam autem, vt hoc obiter adnotem, ex Antimonio parata vomitoria nullâ re magis quàm Sale Tartari & ſaccharo mitigari, infringi, eòque deduci videantur, vt vel benignius per ſuperna vel ſolum per inferna, radicitus tamen, expurgent: attamen alius mihi conſtat modus, quo vix melior, vix commodior excogitari poteſt. Integrum aliquando proceſſum, Deo volente, propalabo. Qui vim Aquilæ ſublimis & Reginæ Magneſiæ altius perpenderit, naturam & functionem ventriculi probè cognoverit, & iuſtis corrigentibus, commodiſque inſtrumentis vncos aquilæ illius vngues vel præſecare vel obtundere, alas artificioſe deorſum flectere ſeu deprimere norit, voti particeps fiet. Implumis autẽ ita reddita vel ſaltem cicurata aquila in candidum mutata cygnum nullius vel odoris vel ſaporis in conſerva roſarum vel cum ſaccharo al-

biſſimo

biſſimo in orbiculorum, rotularum ſeu tabellarum (manus Chriſti dictarum) formam redacta, pueris etiam atq; aliis alia cathartica faſtidientibus abſq; periculo porriguntur. Qua ratione dulcis quoq; vſurpari poteſt Mercurius, ſed minùs tutò, cremor item ſeu magiſterium Diagridii, ſed minùs commodè, minuſq; iucundè quàm aquila illa roſea, verè cœleſtis, aureum & regium medicamen.

Rhodophar-maca febri-fuga hydro-tica ſeu ſu-dorifera.

Sudorifera roſacea magno commodo febrientibus propinantur: vt ſequens,

℞. *aqu.roſ.*℥iii.
acet.roſ.℥ß.
*CC.præpar.*ʒi.
*vel Antim. diaphoret.gran.*xxv.
vel lap.Bezoar.orient.
occid ana ℈ß.
Miſc. *pro vna doſi.*

Bezoartico lapide ex roſaceo liquore frequentiſſimè vtuntur Indi.

Aqua Roſarum affatim bibita, præſertim, cui ſal roſarum & acetum roſ. per ſe præparatum ex ſolo ſucco, commixta ſint, vel iuſta ſalis Nitri præparati portio indita, ſic ſatis ſudorem movet. Meliùs adhuc ſi ſpiritus Salis roſarum eſſentialis ſpiritui roſaceo communi & aceto maritatus, propinetur.

Sal Roſarum cryſtallinum.

Paratur autem ſal roſarum eſſentialis, eleganter pellucidus, cryſtallinus, nec frigidiori loco expoſitus diffluens, quatuor potiſſimum modis.

1. Per iteratas pluries communis roſarum ſalis, calcinatione producti, ſolutiones, filtrationes & coagulationes. Sed hoc modo confectus roſarũ ſal tranſparens quidẽ eſt, non tamen eſſentialibus imbutus viribus.

2. Rec. *roſarum* ad albedinem calcinatarum, id eſt, *cinerum nitidiſſimorum & ſulphuris vel florum Sulphuris* æquales partes, miſce, reverbera in reverberio, ut ſulphur vſtione abſcedat, vel in furno figulino, minimè tamen occluſo, non violento nimis igne: quo ex calcinato corpore ſuperfuſa calente roſarum aquâ ſalſum e-

liciatur lixivium, quod per filtrum traiectum deſtillationi vel evaporationi ſubiiciatur, donec parum ſuperſit: tunc enim frigido loco expoſitum candicantes proiiciet cryſtallos, ſicciore loco reſervandos.

3. Modus hic eſt: Rec. *ſalis roſarum* communi calcinatione parati *q.p.* In vitrum coniice, affunde non ſimul & ſemel ſed ſenſim & per vices ſpiritum ſalis etiam crudiorem nec ad ſummam ſubtilitatem & perfectionem deductum: obſtrepet ſal & initâ cum ſpiritu pugnâ ferveſcendo ſuſurrum edet: iterum atque iterum ſalinũ ſpiritũ affunde, donec nullus amplius percipiatur ſtrepitus: tam autem probè agitatam maſſam roſarum ſalinã ſpiritu ſalis impraegnatã ad quietẽ repone. Poſt horas aliquot affunde aquã fontanam clariſſimam ad palmi eminentiam circiter, ſolutionem per reſidentiam vel filtrum purifica, & ad tertias evaporare ſine, tum in cella rectè colloca, cryſtallinæ ſtriatim prodibunt roſacei ſalis gemmæ: quibus ſeparatis, reſiduum iterum ad tertias evaporet, collecto & ad vſum reſeruato ſemper ſale, donec nihil amplius labore dignum prodierit. Hoc modo præparatus ſal roſarum puriſſimus eſt, nec lixivium redolet, nec ita facilè in deliquium abit.

4. Modus. Rec. *fol. roſ. vel roſar integr. q.v.* Contunde in lapideo vel ligneo mortario: expreſſum artificioſè ſuccum & vel filtratione vel reſidentiâ purificatum ovi albumine decenter clarifica. Clarificatus ſuccus leniter ebulliat in vaſe vel vitreo vel argillaceo, quem ebullientem diligenter deſpuma; omne vitans empyreuma: tunc factâ ad liquidi mellis conſiſtentiam exhalatione in locum frigidiſſimum, puteum vel cellam, ad 5. vel 6. dies repone: ſalem invenies elegantiſſimum, gemmeum, angularem, efficaciſſimum, eſſentialem dictum, lavandum, exiccandum & ad vſum reſervãdum. Non eſt autem quod magnam expectes copiẽ. Pauciora plerunque precioſiora.

Quæſtio illuſtris. Queri poſſet hic; quâ de cauſa pleraq; ſudorifera ſint ſicca, quædam etiam frigida & conſtringentia, velut terra ſigillata, bolus, ſal & pulvis Cardui benedicti, Scor-

ordii, Veronicæ &c. C. C. vſtum Vnicornu, ſpulvis
rpentinus, lapis Bezoar, aceta Bezoartica, Antimo-
um diaphoreticum, Bezoarticum minerale, & alia,
æſertim Chymica, cum talia ſudorem ſiſtere potius
que tranſpirationem impedire videantur? *Reſpondeo*: *Reſp.*
iccante non ſolum qualitate peccantes vapores, fu-
ines & ichores, ſudoris materiam, ea repellere, quæ
nium ſiccorum matris, terræ (fluctuantem famu-
n, aquam, terminantis) eſt natura, ſed & corrobora-
ce virtute confirmato vitæ propugnaculo hoſtilem
arcere humiditatem, ſubtili verò acrimoniá atque
iditate craſſiorem humorem attenuare, vagabun-
m rorem cogere, vias venasq; anguſtiores penetra-
, poros aperire atq; adeò harmonice temperatis di-
rſis diſſimilarium ſubſtantiarum facultatibus pro-
otâ tranſpiratione, pleriſque omnibus in affectibus,
æſertim febrilibus, ſummè neceſſariá, à centro ad cir-
mferentiam adverſos ſeu vapores ſeu humores pro-
llere atque ita ſudorem ciere.

Ad febrilem calorem reſtinguendum, & ferveſcentem *Rhodophar-*
nguinem, ne nimium fluxilis ac penetrabilis non ſine *maca refri-*
riculo è venis excidat, alienis locis grumeſcat, pu- *gerantia.*
ſcat, aut in apoſtema concreſcat, incraſſandum at-
e ita intra terminos continendum, ad refrænandam
.., ſedandam ſitim, refrigerandas concalefactas
rtes nobiliores, vtiliſſimum eſt pro ordinario potu
ſaccum Iulapium cum aqua Endiviæ, Nymph. Ci-
or. Acetoſæ vel fontana ſimplici præparatum, addito
ubet puro malorum Citriorum ſucco, iuſtâq; ſpiri-
.. vitrioli portiunculâ. Vtiliſſima quoq; roſarum tin-
ura, quæ tum actu tum potentiâ frigida atque inſuper
ldula redundantem ac feroc ientem bilem obtundit,
tredinem, in quam inflammatus ſanguis facilè dege-
rat, abarcet, malignitati reſiſtit, nidoroſos vapores
l conſumit vel ſupprimit, oris amaritudinem ſitimq;
enter ſiſtit, præterea cor, hepar, ventriculum, &c.
borat. Quidam loco refrigerantis potus vtuntur

ponorum dulcacidorum decocto paucorumq; foliorũ roſarum exiccat.in aqu. fontan. addito nonnunquam vel Limoniorum vel Citriorum vel arantiorum ſucco, vel ſpiritu ſalis, vel ſpiritu vitrioli. Nonnulli aquam acidulam reddunt ſpiritu vitrioli vel ſalis, adduntq; ſtillatitium roſarum liquorem & aliquando Iul. roſ. Alii malunt vti acidulis aquâ roſarum, vel & iulepo temperatis: alii aquâ nitro vel purificato vel præparato temperatâ, additâ aqu. vel Iul. roſarum. Vtile quoq; ſerum lactis, cui vel aqua roſarum affuſa vel admixtus Iulepus roſaceus.

Platerus verè felix *in Praxi ſua* ſequentem proponit potum non ſolum ad ſitim ſedandam, ſed etiam ad apertam ſervandam alvum. Rec. *ſyr. roſ. ſolut. ſimpl. & viol. rec. ana* ℥iii. Miſc. cum aqua cocta. Quo potu vtatur æger loco Iulepi. Sic enim alvus ſemper lubrica manet. A cuius tamen vſu, ſi rugitu & aliis ſignis fluorem alvi metuamus, deſiſtendum.

Reſtinguit inſuper febrilem calorem interioraq; tũ temperat tum roborat exæſtuantia membra conſerva roſarum, præſertim vitriolata, vel ſolitaria, vel cum acida citriorum medulla aut conditis tamarindis, mixta. Iecinoris verò ſimul laborantis gratia ſpecies diarhod. admiſceri poſſunt, vt & infirmo nimium ventriculo, ſpecies aromatici roſati Gabrielis.

Topica & externa. Extrinſecus epithemata capitalia, cordialia, hepatica, & bracchialia ex aquâ, aceto, ſpiritu & pulvere ſubtiliſſimo roſarum parantur, vel ex ſolo recentium roſ. ſucco.

Ardentiores renes oleo vel vnguento roſarum inunguntur. Galenus refrigerationis ergo commendat ſubſtrata lecto recentium roſarum folia, *lib. 6. de ſanit. tu. c. 14. Lib. 10. verò meth. med. c. 8. & li. 1. de arte cur. ad Glauc. c. 14.* febricitantibus conſulit, ſternerent plurimas in cubiculo roſas, quod etiamnum ditiores factitare ſolent. Teſtibus, vt qui propter nobiliſſima vaſa ad ipſos deſcendentia maximum habent cum corde atq; vniuerſo corpore conſenſum, quibusq; refrigeratis reli-

quarum

quarum quoq; partium principalium incēdium extinguitur, magno fructu ſequens applicatur epithema.

℞. *aqu.roſ.*℥iiii.
acet.roſ.℥i.
ſpir.roſ.℥ß.
Miſc.

Somnus quia vires inſtaurat, ſpiritus recolligit, & conſervat, ſitim ſedat, ſudorem promovet, atq; adeò nō immoderatus nec intempeſtivus plurimùm conducit, ſomnifera verò etiam ſunt roſacea medicamina, iiſdem etiam vtendum: & vel aqua, non acetum, Roſ. frequentiſſimè naribus admovenda, vel fronti & temporibus applicanda, cuius loco recentium conquaſſatarum ſuccus vel ipſa roſarum folia ſumi poſſunt. In viridibus roſarum capitulis haud contemnendam vim hypnoticam latitare quidam opinantur, vt in capitibus papaverinis. Dococtorum ex aqua roſacea & expreſſorum vſus rei veritatem proderet. Lectus, vti ſuprà dictum, fragrantium roſarum foliis conſternendus, cubiculum aquâ roſ. conſpergendum. Sic namq; roſeus odore redditus & inſpiratione ad cerebrum pertractus aër ſaluberrimè refrigerabit flammantes ſpiritus ac vniverſum corpus exæſtuans: ſitisq; febrientis hac ratione ſedabitur: non ſolum quod, vt opinantur, inflammati pulmones, quorum vitio ſitis excitari ſolet, refrigerentur, ſed quia ille febrilem ipſum totius corporis mitigat calorem, blandum inducit ſomnum, ſitis ſedatorem, ac ſuccingentem oris tunicam, faucibus & ventriculo connatam, refrigerat. Vt inexcuſabilis ſit clinicorum error ac rigor, quo ſtragulis ſuper ſtrag. exæſtuantes ægros adobruunt ac intolerabili hypocauſtorum calore ſuffocant: quos decenter quidem contegere, ſed & tracto per inſpirationem aëre refrigerare ac reficere deberent.

Veteres etiam pulvinaribus roſis plenis vſi ſunt.

Alimentis aqua roſacea commiſceatur pro re nata, ſive tenuis ſiue plenior requiratur victus ratio, vt *ptiſana ſeu cremori hordei, lacti amygdalino, fructibus coctis, paſ-*

ſulis, prunis, pemis, malis citriis. &c. Acidula quoque reddi poſſunt alimenta roſaceo aceto. Nonnunquam acetarium ex radicibus Cichorii cum aceto roſarum conceditur.

In febrium declinatione ad refocillationem, obſtructorum pororum recluſionem & apertionem, induratorum viſcerum emollitionem & reſiduorum peccantium ſeu humorum ſeu fuliginum diſcuſſionem balneum aquæ dulcis, in quâ roſæ priùs coctæ, valdè prodeſt; vt & lotiones pedum.

Febrilia ſymptomata Rhodopharmacis abarcenda.

Febrilia quod attinet ſymptomata, eorum pleriſque reſiſtunt roſacea medicamenta, dolori capitis, (nam & ſignaturâ quadam caput referre videtur inaperta roſa) vigiliis, delirio, lipothymiæ &c. In aſperitate linguæ, oris ariditate, ac ſiti conducit *mucilago ſeminum cydoniorum cum ſtillatitio roſarum* liquore extracta, additâ forſan & ſalis *prunellæ* portione.

In cordis infirmitate propinanda *margaritarum* emulſio cum aqua *roſarum* facta, addito *ſpiritu roſarum*, nonnunquam & *ſyrupo granatorum* vel *citr. vel rub.* Id. *confect. Alkerm. tinctar. corall. vel aur potab.*

Extrinſecus applicanda epithemata vel linimenta roſacea.

Sequens linimentum optimum eſt.

℞. *vngu. pomat.* ℈iß.
Balſ. roſ. ℈i.
Liquidamb. ℈ß.

Miſc.

Febres intermittentes Rhodopharmacis evincenda.

Non minus aliis in febribus intermittentibus, quotidianis, quartanis, tertianis, ſimplicibus, duplicibus, ſemitertianis, ſpuriis, epialis, lipyriis, maioris & minoris famæ dictis, ardentibus, malignis, petechialibus ac peſtilentialibus rhodopharmacis ea conducent. Maior enim inter febres obſervatur affinitas, quam quidem veteres putavêre, qui tot ferè febres, quot humorum ſpecies atque ſpecierum mixtiones, aut febrientes, conſtituerunt. Tot ideoque peculiares curas effinxerunt, magnâ tum præceptorum tum remediorum, quibus

bus ingentia referta volumina , confuſione inanique repetitione. Quorum ſi quis curioſior fuerit imitator, faciet, vt intelligendo nihil ſit intellecturus, & ægri naturæ moleſtior curatio quam ipſa ægritudo ſit futura. minuſque felicem experietur ſucceſſum , quàm ſi vel paucis iiſque certis , lenibus & febrifugis euporiſtis vſus fuiſſet, vel omne negotium ſoli naturæ , ſufficientiſſimæ multorum affectuum debellatrici commiſiſſet. Minimè continuò ſtimulanda moleſtis medicamentorum calcaribus generoſa ſuique officii non immemor, aut doloribus languida , Natura : cuius non hortor, non agaſo, ſed comes, ſed aſſecla , ſed imitator, ſpectator, adiutor , conſiliarius & paraſtata medicus eſſe debet. Non in multitudine vel magnitudine ſed mediocritate vt virtus, ita & ſanitas & remedium, conſiſtit. Propriâ mole ac multitudine laborare videtur hodiè Medicina. Sed neminem ſæpè magis quàm ipſum ægrum varietas delectat ; cuius gratia tot medicamentorum myriades excogitatæ. Peperit etiam varietas ciborum varietatem morborum , & hæc varietatem pharmacorum.

Cæterùm notandum in intermittentibus, tertianis præſertim & aliis bilioſis, continuis & ardentibus febribus ſyrupum roſarum purgantem aliis calidioribus & validioribus catharticis omninò præferendum eſſe. Quare, ſi materia peccans periculoſè turgeat , concoquenda prius atq; præparanda ſyrupo roſ. ſimpl. & ſucchar o ſeu ſucco, additâ dilutionis gratia aquâ roſ. & ſpiritu ſalis, vel Tartaro vitriolato. Quartanariis ſyrupus roſarum compoſitus Montani feliciter auxiliatur ; cui diagridium roſatum addi poſſet & lapis Armen. vel Lazuli cum ſucco Roſ. multiplici inſuccatione & exiccatione præparatus. Peractâ purgatione laxativum propinat Felix Platerus ex iuſculo vel decocto hordei vel cicerum addito ſacch. roſ. vlterioris abſterſionis gratia. Iulapiũ verũ Roſaceũ, reiecto ſaccharo ſeu conſervâ, tũc exhibet Septalius refrigerationis ergo; quæ tamen hic non neceſſaria; ſiquidẽ ſyrupus roſa-

roſaceus nullum vt alia calidiora purgantia poſt ſe relinquat ardorem, effatu dignum.

Abundante contumaciore materiâ & præſentibus pertinacioribus obſtructionibus in lentis, chronicis & nothis febribus pulvis vel fæcula radicis Ari roſacei is admiſceri poſſet catharticis.

Suprà quoq; nominata roſa mineralis tum emetica tum cathartica locum haberet.

Sacculus etiam ſequens commodus eſſet. Rec. *fol. Sen.* ℥ii. *flor. roſ. viol. ana M.*i. Conciſa indantur ſacculo & infund. in *vini Menſ.*

Diuretica cùm ſæpiùs in intermittentibus pariter & continuis febribus ſint vtiliſſima, vt quæ ipſa Natura, criticis motibus reliquias febrilium fœcum & potiſſimum bilis per vrinam expellens nos docuerit miniſtros ſuos, ſequens, vtpote minùs calidum, commendatione dignum. Rec. *roſ. ſylveſtr. recent.* vel in illarum defectu *corticum viridulorum teneriorum roſeti ramulorum* vnà cum ſpinulis *M.*i. Coqu. in *ſero lactis.* Colaturæ addatur *ſalis Nitri* ℈i. *Miſc.*

Decoctum rubellorum Cynoſbati fructuum quidam etiam commendant, addito pulvere ſpongiolarum Cynorhodinarum & ſeminum violarum Martialium. Sudorifera ſuperius tradita locum etiam intermittentibus haberent.

Singularis eſt in quartana ſequens potiuncula.

♃. *aq. roſ.* ℥iiii.
Lap. Bez. orient.
occid. vtriuſq; gran. xvi.
ſpir Roſ. ʒii.
Miſc.

Equidem longè maior vera doſis eſt lapidis Bezoartici quâm quidem communiter ab authoribus conſtituta, quicquid alii præſumant. Precium minuit doſin. Interim confortantia roſacea non negligenda; *Iuleb Alexandrinum, conſerv. roſ.* preſertim *vitriolat. tinct roſ. ſpec. diarhod & arom. roſ. Sacchar. roſ. tabulat. morſell. ex tincturâ roſ vitriolat. man. Chriſt. Vinum acidulum, aqua, ſpiritu, vel Iul roſ.* temperatũ, vel in quo folia *roſ.* macerata,

corroborationis gratia in intermittentibus extrà paroxyſmum quandoque conceditur. Offertur etiam aqua roſ.in qua infuſi *malorum citriorum orbiculi*,aſperſo *ſaccharo*,quemadmodum & *paſſulæ* aquâ roſ.macerat.

In febribus ardentibus & malignis vtiliſſima radix Bezoartica, Contrayerua dicta.

In ardentibus,malignis & petechialibus febribus feliciſſimè vtuntur Hiſpani, Viennenſes, Veneti, Auguſtani, Argentinenſes atque alii radice Contrayerua ex aqua Roſ.Dicitur autem Hiſpanicè Contrayerua quaſi contrà herbas ſcilicet noxias & venenatas alexipharmacum vel antidotum. Eſt Cyperi ſpecies, nimirùm Cyperus Bezoarticus,radix contrayerua,id eſt,venenis aduerſans Monardi, radix contra venena Lugdunenſ. Cyperus longus odorus Peruanus Bauhini.Germanicè, nominari poſſet Gifftjagender wilder Galgan. Non eſt autem Bezoartica radix Tabernæmontani , Drakena radix Cluſii. Hanc enim Carolus Cluſius inodoram & guſtatam primò quidem adſtringentem , poſteà verò ſubdulcem eſſe docet. At noſter Cyperus Bezoarticus odorus omnino eſt & ſuauiter aromaticus, vti Benedicta Garyophyllata,ſaporis primùm adſtringentis, mox autem non dulcis ſed acris ac ſubtilis. Calidus eſt Nicolai Monardi ſententiâ ſecundo gradu : ſiccus eodem. Aliâs heterogenearum partium : ſubtiliorum ſcilicet, quas acredo & inciſoria prodit facultas ; tum & terreſtrium,quas ſiccans,conſtringens & corroborans indicat virtus. Talia namque diuerſiſſimis ex qualitatibus harmonicâ vnione conciliata & compoſita Diuino conſilio produxit alma mater Natura,vt perfectiùs malignos hoſtes ab arce vitæ propulſare poſſent, ſubtiliore & ſpirituoſiore qualitate noxiam materiam inuadẽdo , meatus anfractuoſos penetrando, ſudorem, venenatarum exhalationum vel vinculum vel vehiculum,à centro ad circumferentiam in exilium promouendo: conſtrictoriâ verò & corroborante virtute cor & alias vicinas partes firmando , ſanguinem, ne corrumpatur, conſeruando , ſpiritus ne vaneſcant cohibendo , repulſos malignos , ne facilè regrediantur nouas inſidias ſtructuri, fortiter abarcendo. Quibus indicationibus

ſatis-

ſatisfacit Cyperus noſter Bezoarticus. Omnis generis venena vel per vomitum vel per ſudorem eiicit, cum aqua cardui benedicti vel Angelicæ vel alio liquore ſumptus: ſed, ſi cauſtica venena fuerint, vt acerrima illa mineralia, Merc. ſublim. Arſen. Auripigm. &c. in lacte, addito oleo amygdalarum dulcium ſubtiliſſimè pulueriſatus exhibeatur. Philtrorum tyrannidem euertit, vermes & ſerpentes exterminat, calculum expellit, ſtomachũ roborat ac reficit, epilepticos & pleuriticos iuuat. Podagricis tam aſſumpta quam appoſita ſuccurrit. Commiſcendus autem cum melle roſaceo & aceto pauciſſimo leni calore, & in formâ cataplaſmatis affectis locis applicandus puluis ſubtiliſſimus. Grumeſcentem in corpore à caſu vel ictu ſanguinem emendat, contuſis etiam partibus imponendus.

Denique virulenta vulnera & vlcera perſanat.

Pro ſudorifero in calidis affectibus ſic componi poteſt.

Rec. *aq. roſ.* ℥ii.
aceti roſ. ℥iii.
ſpir. roſ. ℥ß.
Cyperti Bezoartici ℈i. ʒß. *vel* ℈ii.
Miſc.

Doſis Cyp. Bez. à. ℈i. *ad* ℈ii. conſtitui poteſt. Sumitur etiam vel ex ſolo vino albo, vel hoc Roſarum ſpiritu temperato. Vſus eius non ſolùm in petechialibus, ſed & peſtilentialibus febribus atque ipſiſſimâ peſte, tum & variolis, morbillis, eryſipelate, inſignis.

Rhodopharmaca peſtifuga. Peſti, à cuius tyrannide nos benigniſſimus cuſtodiat Deus, Roſa bellum mouet ac reſiſtit ſtrenuè. Quamobrem plurima præſtantiſſima ingreditur antidota, Theriacam Andromachi, Mithridatium, Antid. Matthiol. &c. Suffitus inſuper peſtifugos & odoramenta, Poma Ambræ, lotiones manuum, pulueres veſtiarios, alimenta, aliaque prophylactica remedia. Solo nonnulli roſaceo aceto conclauia rigant, vel aquam aceto roſ. commixtam, qua puluis ligni Rhodii

ii maceratus , candenti lateri vel laminæ ferreæ inpergunt.

Sunt qui peſtis tempore loco pilularum Ruffi pilulas de Aloe roſata deglutiunt felici ſucceſſu.

Acetaria cum aceto roſaceo parata & alia edulia aceto roſaceo reddita acidula, peſtis tempore valdè proficua ſunt, obæſis præſertim.

Præſtantiſſimum eſt Prophylactum extractum ex roſarum foliis & Iuniperi baccis compoſitum.

Item Iuniperi baccæ aceto roſ. maceratæ vel radices Angelicæ.

Quòd ſi purgantibus opus in peſtis principio præſente cacochymia, roſacea plurimis aliis præferenda. Vomitus vel gilla vitrioli cum aquâ roſ. parata vel roſâ minerali concitatus non ſine miraculo peſtem vel peſtilentialia ſymptomata exterminat, ſublatâ ſcil. maligni affectus cauſa. Neq; enim hîc ſufficeret ſyrupus aliquis laxatiuus. A pygmæis mndicamentorum vix ſuperantur gigantes morborum. Præcautionis tamen loco pilulæ de Aloe Roſata in vſum meritò venirent. Acetum roſ. aquæ fontanæ infuſum, potum præbet peſte laborantibus & gratum & ſalubrem. Valdè conducunt tinctura Roſ. vt & conſerua roſarum vitriolata.

Felix Platerus ſequens cataplaſma brachiale arteriale cõmendat. Rec. *roſ. rubr. pulueriſat. q. p. Coqu. in aq. roſ. ad iuſtam conſiſtentiam: add. parùm aceti roſ. & pulu. cortic. citr. & ſantal. Imponatur pulſibus.* Idem Platerus moderandi caloris peſtilentialis & reſtaurandarum virium gratia teſtibus, qui notatu dignum cum principalibus partibus conſenſum habent, ſequens admouet epithema. Rec. *aq. Roſ.* ℥iiii. *acet. roſ.* ℥ß. *vini generoſ.* ℥i. *ſucci granat.* ℥ß. Madefiant panni & applicentur.

Venenatos, non ſolùm affectus, ſed & ipſa calidiſſima acerrimaq; venena fortiter impugnat & expugnat generoſa roſa. Quòd ſi namq; Venefici, cuiuſdam alaſtoris inſidiis, quę ſumma ſubtiliſſimaq; diabolicorum *Venenis reſiſtunt Rhodopharmaca.*

non-

nonnullorum hominum vel potiùs incarnatorum atq; humanorum dœmonum, eſt malitia; vel arſenicum vel auripigmentum, vel Mercurius ſublimatus, vel aliud tale toxicum inſcio innocentiſſimoq; cuidam fuerit propinatum, horrendiſque ſubſequentibus ſymptomatibus proditum, optimum & optatiſſimum erit remedium hauſtus olei Roſ. communis ex iure carnium calidiuſculo, vel tepido, vel

Rec. *cereuiſ. calentis* ℥ viii.
ol. roſ. commun. ℥ iii. *vel* iiii.
deſtillat. gutt. v.
Miſc.

Vel: Rec. *emulſ. amygd. dulc. cum aqua roſar. parat* ℥ iii.
Iulep. roſ. ℥ ii.
ol. roſ. commun. ℥ iiß.
Lact. calid. ℥ iii.
ol. roſ. deſt. gutt. iii.
Miſc.

Roſaceis remediis Cantharidum malignitas euincitur.

Si cantharides nequiſſimarum fœminarum technis fuerint exhibitæ, alexipharmacum erit, ſi quod aliud, excellentiſſimum ſaluberrima Roſa, ſic vſurpata,

Rec. *amygd. dulc. excorticat.* ℥ ii.
ſem. 4. frig. mai. vniuſcuiuſq; ʒ ii.
Pap. alb. ʒ iß.
Citr. ʒ ß.
Cydon. ℈ ß.

Fiat ſecundum artem emulſio cum *aq. roſ. alb.* q. ſ. add. *Iulep. roſ.* ℥ i. Miſc. Fiat hauſtus, pro neceſſitate aliquoties repetendus.

Quòd ſi radicum Solani furioſi infuſio in vino facta periculoſis aulicorum iocationibus propinata cuidam fuerit, vt maximè etiam eſuriens omnem ſubitò ablatam ſenſerit appetentiam, aceti roſacei vel ſimplicis vel compoſiti hauſtu ſanabitur, atque etiam tincturâ roſarum, vel eſu acetarii & bellariorum cum aceto

Roſ.

Roſ.paratorum. Quæ rhodopharmaca ſuccurrunt inſuper & iis, qui vinum, in quo priùs extincta anguila, biberunt, vel aſſam pinguium glirium carnem leuorarunt, abſtemii vel omninò vel ex parte acti.

Hectica febris, famelica truculenti Saturni filia, lentò potiùs quàm violento calore præternaturali natiuum ac ſolidum vitalis lampadis ellychnium corrumpens omnemque humiditatem vel depaſcens vel reſoluens, roſaceis non rarò, in iunioribus præſertim, abarcetur mediis. At plerique omnes tum Philoſophi tum Medici vitæ pariter & mortis rationem calori natiuo & humido balſamico ſeu radicali vnicè adſcribunt vitamque vigenti lampadis flammulæ comparant, eidemque fatiſcenti, tabeſcenti, atque euaneſcenti mortem animalis aſſimilant. Quemadmodum enim, inquiunt, tamdiu flamma perſiſtit, quamdiu ſupereſt quo nutriatur ignis ac ſuſtentetur, aptum humidum & quidem oleaginoſum; quo deficiente marceſcere ſimul calor atque euaneſcere cogitur: ita etiam tamdiu vita perdurat, quamdiu congruo ſuſtentaculo, balſamico humido; natiuus calor in vigore conſeruatur; quo eſuriente defectuque neceſſarii pabuli langueſcente mors paulatim irrepit pro cauſarum & ipſius corporis diſpoſitione. Verùm miror ego, viros etiam oculatiſſimos tertium, maximè principale requiſitum, vitæ neciſque baſin, præteriiſſe, proprium nempè ellychnium. Neque enim ſufficit, ad continendum in vigore flammeum calorem, oleum in lucerna, ſed & medium requiritur ſubiectum, ellychnium; pro cuius diſpoſitione vel minùs vel magis conueniente vel vigeſcens vel fatiſcens flammula apparet: vndè etiam Amianthinum ellychnium artificiosè præparatum perpetuos fouere ignes traditur: Salamandra proindè dictus ille filoſus & textilis lapis, quòd incombuſtibilis. Ita non in ſolo natiuo calore nec humido radicali nec mutuis horum

De Hectica, & vera eius cauſa atq; cura.

Noua ſententia de fundamentalib. vitæ neciſq; cauſis Phyſicis.

rum

rum operis & reactionibus, ſed & idonei ellychnii, fibrarum optima conſtitutione, vita conſiſtit: quod fibroſum ellychnium ſi omninò foret inconſumptibile vel ſaltem perfectè reparabile, conſtantiſſima vitalis caloris in humido reparato daretur prolongatio ac perpetuatio. Nunc verò, quia ſqualidum, induratum, corruptum & cadaueroſum tempore redditur ellychnium, etiam ſuperſtite, etiam abundante humido natiuo, vitalem paulatim extingui flammam neceſſum eſt. Requiritur igitur in vnoquoque viuentium lumen ſeu calor ſpirituoſus ac cœleſtis, liquor ſeu humor & ſtamen ſeu mediocriter ſolidum ellychnium. In homine verò reſidet inſuper & diuinum ſpiraculum, quo ad ipſius Creatoris, Dei, imaginem conditus tanquam ſummo fruitur priuilegio, ſempiterno ſummæ gratiæ memoraculo. Nobiliſſimum hoc eſt clinodium, quo reliquis ab animantibus infallibiliter diſcernitur homo, diuinum animal. Plerique vitalis immemores ellychnii ſolam caloris natiui prætendunt in morbis impotentiam, vt qui tanquam Phyſicum agens, finitæ ſit virtutis & agendo repatiatur paulatimque veluti ſe ipſum conſumat. Ergone

Sic patitur manibus vulnera facta ſuis?

Seipſúmne αὐτόχειρος ipſe necat ac deuorat, Saturno longè truculentior, qui ſuos quidem, non ſe ipſum, deglutit? Quin potiùs ſui conſeruationem, vt omnia naturalia, non corruptionem, intendit aut molitur. Appetit igitur non ſolùm eſſe, ſed & ſupereſſe & ſemper eſſe. Non igitur conſeruatori calori imputanda eſt corruptio, vel architecto ruina. Dicis; per accidens id fieri, quatenus deficiente, nec reſtaurato balſamico humido, proprio priuetur alimento atque fundamento calor? At reſarcitur illud humidum ſimili, quod vel alimenta vel medicamenta ſuppeditabunt; nec credendum, etiam in annoſiſſimo ſene moriente vniuerſum defeciſſe humorem vitalem, quibuſcunque tandem attribu-

tributis definitum. Verùm adſit atque etiam ſuperſit in lampade oleum, deprauato tamen ellychnio lucida vaneſcet flammula. Præterea, ſi non reſarciretur indies conſumptus humor oleaginoſus, ſi, quòd aiunt, cum ſubſtantialis atque ſeminalis ſit, non redintegraretur, vel, vt ita dicam compenſaretur; ſtatim à prima natiuitate paulatim decreſcerent vnâ cum natiuo calore tum vires tum & ipſæ partes. Quod tantum abeſt vt fiat, vt accreſcere potius eaſdem vſque ad vigorem videamus. At quo meliore nutrimenti ſucco tum, eodem & impoſterum inſtaurari poſſent. Adde quòd extenuatus ſemel, languidus, conſumptus, & vt fieri ſolet, ſemimortuus grauiſſimis morbis æger nunquam conualeſceret, abſumpto nimirùm nec reparabili humido adeò vt non rarò præter cutaneam tunicam oſſa miſerè contegentem & concidentes partium fibras nihil ſupereſſe videatur: conualeſcunt autem tales multi, præſertim iuniores, in quibus tamen communi ſententiâ humidum illud ſupereſſe deberet, quod ſiue per ſe ſiue per accidens conſumptum, qua ratione, dicant, reparatur? Ellychnium, ellychnium potiſſimum deſideratur conſtans, purum, optimè temperatum ac diſpoſitum, continuum & corruptionis expers. Perfectiſſimum autem nemo vnquam mortalium obtinuit. Iunioribus quidem laudabilius: vnde & viuaciores & vegetiores: deteriùs verò ſenioribus, qui proptea etiam infirmiores mortique propinquiores. Cum autem fibras corporis ellychnium vitale conſtituere dictum ſit, ſciendum, varias eaſdem eſſe; principales, minuſque principales. Eſt equidem vniuerſum fibroſum genus principium tum venarum tum arteriarum tum neruorum. Ex horum enim trium extremitatibus dilatatis atque extenſis conſtitutum; adeò vt neruoſæ, arterioſæ, venoſæ fibræ ſeu lineæ à circumferentia ſeu circulo cunctæ ferantur ad centrum animale in cerebro, ſeu capite, vitale in corde ſeu pectore, naturale in hepate ſeu abdomine. Finis

autem

autem eorundem ſeu extremitas in extremis partibus. Sed & finis eſſe poteſt procul abſurdo principium. Attrahit itaq; vel admittit rectè conſtitutum ellychnium per neruos à cerebro ſpiritum & facultatem animalem, per arterias à corde vitalem calorem, per venas ab hepate naturale nutrimentum. Promptuaria enim viſcera illa ſunt & officinæ, vectores verè dicti canales: viſcera maria, ſucci fluuii. Quòd ſi prædictæ fibræ immediatè à calore febrili occupentur, hecticæ cauſæ ſunt in iunioribus etiam: ſi verò humidiores partes feruoris illius ſubiectum ſint, exoriuntur aliæ febres minùs tabificæ aliique morbi. Videas ſæpiùs externarum partium fibris ampliùs non poroſis, peruiis, mollibus, ſed contortis, induratis atque immoderatè ſolideſcentibus, à fine & circumferentia ad principium ac centrum facta progreſſione partes illas neceſſarium non ampliùs attrahere vel ſugere & ne tranſmiſſum quidem admittere nutrimentum, ac proindè marcore conſumi: interioribus verò primùm corruptis ellychnii partibus, fibroſâ ſcilicet cerebri, cordis, hepatis, ſubſtantiâ, exterioribus & ignobilioribus, etiam appetentibus & ſugentibus, nihil tranſmitti vel communicari, ipſaque non rarò concidere & flacceſcere vaſa principalia, neruos, arterias, venas, quæ nil aliud quàm caudæ quaſi quædam cerebri, cordis, hepatis; quæ concurrentes ac complectentes ſeſe commune conſtituunt vitalis lampadis ellychnium. Cæterùm viuida calidi natiui flammula ad integriorem, commodiorem, meliorem, & oleaginoſo ſucco propinquiorem partem recurrere ſemper & confugere, corruptam verò, ſqualidam & cadaveroſam derelinquere ſolet. Quam ob cauſam cor omnium vitalium fibrarum radix vltimò mori primoque viuere videtur. At quemadmodum non nimis ſolidæ, ita nec nimis flaccidæ vel relaxatæ ſint fibræ illæ. Nam ſi fortè tales, multam quidem tum colligunt, tum communicant tum recipiunt materiam alimentariam, eam tamen incommodam, nec decenter præpara-

paratam nec digeſtam, nec perfectam, nec ritè, ſed affluenter nimis appoſitam: vndè tumeſcentibus ac veluti inebriatis tum vaſis tum ipſis fibris tum inanib. partium ſpaciolis & ciuitatibus, exudante nimirùm vel effuſo profuſóve ſuperfluo, quamplurimi ſuboriri ſolent acuti & chronici morbi; catarrhi, exempli gratia, apoplexiæ, hydropes, arthridites, apoſtemata, &c. Quibus in affectibus ad interiora non ſine periculo regurgitat materia: licet aliquando neceſſitatis in caſu principalia membra languentia laudabile nutrimentum & cum ſuccis ipſos ſpiritus ad ſe reuocent à minùs principalibus exactos, Naturæ iure decretâ quadam quaſi contributione. Sed & animaduertendum, eos, quibus plus iuſto laxæ, teneræ, ſpongioſæ, delicatiores & molliores potiùs quàm meliores fibræ, raræ texturæ homines abſorptis conſumptiſque ſuccis naturalibus & corruptis ipſis fibris, collectis fotiſque ſubitaneis non minùs ac ſuperfluis flammis, acutis, præſertim calidioribus, affectibus vt plurimùm obnoxios eſſe. Maius enim, rarius, & laxius ellychnium maiorem attrahit humidi copiam, & in hanc maiorem fouet ignem, ellychnium per accidens magis conſumentem. Multum olei multam accerſit flammam: magnus fomes magnum fouet ignem. Magnus autem calor multum abſumit & requirit humorem. Hinc calidiore temperamento qui ſunt & macilentiores, plerunque maiores habent venas multumque ſanguinem, multos, eoſque flagrantes ſpiritus, ignea ingenia. Calor igitur non niſi per accidens morborum & ipſius mortis cauſa eſt. Lucida namque vitæ flammula rectè & perfectè diſpoſitum ellychnium & ſufficiens requirit oleum; illud tanquam fundamentum, ſubiectum & habitaculum; hoc tanquam alimentum, pabulum & commeatum. Vndè fit, vt in corrupto, ponto & indiſpoſito ellychnio, fibris inidoneis, calor diutiùs conſiſtere nequeat, & magis magiſque debilitatus, deprauatus, vacillans, fuliginoſus potiùs quàm purus: omnis generis infirmitatum in corpore cauſa ſit. Pro ratione verò humidi, quod quidem ipſum etiã vel

deficit, vel à mandantibus concoctricibus partibus tanquam œconomis tranſmittitur & apponitur ineptum atque vitioſum, iam minimus calor, iam nimius, iam benignus, iam malignus, putridus, ſulphureus, bituminoſus, fœtidus, virulentus apparet varioſque morbos excitat & introducit calidos: qui ſi deficiat, ſuccedentes verò nutritij humores exceedant ac degenerent, innumeri itidem affectus frigidi & humidi oboriuntur pro illorum quantitate, qualitate, fluxu, refluxu, collectione, ſitu &c. Quapropter natiuo & genuino humido ſi commixtum vitioſum aqueum & ſeroſum attigerit calor igneus; ſubſiliens, crepans, inæqualis, furens ac veluti fatuus non aliter ac in candela vel lucerna obſeruatur. Oleoſo enim humore iam impragnatum ellychnium ſuperuenientem atque vnâ ſubrepentem aqueum reſpuit & ſegreganti diſcutiendique tradit igni. Quia verò triplex potiſſimùm Microcoſmicæ lampadis ellychnium, naturale, vitale, & animale; corrumpi ſolet illud quidem nimiâ hepatis in ſiccitate & ſcirrhoſa induratione, vt in lue venerea & hydrope; vitale autem in hectica, tabeſcente cordis ſubſtantiâ (Nam corrumpi cor & computreſcere peculiari obſeruatione notauit Robertus Flud *de fluctibus* dictus Anglus in *Anatomia Microcoſmi.*) animale, quod & in ſacris funiculus argenteus nominatur, in occulta cerebri tabe & flacciditate neruorum ac neruoſarum partium: quemadmodum in phthiſi pulmonicum patitur ellychnium; in calculo renale; in arthritide articulare; ſtomachale variis in ſtomachi vitiis; ſplenicum in ſcirrhoſa potiſſimum lienis induratione; matricale corruptâ vel induratâ vteri ſubſtantiâ; vniuerſale in lepra, quæ cancer internus eſt, & in cancro, qui lepra interna eſt. Hæc à circumferentia ad centrum, ille à centro ad circumferentiam progreditur & ad habitaculi ſui ruinam lentâ violentiâ graſſatur. Quibus tyrannicis affectibus affinis & atrocior quidem gangræna, ſumma vitalis ellychnii corruptio & mortificatio quâ ſcilicet viuentis corporis mortuæ deprehenduntur

tr partes. His autem in membrorum corruptelis du-
ex deprauati ellychnii datur emunctio; altera per ſe,
tera per accidens. Per ſe corruptum ellychnium e-
ungitur, cùm vel naturæ beneficio vel artificis offi-
o putrida ſeparatur à pura ſubſtantia. Per accidens &
cundariò, cùm peccans & ad interitum ellychnii
mparatum humidum vel abſceſſu vel tranſſumptio-
e vel tranſpiratione validoq; ſudore per certa & par-
cularia emunctoria, glandulas, & commune illud, pu-
cutim, vel deniq; manifeſtis viis per phlebotomiam
purgationem euacuatur ellychniumq; priſtinæ pu-
ati reſtituitur. Sed & humores ipſiq; ſpiritus ſeu va-
res ſpirituoſi nonnunquam ellychnii rationem ha-
nt & per ſe accenduntur, non aliter ac ſpirituoſus vi-
liquor, mox tamen & vicinas partes in conſenſum
hunt. Quæ tamen inaudita priùs nouiter excogitata
lim, lector, non vt adores noua, ſed vt conſideres ve-
ſimillima. Qui exigua hæc diſcere noluerit, excel-
tiora docere poterit.

Cæterùm in Hectica fibroſum ellychnium propriè
n putreſcit, ſed inhabile tantùm fit ac inidoneum ad
cipiendum pabulum; aridum ſcilicet & ſqualidum: id
od vel ex remediorum, vt lactis capr. conſeruæ roſ.
ulſionum, carn. capon. aſtac. ran. teſtud. &c. patet
ura; quæ partim humida, quibus reſiccatæ nimiùm
veluti toſtæ fibræ ſalubriter humectantur; partim
nſolidantia; quibus flacceſcentes & infirmæ fir-
ntur ac redintegrantur, quantum quidem poſſibile,
integratæ ſufficiens reſumunt, attrahunt & admit-
nt alimentũ, nec huius loco ſe ipſas eſurienti faciunt
noxias igni, prædoni inſatiabili. Quapropter cùm
idas fibroſas partes in hectica potiſſimùm affici ac
ici conſtent, deprauatas eas corrigere, corruptas re-
urare, vt conueniens ita omniũ difficillimũ eſt. Nõ-
il tamen pſtant Rhodopharmaca. Mundant ſquali-
, conſolidant reſolutũ, roborant infirmũ illud vitale
chniũ. Inprimis verò cõmendatur ſtillatitius Roſa-
liquor cęteris tũ medicamẽtis tũ alimẽtis admixtus,

Hectica febricula curatio.

qui & elixis carnibus, humidum fouentibus, & mod[...] aſſis, fibroſam ſubſtantiā firmantibus, eſt aſpergend[...] vitulinæ, hœdinæ, porcellorum, gallinaceæ, auicu[...] rum montanarum, ranarum, gammarorum tenerrim[...] rum &c. Commendatur & affuſa panatellis, iuſculis[...] noſaccharinis, cereuiſiæ, emulſionibus, oleribus, [...] ctis, lacti caprillo, ptiſanæ & decocto extractoq; pu[...] capi caudarumq; gammarinarum. Serum lactis præ[...] randum præcipitatione caſeoſæ materiæ & ſeque[...] tione inſtitutâ per acetum Roſ. additâ aqua Roſ.

Iulepus roſ. vtiliſſimus eſt: inprimis verò ſic co[...] poſitus.

Rec. *aq. roſ.* ℥ v.
ſucc. Portulac. ℥ vi.
Bugloſſ. ℥ ii.

Coqu. cum ſufficienti quantitate ſacchari ad iuſt[...] Iulepi conſiſtentiam: de quo frequenter cum con[...] niente liquore diluto bonam æger aſſumat portion[...]

Saccharum Roſatum tabulatum, inquit Felix Pl[...] rus *in praxi*, frequenti in vſu habere debent he[...] Conſerua roſarum non incommodior videtur.

Amygdalogalon & Oryzogalon cum aqua Roſ. [...] rat. excellentiores probant authores.

Balneum aquæ dulcis, quod efficacius, ſi in hac r[...] coctæ fuerint, & veteres & recentiores extollunt. C[...] ceſſiſſet luxurioſus Heliogabalus ægris hecticis ſ[...] ptuoſum ſuum lauacrum ex mero ſtillatitio Roſa[...] liquore paratum; maiorem ex Imperatoria liberal[...] te quàm ſeruili prodigalitate ac libidine reporta[...] laudem.

Oleo roſaceo exareſcentia inungenda membra.

Proſunt & roſacea epithemata.

Si quando neceſſaria laxatio, ſyrupo roſarum ſol[...] uo eandem procurat Platerus.

De ſpiritu roſ. & oleo arto-rhodino aliisq; corro[...] ratibus ſuperius.

Eryſipelatis cura rhodopharmaceutica. *Febribus eryſipelatoſis* mederi roſacea remedia, vel[...] la præter experientiam edocet Phyſica Roſæ ſignatu[...] qua[...]

nquam aliâs hæc ſæpè fallat. Puluerem Cynosba-
um & ſeſquidrachmam ex aqua florum trinitatis
mptum quidam commendant in Eryſipelate fe-
i, ſeu febre eryſipelatoſa. Tinctura Roſ. inſi-
s eſt.

opica & externa Eryſipelatis remedia roſacea vi-
s inferius.

Ethymata & exanthemata quoque roſei floris, bene-
curantur. Porrigitur pro neceſſitate lenioris pur-
onis gratia ſyrupus roſ. ſolutiuus. Propellitur vnâ
ſudore putrida fermenteſcens maligna materia à
ro ad circumferentiam, à cordis penetralibus ad
s poros, libertati ſuæ reſtitutâ tranſpiratione, tan-
rè cunctis in affectibus calidioribus neceſſariâ, ſe-
nte potiunculâ.

ec. *ſemin. Nap.* ℥i.
Citr. ℈ß.
emulſio cum *aqu. roſarum & flor. Trinit. vtriuſ-*
℥i.
dd. *Bez. orient. gr.* viii.
occid. gran. vi.
ſpir. Roſ. ℈i.

iſc. Citri ſemina valdè amara omitti poſſent. Poſt
rem roborandus æger morbilloſus aut varioloſus
borantibus roſaceis, de quibus ſuperius.

quâ roſaceâ Croco tinctâ præſeruandi oculi, ne
re inficiantur, dolore afficiantur, affluentibus a-
s & corrodentibus ichoribus, & in ipſis periculo-
creſcentibus variolis.

uces præſeruantur decocto Roſ. & melle roſ.

Ad capitis dolores.

uantum in calidis capitis affectibus conducant
dopharmaca, dici non poteſt. Ipſum caput ſigna-
refert inapertus Roſæ calyculus. Et quæ roſas ana-
â vel odoris ſimilitudine ſaltem imitantur, vt Rho-
dix & lignum Rhodium, capitis quoq; dolores ſi-
t. Inter alia purgantia cephalica celebriora ſequens
lateri.

Rec.*pulp.caſſiæ* ʒvi.
elect.de ſucc.roſ. ʒii.
diaprun.ſolut. ʒi.
Syr.roſ.ſolutiu. ℥i.

Cum aqua roſarum, quæ priuatim capiti compet[illegible] fiat potio.

Fructuoſiſſima & frequentiſſima eſt Aloe roſata tu[illegible] ſimplex tum compoſita, quam admixtis ſuccis & ingr[illegible] dientibus aliis Angelicam Aloen ſeu pilulas Angelic[illegible] vocarunt recentiores.

Sequentes pilulæ cephalicæ catharticæ mirè iuua[illegible] cephalalgicos.

Rec. *Al.roſ.* ʒii.
Terebinth.Venet.clariſſ. ʒß. *in aquâ roſ lot.*
Diagrid.roſat. ℈ß.
Fiant pil. LX.
Doſ.pil. iii. v. viii. *vel* x.

Refrigerationis gratia commendantur à præſtant[illegible] ſimis practicis aqua, conſerua, ſyrupus, Iul. & tinct[illegible] ra Roſ.

Repulſionis & mitigationis ergo vſurpari ſolent[illegible] xyrrhodina dicta.

Vel: Rec. *aq.Roſ.* ℥iiii. *acet.roſ.* ℥iiß. *ol.roſ.* ℥ß. Miſc. S[illegible] cus roſarum, ſi placet, admiſceatur.

Vel: Rec. *ſucc.Roſ.acet.Roſ.ol.Roſ.albuminis oui, vni[illegible] cuiusq; partes æquales.* Agitata & conquaſſata diu vel il[illegible] nantur, vel, quod melius, applicentur.

Quidam ſolum inungunt vnguentum roſ. Cui ſi[illegible] labaſtrum ſubtiliſſimè præparatum adieceris, tantò [illegible] lidius erit.

Nonnulli ſolas roſas conquaſſatas cataplaſmati[illegible] modum applicant, adiecto quandoque ſale Nitri [illegible] ſimplici.

Galenus frontale componit ex roſis rubeis in vi[illegible] maceratis, quod efficacius omninò, ſi vel rubrum & [illegible] pticum vinum vel acetum roſ. ſumpſeris.

Vel gammari aliquot fluuiatiles aceto roſaceo rigati
: contuſi emplaſtri loco imponantur.

Vel: Rec. *caput mortuum poſt aquæ roſ. deſtillationem* re-
duum ſeu placentam, quam Roſenkuchen vocant
erm. rigetur probè aquâ roſ. vel maioris efficaciæ
ratia ſpiritu vel in intemperie præcalidâ aceto roſ.
pplicetur.

Vel: Rec. *ſpirit. Roſ.* ℥iiii. *ſal. ſimpl. vel Nitr.* ℥ß. Calefa-
tis imbuatur linteum capiti applicandum. Sunt qui
ataplaſmatis loco conſeruam roſarum in defectu alio-
um rhodopharmacorum accommodant, addito pau-
o aceto: vel aliis admiſcent topicis. Optimum eſt a-
odynum cephalicum emulſio nucleorum Perſicorum
: Ceraſorum cum aqua & aceto roſ. facta, addito tan-
em oleo roſ. & ſubtiliſſimo Alabaſtri puluere, vel
Cryſtallo præparatâ vel ſacch. Saturn. Camphora roſa-
eis non addenda frontalibus, iis quidem febrientibus
pplicandis, qui moleſtis vexantur vigiliis. Has enim
la excitat.

Vtile eſt & decoctum fol. roſ. & ligni Rhodii in aqua
: aceto Roſ.

Proſunt ſacculi roſis vel contuſis vel pulueriſatis
leni ſicci vel aceto, vino, lacte calid. madefacti, addi-
o ſalis vel ſimplicis vel Nitri pauxillo.

Quidam aquam vel ſuccum Roſ. errhini loco attra-
unt.

Auxiliatur & ablutio faciei per aquam roſaceam,
paucis additis aceti roſacei guttis, inſtituta.

Coronas ex roſis concinnatas capiti impoſitas com-
mendat Galenus *lib. 5. de ſimpl. med. facult. c. 9. & lib. de re-
med parat. facil. c. 1.*

Tempora balſamo Roſ. inungenda, ſicut & nares.

Corroborationis ergo ſumenda ſæpius conſerua ro-
ſarum, admixtâ Ambrâ, puluere Cubeb. oleo roſ.
ſtill. &c.

In vulneribus capitis, fracturis Cranii & corruptelis
vtriuſque matris membranoſæ ſeu menyngis va-
riiſque cerebri læſionibus quantum valeant mel

& oleum roſaceum atque etiam infuſio foliorum roſarum in ſpiritu vini, notum eſt nobilioribus chirurgis. Ipſe Galenus *lib.*11. *de ſimpl. med. facultatibus c.* 2. teſtatur, ſeſe ſexcentos nouiſſe eorum, quibus Romæ perſanata, fuerint capitis oſſa vſu olei roſacei, ſtatuitque, nihil melius inueniri poſſe quàm vt oſſe perforato optimo vtaris oleo roſaceo. Cui etiam Aetius *lib.* 2. *c.* 85. & Paulus Ægineta *lib.* 6. *c.* 90. adſtipulantur. Sanè naturale conſeruat temperamentum, innatum fouendo calorem, roborat, fluxiones abarcet, dolorem, inflammationis parentem, auertit. De melle roſaceo ſcribit: Ioannes Andreas à Cruce, ſe longo experimento compertum habere; in athleticis & exercitatis corporibus; mel roſatum cum guttis quatuor aquæ vitæ imò vulneri ſeu membranæ detectæ feliciter cum ſyndone imponi & reſiduum vulnus puluere vel vnguento cephalico repleri. Quod & factitarunt Ioannes de Vigo & Ambroſius Paræus. De ſpiritus vini vſu in læſuris capitis vide Valleriol. *lib.* 5. *obſeru.* 8.

In capitis vulnere cum fractura ſequens etiam eſt excellentiſſimum remedium: Rec. *mell. roſ. partes duas, olei roſ. part.* 1. *Terebinthinæ partem mediam*: agitentur, & in illis *ſericum Chermeſinum rubrum* intinctum *fractæ caluariæ* imponatur. Poſſet ipſi *Terebinthinæ oleum* ex ea paratum ſubſtitui.

Ad iuuandam memoriam.

Præmiſſis debitis vniuerſalibus rhodopharmacis purgantibus & corroborantibus ad ſpecialiora progrediendum. Ex quibus ſequens puluis, qui cerebrum mirè roborat, ingenium acutum, ſubtile, & vt ita dicam pyramidale, memoriam verò rotundam, id eſt capaciſſimam ac perfectiſſimam; cœli æmulam, reddit.

Rec. *pulu. roſ.* ʒß.
thur. maſcul. ℥i.
Pip. rotund. alb.
long. vtriusq; ℈i.
ſeminum Hormini ſeu Sclar. ʒi.

Cranij

Cranij human. ſubtil. pulv. ℈ij.
Caſs. ver.
Cubeb. ana ℈ß.
Ambræ gran. vj.
Ol. Cinam gutt. iij.
Roſ. gutt. ij.

Miſc.

Hic pulvis imbibat aliquoties ſuccum roſ. recent. Vltimò exiccatus *ad* ℈ij. detur manè alternis diebus per menſem vnum vel alterum cum ſpiritu roſarum vel conſerva roſ. ſimpl. vel vitriolat. Prodeſt & tinctura roſ. cum generoſo vino mixta & hauſta. Efficaciſſima quoque emulſio *ſem. Borag. cum aq. Roſ.* Quidam ſolam aquam vitæ ſeu ſpiritum vini, in quo infuſa roſarum folia, commendant. Si manè vnius cochlearis menſurâ ſumatur. Præſtaret merus Roſarum ſpiritus. Lixivio roſaceo ſi caput ablutum mox pannis calidis thure & ligno Rhodio ſuffumigatis ſiccetur & ſpiritu Roſarum rigetur, aſperſo roſarum rubrarum ſubtiliſſimo pulvere, mirè memoriam iuvat. Pro arcano venditant nonnulli capitis lotionem ex aquæ roſarum & aq. Vinc. Pervinc. ana ℥iij. ſpir. roſ. ʒj. ſpir. ceraſ. ʒß. ol. roſ. commun. ʒ vj. Quibus ſi olei roſ. vel lign. Rhod. portio adderetur, efficacius eſſet medicamen.

In caro, apoplexia, Lethargo, ſoporiferis aliis affectibus nonnunquam, vbi nempè turgens fervore ſanguis periculum minitatur, præmiſſis præmittendis catholicis, oxyrrhodina frequentiſſimo ſunt in vſu. Odoratus etiam aceti roſacei.

Spiritus roſarum cum ſpiritu Ceraſorum & oleo Cinamomi vel Roſ. felici ſucceſſu exhibetur.

In Epilepſia, præmiſſis vniuerſalibus, arcana multa vſurpantur, quibus aſſociatæ Roſæ. Roſâs etiam purgationis gratia cum foliis ſenæ decoxit Platerus in lacte vel alio liquore, puerisq; propinavit, qui ingrata alia reſpuiſſent. Quo in caſu cathartica noſtra Rhodopharmaca mirè conferrent. Ipſa non minus emetica, quæ quantum valeant ad præcavendam Epilepſiam, vel

ex eo patet, quod infantibus recens natis exhibitum oleum amygdalarum dulcium ſaccharo commixtum ſubſequens vomitus certiſſimum per vniuerſam vitam habeatur prophylacticum.

Aliâs in ſpecificis antepilepticis numeranda quoq; Roſa, non Pœonia ſolùm, ſed propriè dicta. Verum, quod probè notandum, ſicca, non recens, non ſuccoſa. Mirum equidem, celebratiſſima pleraq; antepileptica, ſi quæ ab ipſo paroxyſmo ſuſcitare debent epilepticũ excipias, ſiccante, conſtringente atq; corroborante virtute pollere: vt *Roſam Pœoniam*, *viſcum quercinum*, *cranium humanum*, *magiſterium Corallorum & margaritarum*, *Cornu cerv. vngul. Alcis*, *corn. Monocerotis*, *ſpirit. vitriol. Roſ tinctur. roſ. &c.* Infallibile hoc videtur indicium abundantis in cerebro reliquoq; corpore humoris vitioſi vel vaporis venenoſi & maligni: quem exiccantia & adſtringentia illa conſumunt, vias, quibus pernix tranſvolat ad ſenſuum arcem, coarctant & intercludunt, ipſum cerebrum roborant & ab obſidente præmuniunt hoſte, præcaventq; ne ſubitanea ſpirituũ animalium in nervos, appendices illas & caudas cerebri, fiat profuſio, ceſſantibus interim vel perverſo motu agitatis ſenſibus, cor inſuper, quod primariam Epilepſiæ ſedem cum Hermeticis neſcio quibus conſtituit Quercetanus, non parùm firmant. Alia vel vniverſo capiti & nervoſo generi accommodatæ ſunt, vt Betonica, Salvia, Roſmarinus, Stœchas, vel ad incidendam & attenuandam craſſiorem, frigidiorem & viſcidiorem materiam excogitata raroq; nec niſi ſummâ cautelâ danda: quo in numero varia aromata, horumq; ſtillatitia olea & ſpiritus. Nam ſi veterum ad imitationẽ his tẽporibus ac locis Pyrethrum, Euphorbium, Scyllam & alia in vſum trahere voluerimus, infelicem ſæpè, rarius felicem, effectum experiemur: licet aliquando, in frigidiſſima nimirum humidaq; corporis conſtitutione ſuum mereantur locum, quatenus adverſos humores, pituitoſos præſertim, incidunt, ſeroſos diſſipant & cõſumunt, humectatum nimis relaxatumq; cerebrum ac nervos reſiccant.

Roſca

Roſea tinctura epilepticis ſummè proficua eſt: vt & emulſio ſeminum Pæoniæ cum aqua roſarum facta; adde pulverem vel fæculam radicis Pœoniæ.

Lactantes adhuc infantes Platerus purgavit lacte, quo in cocta recentium roſarum folia, additis nonnunquam foliis Senæ. Sequens pulvis purgans epilepticis eſt proficuus.

℞. *Diagrid.roſac.*℈ß.
pulv.rad.Pœon gran iiii.
Sacch.℈ß.
Crem.Tart.gr v.

Ad abarcendum atq; avertendum paroxyſmum Epilepticum Laudanum laudat Angelus Sala, Donzellinus Theriacam Andromachi, Rodericus à Fonſeca alia opiata: quæ magna generoſaq; docent eſſe præſidia Epileptica; vtpote quibus ſenſus nimis exquiſitus partium cerebri (quæ coadiuvans & ferè principalis epilepſiæ cauſa) debitæ tranquillitati reſtituatur: quem in finem etiam emulſionem ſeminum papaveris aut ſyrupum Papaverinum exhibuit Fonſeca. Commodius eſſet Rhodopium tum exhibitum tum adhibitum.

Melancholiæ, Maniæ, obſeſſionis ſeu Dæmonomaniæ, Hydropſopiæ à morſu canis rabidi, &c. cura Rhodopharmaceutica. Vincenda tum melancholia tũ Mania Rhodopharmacis laxantibus, præparantibus, purgantibus, vomitoriis: hæc validioribus, illa leniorib. In illâ igitur, ſi ſedem ſuam in hypochondriis habeat, inde etiam hypochondriaca dicta, ſyrupo Roſ. ſolut. primæ viæ purificentur: vt,

℞. *Syr.roſ.ſolut.multiplicis infuſ.*℥iiiß,
Crem.Tart.℈i.
aqu.Roſ.vel Borag.q.ſ.

Miſc.

Quo facto partes obſtructæ reſerentur, ſplen inprimis ac meſenterium, humores craſſi, lẽti, viſcidi, limoſi, fœculenti, Tartarei, attenuentur, incidantur, reſoluantur & abſtergantur muccharo Roſaceo: vt,

℞. *Mucchar.*id eſt, *ſucc.roſ.depurat.*℥iß.
ſyrup.multiplicis infuſ.Roſ.℥i.

ſpir.

Spir.ſal.℈ß.
vel: *Tart.vitriolat.*℈j.
vel: *ſpirit.Tart.*ʒj.
vel: *mixturæ ſimpl.de tribus ſpir.*ʒß.
Spirit.roſ.℈ij.
aqu.Bugloſſ.℥ß.
Miſc.

Præparatis humoribus purgatio inſtituenda vel per ſuperiora, minerali dictâ roſâ, vel per inferiora ſyrupo roſ.compoſito Montani, vel Diagridio roſaceo, addito pulvere lapidis Armen. vel Lazuli præparat. atq; etiam extracto Helleb.nigr.

Ex.gr. ℞. *extracti Hell.nigr.*℈j.
ſyrup.roſ.ſolut.compoſ.℥j.
*pulv.lapid.Armen. vel Lazul. præparat. gran.*viij.
aqu.Borag.℥iß.
*Spirit.Roſ.*ʒß.
Miſc.

Vel: ℞. *Diagrid.Roſ.*
*extract.Helleb.nig.vtriusq; gr.*XIII.
*Lap.Laz.vel Armen.præp.gr.*VI.
*ol.roſ.ſtill.gutt.*iii.
Cum *ſyr.Roſ.ſolut.* fiant pil.xiij. ieiuno ſtomacho deglutiendæ: quas azymo pane madefacto & mollito involutas faciliùs promovebis.

Etiam ſolus pulvis roſarum cum æquali parte cremoris Tartari vel Tartari vitriolati ſumptus vtilis eſt ex vino vel iuſculo.

Vino infundi poſſunt *flores roſ.viol.Borag.Bugl.fol.ſen. rad.Polypod. & Helleb.nigr.præp.* ſacculo ex ſyndone parato indita. Clementer purgabit hauſtus vnus aut alter. Validiſſimis autem purgantibus exaſperatur ſæpiùs hoc malum.

Clyſteres, quos & oleum, ſuccus, ſyrupus, & mel Roſ. ingreditur, in hoc affectu ſingulariter proſunt: quorum loco vaporum & flatuum revellendorum & alvi laxandæ gratia ſuppoſitoria ex melle roſ.& Al. roſ. immitti poſſunt.

Obſtru-

Obſtructiones novæ præcavendę vſu Al.Roſ.in forma pilul. Quas pilulas ſi efficaciores deſideras, acuere poteris Diagridio roſato, vel roſâ minerali catharticâ. Vel recipe *Aloes roſatæ* ℥i.*crem.Tartar.gr.*xv. cum *ſyrupo roſ.*fiant pil.pro quatuor vel ſex doſibus.

Quibus peractis corroborantia non negligenda, conſerva præſertim roſarum; quæ hac in parte principem tenet locum principum medicorum conſenſu.Cui addi poſſent aliquot ſtillatitii roſarum olei guttulæ. Potui commiſcendum Iulapium roſ.Serum lactis iulepo roſ.dulcatum commodiſſimum eſt vel aquâ roſ.

Vitandæ præcalidæ illæ,quas nonnulli roborationis ergo non habitâ aliarum circumſtantiarum ratione, præſcribere ſolent,aquæ vitæ aromaticæ, quibus ſpiritus effervеſcunt,ſanguis incaleſcit,bilis aduritur, nobiliora viſcera inflammantur: vtendumq; potiùs cordialibus roſaceis.Repellens quoque epithema ex aceto & oleo roſ fronti ſubindè applicandum in principio,ne vapores aut flatus ab inferiorib. partibus ad ipſum ferãtur caput: in progreſſu tamen plus addẽdũ olei roſacei.

Proſunt & lotiones capitis, vt & pedum ex decocto roſarum agreſtium, vel vrbanarum.

Nec minus vniverſalia balnea ex aqua fluuiatili vel pluviali parata,in qua coctæ ſint roſæ.

Item ſacculi roſis referti tum capitales tum pectorales.Alimentis admiſcenda lympha roſacea.

Quæ in hypochondriaca dicta melancholia proſunt roſacea remedia,ea in curãdâ quoq; propriè dictâ melancholiâ(quæ à melancholico,fæculento,aduſto,tartareo vel ſalſo & lixivioſo ſucco,ſanguineam inficiente maſſam,proficiſcitur, & in cerebro potiſſimum radices agens reſidet ac miram exercens tyrãnidem tenebricoſos ad arcem vitæ,cor,amandat ſpiritus) tum & in ipſa Mania ſeu inſania locum habẽt: licet in hac omnia validiora requirantur:Venæſectio præſertim, q̃ iteratam ſæpè,ad lipothymiam vſq; emiſſo nonnunq̃ ſanguine, feliciore ſucceſſu quam vllum aliud remedii genus radicatam ſtirpitus evellere melancholiam atq; maniã expe-

experientia teſtatur. Non cedunt nanis remediorum gigantes morborum. Vtramque aliquando medianam cuidam maniaco ſimul aperiri iuſſi, paucisque interiectis diebus vtramque ſaphænam, mox & venam frontis, atque iterum medianarum vnam, tandem etiam vtramque ſalvatellam, optatiſſimo ſucceſſu. In purgantibus principem mereri locum Roſam mineralem arbitror, de cuius vſu ſuperius. Cui proximus eſt Helleborus. Vtiliſſimus ſanè ſyrupus roſ. ſolut. Helleboratus, præſertim ſi Tartarus vitriolatus additus fuerit. Nec negligenda Sena. Et, vt Aloyſius Luiſinus *lib. 2. de compeſc. an affect.* loquitur, quoniam deſiccatur venter melancholicis, ideò ſingulâ quâq; hebdomadâ toto anno purgandum ſemel ſaltem eorum corpus, ita tamẽ vt quæ offeruntur, hepatis reſpiciant temperamentum & ventriculi apertionemq; venarum meſaraicarũ. Nihil autem ad hanc rem præſtantius, inquit idem ibidẽ ſaccharo Roſ. cum pulvere Rhabarbari. Educet enim hæc miſcella ſemper aliquid aggregatum in meſaraicis. Ego Senam hoc in caſu Rhabarbaro præferrem, & Rhabarbarum nigrum dictum ſeu Ialapium, cuius deſcriptionem tradidi in roſa nobili atque etiam lapidem Armen. vel Lazul. præparatum adderem. Vel: Rec. *conſ. roſ* ℥iii. *pulv. ſubtiliſs. Rhab.* ʒ. *fol ſen.* ʒiiß. *Crem. Tart.* ℈iv. *Miſc. Doſis* ʒiii. *vel* ℥ß. Vel: *Rec. pulv Roſ* ʒi. *flor. viol.* ʒß. *fol. ſen.* ʒii. *rad. Ialap.* ℈ii. *crem. Tart.* ʒß. *ſemin. Aniſ.* ℈i. *ſacch. alb.* ℈ii Miſc. fiat pulvis. *Doſ.* ʒi. *vel* ℈iv. ex iure vel vino.

Garzias ab Horto melancholicis commendat lapidẽ Bezoarticum ex aqua roſacea ſumptũ. Ormuz, inquit, & Coraſone incolæ non modo adverſus virulentorum animalium morſus vtuntur lapide Bezoar, ſed etiã adverſus omnes melancholicos morbos. Opulẽtiores bis ſe purgant ſingulis annis: Martio videlicet & Septembri. A purgatione quinq; ſubſequentibus diebus continuis hauriunt in ſingulas doſes decẽ huius lapidis grana, macerata in ſtillatitio roſarum liquore. Hoc remedio iuventam & membrorum robur ſibi conſervari dicunt.

Extirpandus primùm lenioribus lentus ille potiùs quàm violentus animi cancer, illa cerebri vipera; quæ quò diutiùs fovetur, eò profundius ſerpit ac vulnerat, ipſam parentem, triſtem mentem tandem perdit ac dentibus ſuis transfodit.

Optimum in Mania ſequens eſt remedium:

℞. *conſerv.roſ.vitriolat.*℥iiii.
Cynoſbat.condit.℥i.
*Confect. Alkerm.*ʒvi.
pulv.baccar.Herb.Par.℥iß.
*rad.Nymph.lut.*ʒ iß.
flor.vel fol.minut.conciſ.Bux ℈i.
*ol.roſ.deſtill.gutt.*viii.

Cum *Iul.roſ.fiat elect.Doſ.*ʒvi.*vel*℥i.

Vel: ℞. *pulv.Roſ.*ʒii.
*Spongiol.roſ.ſylveſtr.*ʒi.
baccar herb.Par.℥iß.
*Sacch.*ʒiß.

Miſc.fiat pulv. Doſ. ʒii. ex vino vel iuſculo vel alio commodo vehiculo.

Vel nimis furibundo ſequens detur hauſtus;

℞. *aq.roſ.*℥iiii.
ſyr.roſ.ſimpl℥i.
ſucci viol. Martial.℥iß.
*pulv.herb.Par.*ʒi.
*ſacch.Saturn.gran.*v.
*Laud.opiat.gran.*iiii.*vel*v.

Miſc.Detur pro vno hauſtu.

Tinctura roſarum ſpiritu vitrioli parata melancholicis magnoperè prodeſt atq; maniacis, præſertim quibus ſanguis & nobiliora viſcera ferveſcunt: cui addi poſſet ſuccus recens violarum vel florũ Boraginis. Præſtantiſs.quoq; emulſio ſem.Borag.cum aq.Roſ. In deſperata ferè melancholia fruſtra exhibitis aut adhibitis cæteris extremum erit remedium lotio capitis cõmuni primũ lixivio calido, mox aquâ Roſ.frigidiſſimâ affatim ſuperfuſâ, inſtituta, repetitâ aliquoties roſacei liquoris frigidiſſimi affuſione, tum capite ſiccis tepidioribus linteis reſiccato. Penetrationis, refrigerationis & *Extremum in extrema melancholia remedium.*

concentrationis, vt ita dicam, gratia nonnunquam aliquid aceti roſacei addēdum. Aquæ roſ. ſubſtitui poſſet decoctum roſarum, vel placentarum, poſt roſarum deſtillationem in cucurbitæ fundo reſiduarum, vel foliorum roſeti ex aqua. Itali puram ſumunt aquam puteale. Sic Rodericus à Fonſeca *Conſ.69. & 85.* In melancholia aliis non iuvantibus remediis progreditur ad aquā frigidam, ſuprà caput infundēdam hoc modo. In thalamo benè cōcluſo, in quo ſit ignis in camino, lavetur caput, vt moris eſt lixivio ſimplici temperatè calido: poſteà extrahatur aqua de puteo, & actu frigida infundatur ſuprà caput parum inclinatum, ita vt quantitas ſit quatuor lib. cùm ſcutella magna ſeu vaſe oris ampli, ſed repente atq; ita, vt aqua vergat in partem anteriorem, & rurſus ſecundâ vice infundatur aqua frigida, & deniq; tertiâ: tùm autem illicò exiccetur caput linteis benè ſiccis, minùs quàm tepidis, non calidis, & non exeat ad aërem è thalamo antè duas aut tres horas. Hoc remediū eſt Cornelii Celſi, & proponitur à Cardano in conſilio quodam quod dicit eſſe magnum & expertum in ſe ipſo ſecretum. Nam aqua frigida, inquit Fonſeca, temperat fervorem cerebri ſeu æſtum, auget calorem innatum, nec vnq̄ in calido cerebri temperamento nocuit: firmat ſpiritus volatiles aceti noſtri corporis, id eſt, melancholię: quod remedium magis calido tempore & in æſtate convenit. Tali remedio vtitur etiam Crato *in Epilepſia* eoque maximè roborari cerebrum & ratione & experientia conſtare aſſerit. Sic Celſus *lib.1.c.4.* Capiti nihil æquè prodeſt ac aqua frigida, &c.

Proſper. Alpinus *li 9. de Med. Method.* Plurimi, ſcribit, ex capite dolores ꝓpelluntur repellentib. medicamētis capiti adhibitis, iiſdēq; non ſolùm actu frigidis, ſed etiam, (in doloribus præſertim calidis) nive vel glacie vel aliis maximè frigidis. Etenim cùm repellentibus medicamentis & humores & vapores ab affecta capitis parte aliò protrudantur, dolor etiam, quem humorum vel vaporum præſentia fovet, illicò ceſſet neceſſum eſt. Quod etiam Galenus docet *lib.2. de comp. med. ſ. l.* dum inquit.

nquit.Refrigérabis autem quæcunque adhibere voles
n aquâ vehementer frigida collocata : quæ ſi non ad-
t,nivem vaſculo circumpones.Hoc auxilium ſive hu-
norum ſive vaporum multitudo in caput impetum
aciat,præclarè auxiliatur : repellit enim eos infraque
n corpus detrudit , adeò vt ego in ſexcentis hoc me-
endi modo vſus nullo alio opus habuerim. At hæc
nedicamenta,quod diligenter animadvertendum , in
is quidem affectibus , qui à calidis vel vaporibus vel
umoribus foventur,locum habent : Verùm in cere-
ro debili ac imbecillo eiuſmodi humorum repellenti-
us facta detruſio neſcio an tuta ſatis ſit periculoq; ca-
eat.Hæc Proſper Alpinus.

Dæmonomaniam ſeu obſeſſionem ab occulta pro-
rietate non ſine miraculo perſanant Rhodopharma-
a : adeò vt nec ad roſarium accedant dæmoniaci.Feli-
iter certè,ſi quod aliud remedium , melancholicum
anguinem,dæmonum balneum , theatrum,& tricli-
ium,everrunt & evertunt roſacea medicamina, præ-
ertim ardentibus precibus à Divina Roſa , IESV
HRISTO , ſummâ ſolâque ſolidâ ſalute ac lætitiâ
oſtrâ,petita.

In Hydrophobia , quæ à morſu rabidorum canum
rovenit,mel roſaceum cum aceto Roſ. temperatum
ibitum cum Dioſcoride commendo.

Radix ſylveſtris Roſæ ad morſum canis tabidi vni-
um eſt remedium(vtinam & ad morſus Zoilorum) o-
aculo receptum, vt Plinius *lib.8.c.*41.refert.

Tarantularum quoque ſeu Phalargiorum, Apulo-
um araneorum ictibus adverſatur Roſa : quanquam
uod mirabile dictu, ſola Muſica cuncta reliqua longè
uperet hoc in caſu medicamina. Nam & ipſæ Taran-
ulæ, ſagaciſſima animalcula & omninò harmonica vt
armonicè ſua perficiunt opera,ita & harmoniâ pluri-
num delectantur,adeò vt ad fidium , tubarum , alio-
umq; Muſicorum inſtrumentorum ſonum ſaltare vi-
leantur : quemadmodum æris ſono delectantur , con-
olant ac veluti tripudiant apiculæ. Sunt autem Ta-

rantulæ naturâ ſubtiliſſimi tactus : quò fit, vt venenu
earum , Phalanginæ naturæ quoddam veluti ſemin
rium continens, humano corpori infixum & ab humo
re nativo conceptum, calore fotum ac ſuſcitatum , ne
voſo tandem generi ſeſe inſinuet, idque penetret , alte
ret, ſubtiliſſimi & exquiſitiſſimi tactus motusque con
tinui capax reddat, ſanguine interim quoque deprava
to, ſpiritibus inquietatis, muſculis convulſivo quodam
quaſi motu, ſed non ita violento aut vehementi , ſolli
citatis.

Chorea ſeu ſaltus Viti, quem ad veterum ἐνθουσιασμ
authores referunt, rhodopharmacis non parum mitee
cit. Sive enim naturalibus adſcribatur cauſis, vt melan
cholico ſeu ſucco ſeu temperamento, ſeu toxico, ſpiri
tibus ferveſcentibus ac turgentibus, membris pertu
batis & inquietatis &c. ſive dæmonis maleficio ; Ro
ſam melancholicum corrigere ſuccum ac intempe
riem, veneficiis reſiſtere, fervorem extinguere , mun
dare ſanguinem, tumultuantia placare membra , ip
denique dæmoni adverſari conſtat.

Quapropter exhiberi poſſet continuò ſaltanti , ne
aliis remediis cedendi ſequens medicamentum.

℞. *aq. roſ.* ℥ii.
Tinctur. roſ. ℥iſs.
Iul. vel ſyr. Roſ. ℥i.
ſpongiol roſ. ſylv. ℈i.
ſal. corall.
Margar. ana ℈ſs.
ſacch. Saturn. gr. vi.
Laud. op. gr. iiii.
Ol. roſ. ſtillat. gutt. v.

Miſc. Detur pro vna doſi.

Quod ſi ſemel exhibitum non ſatisfaceret , iteran
dum. In hoc caſu tinctura roſarum vtiliſſima eſt : ad
di poſſet tinctura vera corallorum.

Sequens etiam potus valdè proficuus eſt.

℞. aq.

℞. *aq.fontan.Menſ.*ii.
*Tinctur.roſ.lib.*ß.
Iul.roſ.
ſyr viol cœrul. ana ℥iiii.

Miſc. De quo ſitienti ſaltanti porrigatur hauſtus.

Vtile eſt & ſerum lactis,in quo cocta roſarum folia, vel cui ſyrupus,aqua,tinctura, & Iulapium roſarum, addita.

Exteriùs ſequente inungatur linimento præcipua titillationis ſedes,ſub axillis,in collo,lateribus.

℞. *Balſ.roſ.*℈ii.
*Ol.nuc.muſc.expr.*ʒß.
Rhodop.℈i.
Moſch.gran v.
*Ambr.gran.*iiii.
Ol.nuc.avellan.expreſs.
nuc.Perſic.ana ℈i.
*roſ.ſtillatit.gutt.*v.

Miſc.

Temporibus inungatur Balſamum roſar.additis aliquot granis Opii puri & ſacch.Saturn.

Vel paretur frontale ex aqu.roſ.op.& ſacch.Saturn.

Philtra,quæ vel amorem furoris, vel furorem amoris excitant,ſi cantharides contineant, quomodo iiſdem occurrendum ſit,ſuperius aperui.

Roſæ Microcoſmicæ reſiſtit etiam Roſa Macrocoſmica, præſertim ſi admiſceatur viperina Mumia: vt,

℞. *Conſ.roſ.*ʒiß.
trochiſc.de viper.
vel, *pulv.ſpinæ medullar.viper.*
vel, *pulv.ſerpent.*ʒß.*vel* ℈ii.
ſpongiol.roſ.ſylv ℈i.

Miſc.

Ebrietatem ſeu tumulentiam, voluptuoſam illam laudatamque fatuitatem,germanam furoris ſororem, abarcent roſacea medicamina. Quod ſi namque olei roſarum communis ℥ii. ſumpſeris, ab ebrieta- *Secreta ebrietatis prophylactica rhodopharmaca.*

te toto die liber & immunis eris. Chriſtophorus à W ga putum laudat oli varum oleum & aſſerit in meth do med. tantum valere olei vncias duas, vt aſſump etiam ex hauſto integro vini dolio, bibens tamen ol illo præmunitus haud inebrietur. Alii præferunt leum amygdalarum amararum vel nucleorum Perſic rum vel ſeminum Braſſicæ. Sequens pulvis ſummi ſ creti loco habetur.

℞. *pulv. Roſ. rub.* ℈ß.
Hirund. combuſt. ℈ij.
ſemin. Braſſic.
Portulac ana ℈ß.
Maſtic. gr. iiij.
ſacch. roſ. tabulat. ℈ij.

Miſc. pro vna doſi: vel cum ſaccharo in aq. roſ. di ſolut. fiant rotulæ, vel morſelli.

Electuarium ſequens Platerus proponit *in ſui Praxi.*

℞. *Conſerv. roſ.*
Rob Rib.
Berb. ana ℥ß.
amygd. amar. excort. contuſ. xij.
ſem. Braſſic.
Roſ. rub ana ʒj.
ſyrup. de agreſta q. ſ.

fiat elect. Cuius ſyrupi loco tinctura Roſ. ſum poſſet: quæ hic convenientiſſima, præſertim vb factos iam ebrios à vini noxa præſervare ſaltem volumus. Quâ intentione quidam hauſtum ace- ti vel ſolius vel cum aqua diluti capiunt.

Efficacius autem eſſet acetum roſ. ſtillatitiâ roſarum aquâ dilutum. Efficaciſſima verò tinctura Roſ. dulcata parumper.

Coronas roſaceas capiti impoſitas ebrietatem pro- hibere ſuperius iam dictum.

Inebrietatis, antecedente vel ſubſequente vomitum cephalalgiâ, ſequens epithema duplicatis linteolis ex- ceptum coronali ſuturæ ac temporibus imponatur.

℞.

℞. *aq.roſ.℥iij.*
acet.roſ.℥j.
ol.roſ.℥ß.
Miſc.

Vel iiſdem locis circumligentur folia Braſſicæ in a- a Roſarum calida madefacta, vel folia Rutæ cum a- to Roſ. contrita tepideq; applicata.

Similiter & narcoticis periculoſis, vt ſolano furioſo, amonio (tum ſimplici tum pleno illi, quod flore ge- no, quandoque tergemino ſeu triplici prolifero, ero alteri innato, ex altera parte albicante, ex altera rpureo, triplicem referente coronam Pontificalis onæ nomen ſortitum eſt) Melanzanæ, Mandrago- pomis amoris, Opio, Hyoſcyamo, &c. reſiſtunt mo- dicta rhodopharmaca.

Iram, brevem illum furorem, & cor vnà cum cere- o, animam cum corpore incendentem flammam, candeſcentiam, roſaceis mitigari pharmacis tum io docet tum experientia. Tam igitur præſerva- nis quàm curationis gratia roſaceis & purgantibus alterantibus vtantur, ad iracundiam qui proni. Vtan- r nonnunquam Aloe roſatâ in formâ pilularum loco Angelic. Vel ſumant conſervam roſarum laxati- m.

Quibus ſuperflua colligitur & facilè ferveſcit bilis, ſyrupo Roſ. ſolutivo vel Elect. è ſucc. Roſ. vel Dia- dio Roſaceo, vel etiam emetico quodam Rhodo- armaco purgandi. Quod ſi quis ſubitò excanduerit, rigerationis & refrænandæ bilis gratia iuſtum Iule- roſ. vel tincturæ Iulepo dulcatæ hauſtum ebibat & nſervâ Roſ. vitriolatâ fruatur; admixtis hepatis gra- ſpec. diarhod.

Iisdem inflammata quoque amentium amantium teranea refrigerari ac refici poſſent. Nam & philtro- m, præſertim calidiorum eadem eludunt maligni- tem. Quo in caſu ſequens remedium vtiliſſi- um. *Veſani amoris, dulcis amaroris remedia roſacea.*

Rec. *Conſerv.Roſ.*℥iß.
*pulv.ſecundin.Microcoſm.*ʒß.*vel*℈i.
Polytrich.ſeu Adian.aur.℈i.
*Ol.Roſ.ſtillat.gutt.*vi.
Miſc.

Vel: ℞. *aq.Roſ.*℥i.ʒii.
*ſpir.Roſ.*ʒi.
*ſyr.roſ.*ʒß.
*ſacch.Saturn.gr.*v.
pulv.ſem.Hyper.℈i.
ſpongiol.Roſ.ſylveſt.
fruct.Cynoſb.ana℈i.
*ol,roſ.ſtill.gran.*iiii.
Miſc.

Vel: ℞. *conſerv.Roſ.vitriolat.*℥i.
*fruct.Cynoſb.*ʒiß.
pulv.radic.contrayeru.℈ii.
*ol.roſ.ſtillat.gutt.*iii.
Miſc.

Verùm ſi vel adhuc in ventriculo hærere , vel iam magnam vitioſorum humorum copiam circa ſe collegiſſe atq; corrupiſſe virus videâtur, emeticorum Rhodopharmacorum ſupradictorum aliquo primas evacuabis vias eaq; prolectabis, quæ nec aliis educi potuiſſent, retenta verò cætera contempſiſſent remedia.

Phreneticis validiora, quæ ſanguinem & nobiliora viſcera magis inflammare poſſunt cathartica non exhibenda, quod quidem ſtercorei factitant empirici. Saniores inſanis ægris illis leniora commendant : qualia roſacea nonnulla , ſyrupus nimirum roſ. ſolutivus & conſerva roſarum cathartica. Muccharum item roſ. ex ſero lactis. Sequens ſolutivum felici Platero placuit:

℞. *ſucc.roſ.*℥iß.
*Sacch.*ʒvi.*in aq.roſ.diſſolut.*
Bulliant leviter: colatura detur.

Clyſteres ex decocto laxativo, melle roſ. vel ſyr. roſ. ſolutiv. Alo.roſat. addito pauco oleo roſ. non omphacin. & ſale, tempeſtiuè ſunt iniiciendi.

Detra-

Detracto ſuperfluo, præcalido & fermenteſcente
nguine reliqua ſanguinis maſſa refrigeranda, calor
normis extinguendus, efferveſcens ac turgeſcens bilis
mperanda ſedandaq; , ſpiritus indomitorum equorũ
ſtar ferocientes & in ſublime ſubſultantes cohibendi
c refrænandi, cerebro priſtina naturalis temperies re-
ituenda. Nam quotiescunq; reliquorum ſyderũ cõ-
uſtorum aſpectibus incaleſcit Microcoſmica Luna, vt
xurgentes vitales ſpiritus flammantes blando refri-
erio temperare vel & excitatos ab inferioribus parti-
us evectosq; calidiores vapores reprimere nequeat
mpliùs, mentis eclipſes, defectiones, inſaniæ, deliria,
acultatum obfuſcationes, &c. ſubſequuntur, totamq;
onturbatur vnâ cum elementis & meteoris cœlũ Mi-
rocoſmicum. Oppoſuit enim ſapientiſſimus Creator
rigidã humidã illam Lunam calido & ſiccãti Soli, cor-
li, tũ & huius aſſeclis vitalibus ſpiritibus & ſanguinis
e nimio calore Microcoſmus conflagrarat, ac neceſ-
ariâ quiete deſtitutus fatiſcens concideret.

Vt autem dictis ſatisfaciamus indicationibus, pro-
inanda phreneticis Roſarum tinctura iulepo roſ. dul-
ata parùm: vel exhibendæ ſeminum frig. & Papaveris
lbi emulſiones cum aquâ roſarum factæ, additâ, ſi pla-
et, eſſentiâ margaritarum, & corallorum, vel eorun-
em magiſteriis.

Præclara ſequens eſt potio *antiphrenitica*.

℞. *aq. roſ.* ℥ii.
ſyr. roſ. ſimpl. ℥ß.
Terr. ſigill. ℈iiß.
Laudan. miner. ℈i.
Rhodopii gr. iii.
fol. aur. ſubtiliſs. præpar. iii.
vel aur. potab. gutt. vi.
Ol. roſ. ſtill. gutt iii.

Miſc.

Tam contumax ſæpè phrenitis obſervatur, vt nulli
medicamento cedat, niſi laudato Laudano: quod i-
gneum omnino calorem reſtinguit, moleſtiſſimas vi-

 gilias,

gilias , ſpirituum fervorem & obortum hinc furorem lenit ac ſedat: modò rectè & tempeſtivè concedatur. In contumaciſſimis invaleſcentibus & maximè rebellibus affectibus maior illius, quàm in aliis morbis exhibenda quantitas. Nihil enim tunc vnum vel alterum granum efficiet. Ego ſerò ſatis, fruſtrà tentatis aliis pluribus remediis ad phreneticam, maniacæ ſimillimam accerſitus aliquando quatuor Laudani grana dedi: vix quartam horæ partem acquievit: perſpiciens ergo morbi contumaciam, quinque grana, additis inſuper opii puri granis tribus, ex aqua & Iulepo Roſ. propinavi. Quo tamen remedio vix per trihorium requievit, oborto interim media in quiete ſudore, ſedatis magis magiſque ſymptomatibus, apparentibus melioribus ſignis, evictoque tandem vniverſo morbo. Sanguineis potiſſimum ac biliofis, non æquè melancholicis ac pituitoſis conducere obſervavi: tantoque fructuoſius id, quantò ſimplicius. Varietas ingredienrium parit varietatem effectionum ſeu operationum. Quorſum autem Hyoſcyami, præſertim nigri, ſuccus dementans? Quorſum tot aromata aliaque calidiora tot olea deſtillata; Quorſum tot eſſentiæ: quibus non tam virtus quàm doſis ac precium nobiliſſimi medicamenti augetur? Nullis equidem ſolidis immoderati collectores moventur rationibus. Quæ cauſa; quod Laudanum vulgare, Philonium, Requies Nicolai & alia opiata quandoque minùs conducant in ardentibus febribus, phrenitide, dyſenteriâ, colicâ bilioſâ, cæterisque calidiſſimis & acerrimis affectibus? Aiunt: ſuborto ſopore pugnantem cum morbo naturam impediri, nec ſine iactura naturales dormitare facultates, expultricem præſertim, vigilantiſſimis interim morbis. Grave iudicium; ſed de crudo quovis narcotico, non correcto Anodyno, ferendum. Nam anodyna non Naturæ, ſed ipſi, qui contrà naturam, morbo vel arma præripiunt, vel vtrique pacem imperant; vel inducias ſaltem indicunt. Cæterùm anodynis reten-

entrix facultas roboratur, non infringitur, & ne planè
eriaretur aut officii ſui obliuiſceretur excretrix, Ro-
arum ſuccum nouæ noſtræ deſcriptioni ſuperaddere
lacuit: quem ſi ſuſpectum habeas in dyſenteria, omit-
ts. quanquam & in hac non contemnendas ob ratio-
ones retineri poſſit. Præterea maius commodum ma-
is reſpiciendum quàm minus incommodum. Qua-
ropter veteres alexipharmacis diaphoreticis, theria-
e, Mithridatio, &c. recentiores etiam purgantibus,
iam clyſteriis & ſuppoſitoriis narcotica, ne dicam a-
odyna, miſcuêre. Cùm igitur Laudano noſtro Roſa-
to ſeu Rhodopio, non tam narcotico quam anodyno,
rgens ſeu furioſa materia compeſcatur, calor præter
aturam temperetur, dolor mitigetur, Natura, ſubue-
ente gratiſſimâ quiete, corroboretur, collectis ſpiri-
bus ſtipata in morbum de nouo animetur & armetur,
obſtaculis liberata in actionibus ſuis iuuetur, totaq;
economia naturalis recreetur, dandum potiùs quam
trahendum dictis in affectibus. Alia, quam ſcriptores
ætereunt, fruſtrationis cauſa ſubeſt, additio nempè
lidiſſimorum & ſiccorum calidiſſimis & ſiccis in affe-
ibus. Ne quid de impertinentibus aliis dicam. Neque
rum eſt, tam frigidum eſſe opium, vt calidiſſimis cor-
gi debeat. Adiuuantibus fortaſſis eget roborantibus
nnunquam, vt *Ambrâ, Moſcho, ol. roſ. ſtill, Cinam. Croc.*
c. quæ pro re nata facilè poſſunt admiſceri. Non enim
uum errant errorem, qui vno eodemque modo o-
nem ſopiendum ſiſtendumq; cenſent vel humorum
uorem vel dolorum furorem, impetumq; profluuio-
m, ac proindè Laudanum opiatum pro catholico
nditant anodyno ſeu panacea, cunctis in affectibus
dem ratione vſurpanda. Taceo quòd tot ferè Lauda-
ſint deſcriptiones, quot pharmacopolia. Sexcentis a-
s modis prætulerim ſimpliciſſimum, tam nobilẽ quã
ucis notum; quo à ſordib. & quiſquiliis liberato, arti-
ioſè ſiccato ac præparato, tum & aceto roſ. extracto
io ſolus additur imbibitione ſuccus Roſarũ, & tandẽ
b placito ſpiritus & oleum Roſ. Sic n. ſatis correctum, *Rhodopium.*
nec

nec alienis corruptum aut immutatum, nullo amplius narcotico ſulphure impuro aut immaturo contaminatum, nec tamen anodynâ vi ſpoliatum, ſed conuenientiſſimâ digeſtione & extractione præparatum habebis Laudanum omnium optimum, angelicum & roſeum potiùs anodynum ſeu Rhodopium quàm periculoſum narcoticum nominandum. Cui pro neceſſitate vel Croci vel Caſtorii vel Mumiæ vel Diambræ extractum, olea ſtillatitia & magiſteria facilè poterunt admiſceri. Sed & præſtantius nanciſceremur Laudanum, ſi laudatius ſortiremur Opium, Thebaicum nempè albicans, quod ex Cairo comparare poſſent aromatarii. Nam quod ad nos aduehitur, nigerrimum eſt multoque minùs bonum. Optimum eſt Opium, quod ex Cambaia è prægrandi Papauere, carcax inibi dicto, manat: cuius ſingula capita Struthiocamelini oui magnitudinē adæquant, ex quibus, etiam ne compreſſis quidem, ſed cultello tantùm vulneratis. Succus vbertim profluit. Sed pauci ſunt, qui Laudanum laudabiliter accommodare norunt: ideoque carpunt inconſideratè atque impudenter, quod capiunt imperitè ac imprudenter: peruertunt quod non aduertunt: reijciunt quod non conijciunt.

Veriſſimam autem optimamque Opii præparationem in gratiam gratorum proximorum communicabo.

Recip. *Opÿ Thebaic. vel Cambai. albicant. minutas in particulas conciſ.* ℥iii.

Inde ſartagini ferreæ: ſuperfunde aceti roſ. tantum quantum ſufficit ad Opii conciſarum particularum, inſtar paſtæ probè agitandarum, commixtionem. Suppoſitus lenis ignis carbonum tamdiu duret, donec exempta portiuncula, cùm refrixerit, Aloën quodammodo referat. Quercitanicâ præparatione præſtantior eſt. Non enim, quod in toſtione fit, etiam ſubtiliores, maturiores, & puriores Opii partes maximè anodynas: reſolutis iam narcoticis, maximè volatilibus, Mercuriali-

rialibus, vnâ diſperdit, nec reliquam maſſam nimia v-ſtione & fixatione deprauat, ſed aceti roſacei beneficio tum ſubtiliores retinet & conſeruat, tum craſſiores, impuro immaturoque ſulphure imprægnatas ſuperſtites corrigit.

Corrigitur aliâs & præparatur quoque Opium Sulphuris ſuffumigio, non aliter ac Diagridium. De quo in roſa nobili. Acidis ſanè omnium optimè corrigitur opium, vt & alia narcotica: quorum genuinum eſt antidotum Acetum roſ. tum ſumptum tum foris applicatum. Aceto namque roſaceo non ſolùm feruidorum, acrium & in corpore turgentium humorum impetus ſiſtitur, ſed & narcotici ſpiritus figuntur atque coercentur, & à vitalium ſpirituum regiâ abarcentur.

Vigiliæ, de quibus ii potiſſimùm conqueruntur, calidioribus affectibus qui pertentantur, vt ardentibus febribus, cephalalgia calida, phrenit. &c. nullis meliùs quàm roſaceis ſedantur medicamentis, exhibito iulepo roſ. tincturâ roſ. vel emulſione ſeminum frig. cum aqua roſ. præparat. naribus & temporibus illito oleo vel balſ. Roſ. applicato fronti vel vnguento roſ. vel epithemate frontali ex aquâ & ol. Roſ. & puluere muſci ſeu ſpongiol. roſ. ſylueſt. Præſentiſſimum eſt remedium Rhodopium, ſeu Laudanum noſtrum Roſàceum conuenienter tum exhibitum tum adhibitum. Sed quia principali ſublato morbo ſimul auferuntur ſecundarii atque aſſociata ſymptomata, ex illorum curatione horum petenda perfecta ſanandi ratio.

In *cura vertiginis* præter alios Platerus, practicorum princeps præſtantiſſimis quibuſuis remediis admiſcet Rhodopharmaca. Commendat puluerem roſarum, ſaccharum roſ. tabulatum, ſpecies aromat. Roſ. Gabriel. Roſat. nouell. Diarhod. Conſeru. roſ. ſcuta ſtomachalia ex roſis & roſaceis potiſſimùm compoſita. Odoramenta componi vult in cauſa quidem calida ex aqua & aceto Roſ. Tempora illinantur oleo vel Balſ. roſ. cum amarum pinguedine miſto.

Sequens

Sequens puluis egregius eſt in omni vertigine.

Rec. *pulu. roſ. rub.*
ſpec. diarhod. ana ℥ ß.
pulu. Doron ℥ iß.
Ciner. hirund. combuſt.
Cinabar. natiu.
Stercor. pauon. ana ℈ ii.
radic. Pæon.
Cubeb. ana ℈ ß.
ſacch. roſ. tabulat. ℥ i.
Doſ. ℥ i.

Puluis odoratus contra vertiginem excellētiſſimus.

Rec. *flor. Roſ.*
radic. roſæ Pæon.
ſemin. Nigell.
Herb. Puleg.
Serpill. ana ℥ i.
Cubeb. ℈ i.
Caſtor ℈ ß.

Fiat puluis: irroretur aceto & reſiccetur: concludatur ſyndone pro odoramento.

In vertigine tandem vt aluus laxa liberaque ſeruetur ſenſimq; collecti vitioſi ſucci tum è ventriculo, tum & ipſo capite cæteriſq; partibus ducantur, pilulæ de Aloe roſata in vſum trahendæ.

Catarrhus, infinitorum ferè morborum fons & ſcaturigo magna ex parte roſaceis vel auertitur vel mitigatur medicamentis, præſertim causâ exiſtente calidâ. Quo in caſu conſerua roſ. præſertim vitriolata & tinctura plurimùm valent puluiſq; fructuum rubellorum Roſarum, exiccatorum & in pollinem tritorum atque etiam puluis muſci Cynorhodini.

Clariſſimus Sennertus ſequens commendat ex Cratonianis Conſiliis medicamentum catarrhum ſiſtens atque exiccans.

Rec. *conſeru. roſ. rub.* ℥ ii.
ſpec. arom. Roſ. ℈ ii.
Nuc. moſch. ℈ i.
Thur. albiſſ. ℈ ii.

Cum

Cum ſyrupo de roſis ſiccis fiat electuarium: de quo
tempore ſomni portio magnitudinis nucis iuglandis
ſumatur. Et notat idem, calidis cephalicis medicamen-
tis exiccandi & vaporum ad caput aſcenſum prohiben-
di gratia conceſſis, etiam in catarrho frigido, roſarum
conſeruam commodè admiſceri. Crato certè multum
laudat conſeruam roſarum, præſertim cum Ambra vel
ſpec. arom. roſ. Gabr. ſæpè ſumptam: vel cum Bol. Ar-
men. vel cranio hum. crudo vel calcin. vel thure olib.
Vinum roſaceum ex floribus roſarum, ligno lentiſci,
ligno Rhodio & radicibus Benedictæ Caryophyllatæ
paratum nobiliſſimum eſt. Vrgente neceſſitate, pericu-
lum minitantibus grauioribus defluxionibus Rhodo-
mii grana iii. vel iiii. ex conſerua Roſ. ſumpta præſenta-
neo ſunt præſidio. Extrinſecus vtiliſſimum eſt oleum
& Balſ. Roſ. naribus ac temporibus illitum. Vtilis etiam
ſacculus puluere florum roſ. rub. ſeminum Nigellæ,
ſeminum Cumini toſti & ligni Rhodii, repletus.
Coryzam ſcribunt roſis recentibus concitari, ſic eis
ferè diſpelli. Inualeſcente coryza acetum roſaceum
ferreæ laminæ lateri aut lapidi candenti ſuperfunden-
dum, vel roſæ cum aceto iniiciendæ.
In Incubo, qui magnam cum Epilepſia & vertigine
habet conuenientiam, pulueribus poſt paſtum exhi-
bendis addantur ſpecies aromat. roſat. Gabr. & ſacchar.
roſ. tabulat.
Commendatur & conſerua roſar. vitriolata: item
tabulæ aromat. roſ. & Diarhod.
Potus, loco vini, quod vaporibus caput replet, men-
tem perturbat, turbulentaque parit inſomnia, loco a-
quæ, quæ flatus adauget nec coctionem iuuat, loco
melicrati, quod in iunioribus, præſertim iis, qui cali-
dioris temperamenti, facilè bileſcit, ſit Iulep. roſ. Pi-
leolis capitalibus & ſacculis cordialibus addendæ quo-
que Roſæ.
Ad pilos prolongandos & firmandos commendant o-
leum Roſ. in quo apes decoctæ vel cantharides paruæ
flauæ, maculis nigris.

Sylue-

Sylueſtribus recentibus roſis contuſis & cum axungia porcina mixtis caluiſque capitis partibus impoſitis capilli reproducuntur.

Summoperè prodeſt illitus ſępè ſolus ſpiritus mellis roſ. Spongiolæ, quæ in mediis ſylueſtris roſæ ſpinis enaſcitur, cinis cum melle mixtus alopecias capitis explet.

Sanè: Roſæ in lixiuiis capitalibus decoctæ pilorum caſum prohibent.

Rubedinem faciei, quæ gutta roſacea aliâs & facies cuprea dicitur, facilè emendabis aquâ Roſ. præſertim ſi eâ maceratum fuerit lac Lunæ, lac Sulphuris vel flores Sulph. vel ſaccharum Saturni, vel Camphora. Quem in finem optimum eſſet lac virginale ſeu virgineum dictum, inſigne, coſmeticum, cum aquâ roſ. alb. loco fontanæ & aceto roſ. loco ſimplicis paratum. Nulla ferè ſunt coſmetica, quæ non vel aquam, vel ſpiritum, vel oleum roſ. recipiant. Fœminæ nobiliores præmuniunt faciem à nigredine quam ſolares inurunt radii, vel in unctione albuminis oui cum aqua roſarum alb. conquaſſati vel mucilaginis ſemin. Cydon. cum aq. roſ. extract. vel ſequente linim.

Rec. *vngu. Pomat.* ℥ß.
Ceruſſ. præparat. in aqua roſ. diſſol. ℈i.
Thuris albiſſ. ſubtiliſſimè pulu. ℈ß.
Mucilag. ſem. cydon. ʒß. Miſc.

Variis in viſus læſionibus roſacea reliquis præferuntur medicamenta tam exhibita quàm adhibita. Salernitani ſequente rhythmo meminêre virtutis roſarum ophthalmicæ.

Fœniculum, Verbena, Roſæ, Chelidonia, Ruta, ſubueniunt oculis dira caligine preſſis.

Et videtur ex alabaſtrulis conniuens Roſa ſignaturâ quapiam oculum repræſentare vireſq; ſuas ophthalmicas prodere.

Vinum rhodites non parùm laudatur & ſpiritus roſarum.

Aqu-

Aquâ Roſ. nullum ferè topicum Ophthalmicum eſt frequentius. Optima verò illa eſt, quæ ex melle roſaceo deſtillatione paratur ſpirituoſa, ſubtilis & penetrans ad oculorum clarificationem; craſſiorum tunicarum attenuationem; adhæreſcentis materiæ contumacioris abſterſionem, macularum emendationem.

Ex vrina pueri ſani & aquâ roſ. quidam faciunt mixturam, quam ſummis extollunt elogiis; quæ deſtillata ſubtilior redderetur.

Abſolutâ quoq; artificioſâ, quæ in ſuffuſione contumaciore requiritur, ſectione, oculiſtæ, quos vocant, ad arcendam inflammationem affluenteſq; reprimendos humores ac leniendum, ſi quis ſuboritur, dolorem aut calorem, albumine oui cum aqua roſ. agitato vtuntur frequentiſſimè.

Oculorum dolor ſi à conglutinatis oboriatur vel foueatur ciliis, commodiſſimè calidiuſculâ mitigatur aquâ roſarum, illis, donec probè mundata & ab adhærente purulenta ſorde liberata ſint, imbuta.

Vbi etiam in *Ophthalmia* præparantibus ac purgantibus opus, commendant authores clariſſimi ſyr. roſ. ſimpl. ex aq. roſ. quod & Platerus factitauit: qui poſteà ſirupo roſ. ſolutiuo cum foliis Senæ compoſito & aqua roſarum diſſoluto præparatum expurgauit humorem, præſertim biliosum. Commendauit etiam elect. è ſucco roſ. & præparationis cauſa mel roſ.

Diagridium roſatum & Aloe roſata ſuum quoque mererentur locum.

In ophthalmia curanda nihil vel frequentius eſt vel efficacius aquâ Roſ. quæ tum ſola vſurpantur, tum aliis permiſcetur: affluxum fluxilium, calidorum & acrium humorum repellit, calorem & colorem præternaturalem emendat, dolorem lenit. Maiorem verò vim obtinet aqua calycum roſarum & decoctum roſ. rubr.

In epiphorâ ſalubres ſunt vngues fol. roſ.

Ad æſtiuas lippitudines ex ſole vel pulueribus ipſe

Galenus

Galenus ſiccarum roſarum decocto vtitur, palpebras eo per ſpongiam continuè fouendo.

Solet communiter albumen oui agitari & cum aqua Roſ. miſceri; addito nonnunquam & ipſo vitello.

Alii doloribus vrgentibus decoctum papaueris albi vel Papau. errat. ex aqua Roſ. magni faciunt.

Itali vel panis medullam vel poma dulcia vel pilulam Sambucinam vel ſpongiolam Cynorhodinam per noctem aquâ Roſ. maceratam vel decoctam applicant.

Ioannes Crato à Craftheim, Medicus Cæſareus, nodulo ſeu pupulæ è puro & tenui linteo confectæ ſaccharum albiſſimum præparatum indit, nodulum in aqua roſ. intinctum ſæpiùs affecto loco applicat: vtiliter eò ſpiritus Roſarum adderetur.

Alii mucilaginem ſeminum Pſylly cum aqua Roſarum extractam euehunt.

Dioſcorides vitellum oui toſtum miſcet cum pauco oleo roſ. & tantillo Croci: quod equidem dolorem in Ophthalmia valdè mitigat.

Imò cuncta ferè collyria ſtillatitius Roſarum ingredi ſolet liquor.

Aqua ophthalmica nobiliſſima, virtute pótiùs quàm precio precioſa:

Rec. *aq. roſ. lib.* ß.

Vitr. Antimon hyacinthini pulueriſ. ℥i.

Digerantur per noctem in cineribus calidis, tum deſtillentur in B. M. Extillans liquor reaffundatur materiæ in cucurbita vitrea reſiduæ, & relinquatur in noua digeſtione per octiduum: tandẽ filtretur tranſcolatoque liquori, addatur vel olei vel ſacchari Saturni ʒß. Ophthalmicum remedium eſt præſentiſſimum atq; infallibile, ſi ſingulis diebus manè, circa meridiem, & veſpere in lecto ſupinus recubans æger oculo affecto tres, quatuor, vel quinque guttulas ſtillando immittat, oculum extrinſecus eâdem aquâ leniter lauet, madidamq; peciam imponat.

Vel: Rec. *aq. Roſ.* ℥iii.

Vitr. Antimon per ſe fuſi ℈ß.

Miſ

Miſc. & macera per diem; manè & veſperi antè ſo-
mnum guttæ quatuor vel quinque ex aqua iſta clara &
ucida oculo infundantur.

Qui loco vitri Antimonii Crocum metall. accipiunt
um Quercetano, aquamque Cardui benedicti, Roſa-
um, vel aliam affunt, fallunt & falluntur. Ex Croco
nim aquæ illæ vel nihil vel parùm extrahunt. Spiritus
oſarum aliquid fortaſsè præſtaret niſi in rubore & ar-
lore oculorum minùs tutus videatur quàm aqua. An-
elicum planè Ophthalmicum anodynum ſequens
ſt, ab Italis arcani loco reſeruatum.

Recipe nobiliorem illam oui albuminis partem,
uam Itali Gallaturam, Germani **das Köpfflin / das A-
erichte/die faſeln** & **zaſern** vocant, ex pluribus ouis gal-
inaceis collectum. Conquaſſetur probè cum aqua ro-
arum & dolenti oculo adhibeatur.

Narium hæmorrhagia ſymptomatica (non tritica,
uæ Naturæ committenda) Rhodopharmacis ſæpè ſi-
titur ſolis. Practici rectè propinare primùm ſolent æ-
ris ſanguine biliosiore, feruido & ſeroſo abundanti-
us non valida ſed lenia purgantia cholagoga, qualis
yrupus roſarum ſolutiuus, Exhibent deindè Roſarum
ecoctum vel ex aqua, vel lacte vel ſero lactis.

Conſerua roſarum, præſertim vitriolata, plurimùm
alet. Et tinctura Roſarum.

Fronti, temporibus, colli lateribus vtrinque ſuprà
enas iugulares, mamillis, axillis, volis manuum &
lantis pedum carpisque vbi arteriæ pulſant illinenda
el imponenda roſacea: vt acetum vel oxyrrhodinum,
uibus aqua roſ. admiſceri poteſt: atque inſuper Bolus
rmen. Terr. ſigill. Cryſtall. præparat. album oui &c.

Teſtibus accommodanda epithemata frigida ex a-
ua & aceto Roſ. Quàm n. inſignem illi cum vniuerſo
orpore, capiteque cumprimis & corde, conſenſum ha-
eant, ratione vaſorum ſanguinem & vtrumque ſpiri-
um deferentium, notum eſt accuratis Anatomicis: pa-
et inſuper ex magna illa temperamenti eorum, qui
aſtrati ſunt, mutatione.

Nec negligenda epithemata hepatica roſacea, quibus ſanguinis fons & officina potiſſimùm roborantur. Hæmorrhagia illa, quæ violentam dentis euulſionem ſequitur, ſiſtit collutio oris cum aqua & aceto Roſ.

Ingratum oris halitum emendare crepitusque ventriculi ructus reprimere roſacea medicamina quotidiana teſtatur experientia. Iiſdem proindè & fœtorē narium corrigemus, vt aquâ, ſpiritu, oleo ſtillatitio, Balſ. Roſ.

In oris & faucium inflammationibus & exulcerationibus vſitatiſſimum eſt decoctum roſarum, item aqua & acetum Roſ. Quo in caſu Chirurgi mixturam conficiunt ex melle roſ. & pauco alumine.

In ardore, duritie, & ſcabritie linguæ roſarum aqua conuenientiſſima eſt, præſertim ſi eâ mucilago ex ſeminibus Cydoniorum extracta linguæ ſæpius illinatur. Cum ſale Nitri præparato mixta longè fit efficacior, vel cum Chryſtallo minerali dulci: cuius hæc eſt vera præparatio:

Cryſtallus mineralis dulcis.

Nitro liquato & per ſulphur accenſo iterumque in aqua roſarum ſoluto & decocto inter coagulandum immiſceatur ſaccharum æquali ferè proportione, donec iuſtam acquiſierit duritiem atque conſiſtentiam. Vel ſolue ſaccharum cand. in aquâ Roſ. poſtmodum etiam ſalem Nitri ad exquiſitam puritatem perductum. Colatum coque ſecundum artem, vt in doliolis in cell. colligantur cryſtalli dulcacres. In vltima coagulatione tincturam roſarum immiſcere poteris, ſed ſpiritu vitrioli non paratam. Huic enim cum Nitro nulla familiaritas. Varios habet vſus in internarum partium inflammationibus, ardentibus febribus, ſiti, &c. In enormi vulnerum hæmorrhagia ſumptum cum aquâ fontana vel Roſ. VVirtzius Chirurgus pro arcano habuit.

Linguæ vulnuſcula melle vel ſyrupo de Roſis ſiccis facilè conſaneſcunt: quibus mucilago ſemin. Cydon. cum aquâ Roſ. extracta addi poſſet.

Tumores & fiſſuras labiorum perſanat oleum Roſ. cum melle Roſ. vel ſyrupo de roſis ſiccis mixtum. Qu-

a caſu præſentaneum eſt linimentum ex ſubtiliſſimo
uluere antheræ roſarum & mucilagine ſem. cydon
um aqu.roſ.facta. Mucilaginis huius loco, ſi fiſſuræ
nt aridæ & ſqualidæ, vnguentum roſ. vel Pom.non
commodè ſumetur.

Quibus in morbis guſtus ſeu deprauatio ſeu defe-
tus obſeruatur ex deſcendentibus à capite pituitoſis
iiſque vitioſis humoribus, vel aſcendentibus è ven-
iculo prauis vaporibus, vel regurgitantibus ad fauces
digeſti corruptique chyli partibus putridis, viſcoſis,
moſis, amaris ac fœtentibus; ordinariæ ſaliuæ permi-
tis, linguam & os inficientibus guſtumque vitianti-
us; iis accommodatiſſima ſunt Rhodopharmaca:
uat equidem tunc aquâ roſaceâ, tantillo aceti roſ. ad-
to, fauces colluere; limoſos ac tartareos humores in-
dere atque abſtergere linguamque mundificare. Fa-
â collutione ſaccharum roſatum tabulatum vel con-
ruam roſarum vitriolatam ore detineat æger vel
an. Chriſt. vel parum mellis roſacei lambat conſilio
licis Plateri vel gargariſma ſumat ex aqua roſ. aceto
ſ. & melle vel ſyrup. roſ.

Dentium dolorem multifariàm compeſcunt Rho-
pharmaca tum purgantia tum refrigerantia, tum ad-
ringentia, repellentia; exiccantia, confortantia &
nſolidantia; tum deniquè anodyna.

Commendant authores aquam roſ. in ore detentam:
i portiunculam aceti Roſacei nonnunquam addunt.
el decoctum roſarum nonnunquam ſubſtituunt atq;
iam viridium roſeti foliorum. Optimum eſt & vi-
m roſaceum.

Sequens remedium tanquam arcanum illuſtri quo-
m loco reſeruatur.

Rec. *aq. calyc. roſ.* ℥ *iiij.*
acet. roſ. ℥ *ſ.*
fruct. cynosb. exiccat. ʒ *ij.*
Spongiol. Cynosb. ʒ *j.*
lign. Rhod. ʒ *ſ.*

Decoqu. & decoctum tepidum in ore detineatur a-

 liquan-

liquandiu,aliquoties renouata collutione. Spiritus ipſe roſarum, vt & oleum ſtillat. dentium dolori medi-tur: præſertim ſi in iis Camphoræ quid diſſolutum fuerit.

Pro ſecreto quidam habent Succinum cum Zinzibere in aqua roſarum coctum.

In extremo ac deſperato ferè dentium dolore, fru-ſtrà tentatis aliis quamplurimis, anodynum noſtrum Rhodopium in pilulæ forma cauitati dolentis denti imponendum.

Vel: Rec. *ſpirit. Roſ.* ʒ j.
In eâ diſſolu. *camphoræ gr. iiij.*
Rhodop. gr. v.

Quibus imbuta goſſypii portiuncula loco affecto accommodetur. Nunquam te fallet aureolum hoc remedium.

Poteſt & ſolet etam vel ſolum oleum roſ. commune vel oxyrrhodinum vel oleum roſ. cum lacte mixtum maxillæ dolenti inungi, addito quandoque Croci puluere: vel etiam in ore detineri.

Sequens remedium Felix Medicus feliciter ſæpius eſt expertus:

Rec. *album. oui.* Conquaſſetur cum aquâ roſ. & ſuper ſtuppam cannabinam extenſam effundatur, aſpergendo parum piperis pulueriſati: parti dolenti ita applicetur, vt totam malæ ſedem comprehendat.

Vtiliſsimum eſt ſequens in cauſa calidæ:
Rec. *ſucc. roſ.* ℥ iiſ.
aq. Roſ. ℥ iſ.
ol. roſ. Omphac. ℥ j.
Lact. ℥ j.

Miſc. In quibus madefactus pannus lineus applicetur.

Mel roſaceum cum butyro mixtum leuiter & ſæpius gingiuis inunctum facilimè dentire facit infantes. Plus iuſto mobiles ac vacillantes dentes firmant quoque Rhodopharmaca.

Decoctum inprimis antheræ roſarum ſeu flauorum fil-

lamentorum gingiuarum defluxus cohibet. Vtile eſt decoctum calycum roſaceorum, vel ipſarum roſarum rubr. ex aqua roſ.

Tinctura roſarum, frequenti affrictione lintei cannabini illâ imbuti, dentes egregiè mundat, & candidos reddit.

Strumas & ſcrophulas diſpellit cinis ſpongiolarum ſeu excreſcẽtiarum ſpongioſarum ſylueſtris roſeti; vt,

Rec. *cinerum illorum* ℥ ij.
Cinam. ʒ ij.
Corall. rub. prap. ʒ j.
Miſc.

Recipe pulueris huius ℥ j. ſ. Macera in vini albi menſura vna duobus vel tribus diebus, tum præterito plenilunio, decreſcente Lunâ hauriat æger ℥ ij. vel ℥ iij. ſingulis diebus ieiunè, donec iterum accreſcere Luna incipiat: quo tempore ceſſandum: eâdem verò rurſum decreſcente repetendus, vt anteà vini illius vſus. Nam vt Luna decreſcit, ſic & ſcrophulæ paulatim deſcreſcẽt. Laudat Platerus conſeruam roſarum: in qua, ſi placeret, æger prædictum puluerem aſſumere poſſet. Inſignium eſt virium ſequens compoſitio;

Rec. *Conſerv. roſ.* ℥ iiij.
Ciner. ſpongiol. Canirub. ℥ ſ.
pulv. trochiſc. de viper. ʒ ij.

Cum *melle roſ.* fiat electuarium: de quo ſingulis diebus, decreſcente Lunâ, detur ℥ ſ. vel paulò plus.

Puluerẽ vertebrarum ſpinalium viperarum vel ſerpent. vel ſpolii ſaltem ſerpent. ſi addideris, validius medicamen effeceris.

Scrophulas etiam conſumunt vermiculi qui ſylueſtrium in roſetorum hirſutis ſpongiolis hoſpitantur.

Angina, vbi alia alias neceſſaria vel ob caliditatem vel acrimoniam vel craſſitiem vel violentiam & malignitatem non admittit, ſyrupo roſaceo ſolutiuo cedit, niſi nimis iam inualuerit, vt æger nihil prorſus deglutire valeat.

Si adhuc in fluxu peccans humor, incraſſari ac dige-

ri ſolet, vti loquuntur, emulſione ſeminum papaueris albi cum aquâ Roſ.

Si verò iam defluxerit, melle roſ. colat.

Repellentia ab initio gargariſmata quidam exhibent ex aqua roſ. & pauco aceto roſ. Quibus in progreſſu addunt mel Roſ.

Vel rec. *aq. roſ.* ℥ *iiij.*
ſacch. roſ. tabulat. vel mell. roſ. ℥ j.
alum. parùm.
Diſſoluantur & miſc. ad vſum.

Interdum & puluis roſarum rub. repulſionis gratia in principio ſtatim fiſtulâ inſufflatur.

Quæ in *angina* proſunt rhodopharmaca, ea ſimiliter in vuulæ ac tonſillarum exulcerationibus, inflammationibus & laxationibus ſunt proficua : quarum partium exulcerationibus potiſſimùm medetur mel roſaceum abſterſionis gratia, cum alumine miſtum adſtrictionis ergo adhibitum, atque inſuper emulſio ſeminum cydoniorum cum aqua roſarum extracta.

Pleuriticis cùm emetica principiò feliciſſimè ſuccurrere ſoleant, inter ea principem obtinebit locum Roſa mineralis, cuius vſu non tantùm feruidorum, bilioſorum aliorumque corruptorum humorum copia, ſed & putridi vermes, primaria non rarò pleuritidis cauſa, expellentur. In progreſſu verò deterſionis, maturationis ac mitigationis gratia dandum mel roſaceum & laxationis ergo ſyrupus roſarum ſolutiuus.

Ludouicus Septalius, Medicus & Philoſophus Mediolanenſis nobiliſſimus ſequens remedium commendat, in doloribus lateralibus tam vtile, vt eo multos, qui iam ſuffocari videbantur, ipſe à periculo liberarit. Nimirùm poſt miſſum ſanguinem mellis roſacei vncias tres & tantundem butyri recentis admixti exhibuit. Quod & vtiliſſimum dicit remedium, vbi eò progreſſus iam fuerit morbus, vt aut cum difficultate ſuppuretur, aut ſuffocationis periculum minitetur.

Mirabilis efficaciæ referunt eſſe remedium, ſi ſtercoris ouilli pilulæ recentes ſeptem vel nouem in aqua

roſa-

roſarum diſſolutæ pleuritico exhibeantur, addita ſyrupi roſacei portione.

Paulò antè citatus Septalius *lib. 6. animadv. & caut. med.* valdè improbat vnguentorum, ceratorum & cataplaſmatum calfacientium vſum in principio præſertim pleuritidis, vel affluente etiamnum ad latus materia. Iis enim fluxiones concitari, locum affectum lacerari, peccanteſque humores ad eundem attrahi. Malunt alii propterea vel oleo vti roſarum vel aliis topicis roſaceis.

Angelus Sala ſequens parat epithema:

Rec. *mucilag. ſem. cydon. cum aq. roſ. extract.* ℥ iiij.
acet. roſ. ℥ ij.
ol. Roſ. ℥ j.
Bol. Armen. ʒ ij.
ſantal. rub. ſubtiliſſ. pulueriſ. ʒ j.
Camp. ʒ j.

Miſc. Quo madefactum linteolum duplicatum tepidè admoueatur.

Commendant aliqui fomentum ex decocto roſ. vel placent. poſt illarum deſtill. reſid. ex cereuiſia. Potus ſit iulepus Roſaceus cum decocto hordei, paſſularum & pauciſſimi Cinamomi mixtus.

Indeſinenter affluentibus furibundis catarrhis, vrgente delirio, periculum minitante tum calore tum dolore prænimio, tum & enormibus maximeque & enervantibus vigiliis, Angelus Sala confugit ad Laudanum opiatum ex aqua roſarum oriente vel occidente ſole concedendum. Quòd ſi quis obiiciat: ita ſenſus ſtupefieri, condenſari materiam peccantem, & reliquum caloris natiui ſuffocari; reſpondet ipſe, quietis ſeparatione vires potiùs recolligi, & quò minùs turgens materia impetu ad cor ruat, impediri atque adeò effici, vt materia morbifica viribus adauctis tempeſtiuè præparata ac diſpoſita commodiùs educatur, quàm ſi tenuis, furens, ac fluctuans, nec temperata ſubitaneum afferret certumque periculum.

Phthiſicis in præſentiſſimum auxilium cœlitùs de-

miſſa Roſa videtur. Cuncta namque cætera medicamina longè ſuperat vel ſola conſerua roſarum ; quam, vitilitigatores excipias, omnes vnanimi conſenſu applauſuque celebrant Medici. Quare cunctis ferè remediis antiphthiſicis admixtam aquam , puluerem conſeruam roſarum videas. Poſſum equidem teſtari me deſperatum ac deploratum planè phthiſicum conſeruâ Roſarum, lacte caprillo, & Lacte Sulphuris feliciſſimo reſtituiſſe ſucceſſu ; qui etiamnum hac ipsâ viuiſcit horâ, vir & pius & doctus & DEO tum profeſſione tum omnibus ſtudiis ac viribus deditus. Vt ioco quidem meritò tamen, roſaceum illud medicamẽ hæredipetarum frauditorium nominemus. Auicenna *lib. 3. fen. 10. tract. 5. c. 6.* miris modis collaudat ſaccari Roſaceum ſeu conſeruam Roſ. ſcribitque fæminam quandam phthiſicam deploratam mortique vicinam eius vſu ita conualuiſſe, vt non modò ſana, ſed & craſſa pinguiſque redderetur. Quod & Meſueus atque alii teſtantur Medici, Petrus Aponenſis, Valeſcus de Taranta, Valeriola &c. Nam cùm quinque in phthiſi concurrant principalia, quæ potiſſimùm in cura reſpicienda, defluxio, putredo, vlcus, hectica conſumptio & febricula, conſerua verò roſarum defluxiones vel abarceat vel conſumat, putredini reſiſtat , pus ipſum abſtergat, pulmonis ſubſtantiam & exulcerata vaſa mundificet atque conſolidet, analeptica vi corpus extenuatum reſtauret, non poteſt eadem non prodeſſe : modò tres, quas Meſue proponit, obſeruentur conditiones, 1. vt abſtergentia & mundificantia præmittantur , ac proindè conſerua roſarum recens, vel inter recentem & veterem media , quæ ſuccoſior abſtergendi vi maiori pollet, primò omnium exhibeatur. 2. Vt magna quantitas eius indies concedatur atque adeò cum quotidiano potu, cibo ac pane, præſertim Marcio, ſumatur. 3. Vt ſi in defectu ſputi difficilis fortè reſpiratio ſequatur expectorantia quoque per interualla dentur. Phthiſicis naturâ craſſis , obeſis , pituitoſis & catharrhoſis etiam conſerua Roſarum vitriolata concedi poſſet. Qui pul-

monum

onum vlcus puris eductione perfectaque mundifica-
one indigere, ſaccharum autem roſarum id inſuffici-
ter præſtare, prætendunt, partim quidem ſapienter
dicant, cùm & ipſe Galenus *lib. 5. meth. med.c.* 8. in-
uat, propterea plerunque inſanabilia eſſe pulmonum
lcera, quòd ſufficienter mundari nequeant; partim
erò dum ad pauca reſpiciunt, iudicium præcipitant.
tſi namque non ſemper, neq; tamen etiam nunquam,
onſerua roſarum optatam abſoluit curam. Nec opus
ſt, vt inſanabilem, vel etiam ſanabilem, ſola ſolidè
erſanet phthiſin. Aiunt: conſeruam recentem pur-
are; purgantia verò phthiſicis plurimùm nocere, iu-
ta Hippocratem, Galenum, Celſum, &c. veterem ve-
ò ſiccare, conſtringere, vias proindè educendæ puru-
entæ materiæ coanguſtare. Mediam ergo inter vtram-
ue ſumant. Cæterùm harmonicè temperata Roſacea
onſerua nec recens propriè ſoluit, aut purgat, ſed le-
iter ac decenter laxat, efficitq; ne in graueſcente con-
tipatione validiora poſtmodum requirat purgantia
rgens neceſſitas; nec antiqua periculosè ſiccat, aut a-
tringit, ſed potiùs corroborat. Tandem ſi adſtrictam
luum retentumque pus, arteriæ ſpiritali tenaciùs ad-
æreſcens, incuſet phthiſicus, recentem exhibeas con-
eruam; ſi de moleſto conqueratur alui fluxu, veterem
ommendes rubrarum Roſarum conſeruam. Inepti
erò ſunt, qui Aphoriſmum Hippocraticum 24. *lib.* 5.
biiciunt: non enim ita exceſſiuè frigida Roſa eſt; con-
erua verò vel temperata vel aliquando fortaſsè cali-
iuſcula, ſi vitrioli ſpiritu mutatam excipias. Quanti
ecerit in tabe Roſarum conſeruam Ioannes Crato, tri-
ım Cæſarum Archiater, patet ex his verbis cuidam
onſilio inſertis. Conſerua roſarum recens ſæpè imò
quotidiè & in magna quantitate ſumpta prodeſt ſe-
cundùm omnes indicationes curationis; præſertim
cùm adeſt ventriculi debilitas & alui conſtipatio. Nam
luum lenit, humectat corpus, alterat calorem febri-
em, cerebrum roborat & cohibet catarrhum. Si qua
efrigeratio ventriculi & inteſtinorum metuatur, inte-

gra ſemina Aniſi poſſent admiſceri, aut deglutiri vn aut alter caryophyllus inciſus. Huc vſque Crato. Su & alia roſacea remedia phthiſicis conuenientiſſima, qua, ſpiritus, iulep. Roſ. Feliciſſimus Platerus ſeque tium morſellorum vel tabularum valdè vtilium & gr tarum mentionem facit *in Praxi*: Recipe *florum Roſ rum* exactè *rubrarum* abſectis albis, quibus innituntu vnguibus, exiccentur, fiat puluis ſubtilis, irrigetur *ſu co Limonum* & cum *ſaccharo* cocto cum *aqua roſar.* fiat morſelli. Similes ferè ſunt iis tabulis, quas è tinctu roſ. fieri ſuprà docuimus. Vel: rec. *ſacch. q. p.* diſſol. i *aqu. roſ.* atque addito tandem *ſucco recent. Roſ. rubr.* fiat tabulæ.

Sulphur diſſolutum & fuſum in aqua Roſarum id ter quaterve repetitum, pulueriſatum, datum per cum ouo ſorbili vel conſerua roſarum in Phthiſi cæte riſq; pectoris affectibus probat idem Platerus. Pectu oleo roſ. & amygdal. inungendum.

Lacti, quod bibere ſolent, vel incoquenda folia Ro vel affundenda aqua ſpirituſque roſ. vel indenda con ſerua, aut ſaccharum roſ. tabulat. aut iulapium. Cæte rùm quæ in Hectica conuenire ſuprà docuimus, e pleraque etiam in phthiſi prodeſſe obſeruandum.

Quæ Phthiſicis opitulantur, ea non minùs hæmo ptoicis commodant: præſertim conſerua roſarum an tiqua, ſaccharum roſatum tabulatum, ſyrupus è Roſ ſiccis, prætereaque mucago Tragac. & gummi Arab cum aqua roſ. parat.

Calyx Roſarum, quem & caput nonnulli vocant, al ui fluores & cruentas exſcreationes ſiſtit, quod & Pliniu ſcribit. Decoqui poteſt ac ſolet ex lacte vel ſero lacti chalybeato. Quidam ſummoperè extollunt & arcano rum loco reſeruant ſequentia duo remedia.

1. Recipe *conſeru. Roſ. vet.* ℥ j.
ſem. Hyoſc. alb putr. ʒ j.
anther. roſ. ℈ j.
ſyr. de roſ. ſicc.
Papau. ana ʒ ij.

Miſc.

Miſc. Doſis ʒ j.

2. Rec. *ſacch. coct.* cum *aq. roſ.* donec iterum concre-
at, id eſt, *man. Chriſt.* commun. ℥ j. *ſemin. Hyoſc.* ſub-
iliſſimè trit. ʒ j. Fiat puluis: vel mucagine ſpiſſiore *ſe-
minum cydon.* redigantur in form. trochiſcorum.

Remedium euporiſtum Matthioli:

Rec. *pulu. ſemin. roſ.*
fruct. Cynosbat. ana ʒ ſ.

Detur cum vino auſtero.

Perutile eſt decoctum corallinorum Cynorrhodi
uctuum.

In tuſſi commendant Practici decoctum Roſarum &
iolarum cum ſaccharo cand. præſertim roſaceo.

Parandum autem ſaccharum candum roſaceum hac
tione:

Rec. *ſacchari Maderenſis lib. vj.* Liquefiant & coquan-
ur in ſtillatitiâ *Roſarum aqua*, donec craſſitiem tabulis
onficiendis aptam acquiſierit: mox affuſis *ſucci Roſa-
um libris ij.* decoquantur vſq; ad ſyrupi conſiſtentiam:
um ollis quadratis ex argillâ factis & vitratis infun-
antur, quibus bacilli lignei, fiſſiles, tenues, quadrati
x abiete aut picea decuſſatim duorum digitorum in-
eruallo diſpoſiti ſunt; vas denſâ bombace inuolutum
oco calido per 16. aut 20. dies reponatur: quo elapſo
empore lignis adhæreſcẽtem concretum, pellucidum
t cryſtallinum deprehendes ſaccharum, odore ſapo-
eque roſeo ſuauiſſimum. Quod magis diaphanum &
oridioris erit coloris, ſi *ſucci Citri* aut *Cinamomi* quid
ut *ol. Cinam.* ſaccharo admiſcueris. Si vero ſaccharum
n ſucco roſarum incarnatarum diſſolueris, & ſucci Ci-
ri portiunculam inſperſeris &, vt candidum, perfece-
is, incarnatum & tranſlucidum elegantiſſimum, non-
ullâ purgandi vi præditum habebis; quo teneriores
egri & infantuli blandè non minùs ac vtiliter purgari
oſſent. Aliàs lenit, emollit, abſterget, faucium aſpe-
itati & raucedini medetur, tuſſim inſigniter ſedat, pe-
ctori & thoraci maximè conuenit, ſiue ſolitariè, ſiue
in cibo

Saccharum cryſtallinũ, candum aliàs dictum, roſaceum.

in cibo aut potu exhibeatur, infantulis vel in pulte v[el] cum lacte conceditur.

Mel roſaceum in tuſſi tritiſſimum & tutiſſimumq[ue] remedium: quanquam à melle, præſertim ſimplici, [i]abſtinendum in tenui defluxione. Mel enim attenua[t] & reſoluit, & Felicis Plateri obſeruatione in tenuibu[s] fluxionibus tuſſim nimis mouet, niſi corrigatur.

Cathartica plerunque non niſi lenia, vt roſacea, [i]n tuſſi locum habent. Nimiâ enim irritatione & commo[]tione fluxilium, à quibus orta tuſſis, humorum peric[u]loſus excitari poſſet catarrhus, cuius euitandi cau[ſa] Platerus adſtringentia in tuſſi purgantibus admiſce[n]da iudicat: ac proindè ſequentem infuſionem in ten[ui] & calida defluxione propinat.

Rec. *cortic. Myrobal. citrin.* ℥ ij.
Rhab. elect. ℈ iiij.
Agar. trochiſcat. ℥ j.
Spic. gran. vj.

Infundantur omnia in vino albo: exprimantur.
In expreſſ. diſſolv.

Elect. è ſucc. roſ. ℥ j.
ſyr. roſ. ſolut. ℥ j.

Miſc.

Nobiliſſimum & ſuauiſſimum ſequens eſt remedi[um] in tuſſi: Rec. *Cinamomi* craſſiuſculè triti ℥ j. Maceretu[r] in aquæ vitæ vel ſimplicis vel infuſionis *ſeminum Ani[ſi] lib. dimid.* per ſe in vaſe vitreo; & ſeorſim macerentu[r] *ſacchari albiſſimi* ℥ *iij. in aqua Roſ.* totidem vnciis, Relin[]quantur hæc omnia ſeorſim in infuſione per triduu[m] repetitâ ſæpiùs vtriuſque vaſis agitatione. Tande[m] commixta per Hippocratis manicam traiiciantur. Co[]latura reſeruetur in vaſe puro vitreo. Doſis cochlea[re] vnum vel alterum ieiuno ſtomacho. Longè præſta[n]tius eſt medicamen quàm ſyrupus ſeu oleum illud e[x] accenſo vino aduſto ſubtilioribus partibus ſpoliato & admixto ſaccharo ſimul vſtulato paratum. Lauda[nt] & authores in tuſſi à cauſa calida & humore tenui ſac[]charum roſ. tabulatum & conſeruam roſarum. Iter[um]

rob[]

ob cynosbati. Præterea mucilaginem *ſeminum Pſyllij & Cydoniorum* cum *aquâ roſ.* extract. addito *ſaccharo cand. roſac.*

In tenui catharrho, tuſſis parente, præſtans etiam eſt remedium gummi tragacanthæ *mucago cum aqua roſ. extracta adiecto ſacch cand. roſ.*

Conſerua roſarum admixtis *floribus ſulphuris* & *puluere Liquiritiæ* multis aliis præferenda ſecretis.

Præſtantiſsima quoque Bolus Armena præparata cum conſerua Roſ. vel cum eadem flores aut Lac Sulphuris aut lac Lunæ.

In virium infirmitate, cordis intemperie, dolore, tremore, palpitatione ſubitoque ſoliti vigoris lapſu, lipothymia, ſyncope plurimùm valet, calidioribus præſertim concurrentibus affectibus, *aqua Roſarum*, earundem ſpiritus fideliter ac diligenter optimis ex roſis paratus, vt & *oleum roſarum* ſtillatitium. Quæ vel per ſe vel addito *ſaccharo Man. Chriſt perl. moſchat. vel ſyr. rub. Id. Miu. cydon. &c.* dari, vel iuſculis, contuſis, expreſſis, congelatis, ſeu gelatinis, panatellis, cremori hordeaceo, pulmentis oryzinis, Hiſpanorum, & vin-ovo-ſaccharinis, Wein-eyerbrühe/ parandis addi poſſunt.

Veſcuntur aliqui pomis vel malis citriis in aqua roſarum coctis cum ſaccharo paucoque Cinamomo. Præſtans eſt & mica panis in Roſarum ſpiritu intincta, addito pro re nata ſucco Citri & pauco Cinam. vel aq. Cinam. vel ſpiritus Roſ. vino generoſo commiſceatur. Vinum rhodites ſeu roſaceum excellentiſsimum eſt.

Arcanum regium ex ſpiritu Roſ. &c. compoſitum Rudolpho II. Imperatori feliciſsimæ memoriæ à Regina Angliæ, Eliſabethâ, communicatam vide ſuperiùs.

Aurum potabile pauperum à Roderico Fonſeca aliiſque nominatum nihil aliud eſt quàm mixtura ex aqua roſarum, ſpiritu vini infuſionis roſarum, & Iulepo roſ. Cui mixturæ Croci quid nonnunquam admiſcetur.

Vſitatiſsimum ſequens eſt cordiale. Rec. *Iulep. roſ.* ℥iij. *aqu. Cinam.* ʒ ij. *Miſc.* de quâ mixtura cochleare quandoque

doque ſumatur. Affundendus & *ſpiritus Roſ.* maioris efficaciæ gratia & præualente calore aqua roſarum fragrantiſsima. Obſeruaui tamen aliquoties, fæminas quaſdam aquam roſaceam ægerrimè ferre. Matrona quædam eius vſu in lipothymiam, quam auertere aliâs & debet & ſolet, incidere ſolebat. Non quiduis cuiuis tempore, loco, modoque quouis conuenit. Omnibus aliâs ferè cordialibus vel ſtillatitiis roſarum liquor vel aliud quodpiam roſaceum medicamen admiſceri ſolet. Et cùm ſuauiter odorata naturæ noſtræ ſint gratiſſima, ſpiritus ac vires recolligant refocillentque, & , vt ſyncoptici quantocyùs ad ſe redeant, efficiant; odoramenta roſacea multis aliis præferenda; ſiue naribus admoueantur, ſiue iiſdem ac pulſibus ipſique cordi illinantur, ſiue faciei adſpergantur, ſiue per cubiculum lectumque ſpargantur: quanquam lutamici ruſtici cum ridiculo illo Concordiæmontano pſeudobalſamum caballinum occidentale quibuſuis odoramentis eſſent prælaturi fragrantiſsimis.

Exempla nonnulla ſubiiciamus:

Rec. *acet. roſ. q. v.* Spongiolâ mundâ vel panno exceptum naribus admoue eodemque pulſus ac tempora illine.

Efficacius erit, ſi cum aceto roſarum lignum Rhodium contuſum fuerit.

Vel: Rec. *aq. roſ. ℥iſ.*
acet. roſ.
ſucci pomor. fragrantiſs. ana ℥ ſ.
ſpirit. roſ. ʒ ſ.

Addi poſſet ſubtiliſsimus *puluis ligni Rhodij, Cinam. & Garyoph.*

Epithemata ex aqua, acet. & ſpir. roſ. conficienda. Sacculus roſarum & ſi placet, ligni Rhodii puluere refertus vel ſiccus, vel aquâ & aceto ſpirituque roſarum madefactus regioni cordis accommodandus. Eidem inungendum oleum & balſamum Roſ.

Animo delinquentium faciei aſpergenda frigida roſarum aqua, vt à paroxyſmo citiùs liberentur.

De

De aceto roſaceo dubitatur: an ſcilicet in omni li- *Acetum roſaceum an in omni lipothymia conueniat?*
thymia atque ſyncope conueniat? Ratio dubitatio-
s eſt; quòd in acutis illis cordis affectibus vitales ſpi-
us vnà cùm calore natiuo non rarò ita corporis deſe-
nt extremitates, vt, dum ad ipſius vitæ arcem, cor, re-
giunt, Reginam animam implorant atque in ſubſi-
um ſollicitant, non ſine ſuffocationis periculo circa
r, vt ita dicam, concentrentur ac vniuerſam Natu-
m extremâ coanguſtatione lethaliter angant; niſi re-
cillatum cor recollectis viribus eoſdem repellat, ad
gnã animet & mirabili planè diſtribitione per deſti-
tas vias ad extimam iterum circumferentiam aman-
t: id quod in ſubitaneo ſummo timore fieri ſolet.
epè etiam à malignis, venenatis ac peſtilentibus fuli-
nibus ad vitæ Regiam prorumpentibus ſuboritur
liquium, aliquando per conſenſum à ſtomacho & v-
ro prauis humoribus ſcatente fœdiſque exhalationi-
s cor per conſenſum infeſtante proficiſcitur. Ace-
m autem, vt quod hermaphroditicè naturæ tenuium
idem partium, quibus penetrat, ſed & terreſtrium,
ſtringentium, quibus coarctat, vt cum Galenicis
quar; ſeu, vt Chymicorum accommodem ſenten-
am, quod, ſeparato ſpiritu vinoſo ſulphureo, æthe-
o, ſale acido vitriolato ſubtili colligendi coagulan-
que vi prædito abundat, fugientes ſpiritus à circum-
rentia ad centrum magis fugat atq; coanguſtat. Ipſæ
oſæ repellendi conſtringendique præſtant facultate.
euiter reſpondeo: omne animi deliquium fit ſpiri-
um caloriſque natiui vel reſolutione ac diſſipatione;
in enormibus vacuationibus, ſudore copioſiore; æ-
u feruoreque corporis, nimiâ lætitiâ, vel oppreſſione
ſuffocatione, vt in nimio timore, vteri præfocatio-
, cordis vel vicinarum partium inflammatione, &
oſidione; vel deprauatione, id eſt, infectione & cor-
ptione, vt in malignis affectibus, vel defectu, non
fficienter aut decenter regeneratis & in abſumptorũ
cum ſurrogatis nouis ac neceſſariis ſpiritibus; vel
enique interceptione. In reſolutione ac diſſipatione
con-

confert vtique acetum roſ. vtriuſque partis ratione : oppreſſione minùs : in infectione minimè : tum eni apprehendenda potiùs arma Bezoartica & alexiphaa macarin defectu atque interceptione quandoq; com modant, quandoque non, aliquando nec proſunt n obſunt. Aſſumptum verò cum aliis cordialibus vel all xicacis nunquam ferè non prodeſſe ſolet, vt & reliqu roſacea, quibus à ſapientiſſimo Creatore cordi in ſubſ dium deſtinatis vel ſolis vel aliis cordialibus pro re na ta conſociatis vitæ regia reſtauratur ac munitur, Reg na Natura roboratur, legati ac duces ſpiritus temp rantur, animantur atque ad deſertas extimas partes a mandantur, confluentes vitioſi ſucci conſpirantesqu fuligines repelluntur, atque adeò vniuerſo vitali regm pax aurea & harmonica tranquillitas reſtituitur.

In tremore cordis atque palpitatione licet violent ora vix locum habeant cathartica, leniora tamen ac im primis rhodopharmaca conceduntur atque commen dantur, vt conſerua roſarum laxatiua, ſuccus & ſyru pus roſarum ſolutiuus, Aloe roſata.

Alterantia & corroborantia ex roſis varia parantu remedia. Conducit omninò conſerua *roſarum*, *Iul.* & *ſyr. roſ. tinct. roſ ſpir. roſ. oleum roſ. ſtill. vinum Rhodites ſe* roſaceum.

Sequens aqua cordis cordialis roſacea multarum virium eſt. Rec. *cor cerui, bouis, vituli, vel porci* : adde *co daperdicum, vel gallinarum, vel caponum vel gallorum In dicorum vel alaudarum q. v.* Incidantur minutim. Add *pulu. roſ.* ℥ ſ. *cortic. citr. Cinam. ana* ʒ j. *lign. Rhod.* ʒ ſ. *Moſch gr. iij. Ambr. gr.* vj. Irrigentur vino roſaceo generoſiſſi mo, donec in formam pultis redacta conſpiciantur. De ſtillatione prolicias aquam : cuius *doſis* ℥ ſ. ℥ j. *vel* ℥ *ij* cum *Iulepo* Roſ. & portiunculâ *ſpiritus roſ.*

Generoſum remedium, quod inſigniter operatur in cordis non ſolùm palpitatione ſed & reliquis affecti- bus :

Rec. *aq. roſ.* ℥ *ij.*
ſpir. roſ. ʒ j.

Iul.

Iul. roſ. ℥ *ſ.*
ol. roſ. ſtillat. gutt. iiij.
Cinam. g. ij.
eſſ. corall.
Margar. ana gutt. iij.
trochiſc. gall. moſchat. gr. ij.

Miſc. Sed olea priùs cum gallia moſchata probè tri-commiſcenda, vt à reliqua faciliùs ſuſcipiantur mi-urâ.

Non contemnendum hoc medicamentum:

Rec. *ſucc. roſ.* ℥ *iij.*
pom. redol. ℥ *iiij.*
aq. roſ. ℥ *ij.*
ſacch. ℥ *iiij.*

Decoqu. ad ſyrupi conſiſtentiam, additâ aquæ Ci-m. & ſpiritus roſ. portiunculâ: de quo detur ℥ j. vel r ſe vel cum liquore quopiam cordiali.

Alii hoc extollunt:

Rec. *ſucc. roſ. rec.*
granor. Cherm. ana ℥ j.
Iul. roſ. ℥ j. ſ.
ſpir. roſ. ʒ *ij.*
vel aq. roſ. ℥ *ſ.*

Miſc. *Doſis cochl.* j. Loco ſucci Chermeſini ſuccus ru-Id. ſumatur.

Vtendum quin etiam rhodopharmacis topicis, ad-â Camphorâ, quæ in hoc affectu peculiaris quamq; quentiſſimè cordialibus admiſcent remediis tum hibendis tum adhibendis.

Anorexiæ, faſtidio, ſeu proſtratæ appetentiæ, ptye-mo, id eſt, frequentiori moleſtiorique ſaliuationi ſputationi, medentur quoque Rhodopharmaca, æſertim Aloe roſata, quæ ſtomacho amiciſſima, quē mundificare ſimul & corroborare cenſent. Quam, ebilior videatur, acuere poteris Diagridio Roſato. hum rhodites conuenientiſſimum: vt & acetum roſ. æſertim Roſaceo-Citratum & Granato-Roſaceum, tiis eduliis permixtum. Et tinctura roſarum, quæ

A a cer-

certiſſimarum virium Syrupus quin etiam è roſarum tinctura paratus & morſelli è tinctura Roſ. cum ſpi vitriol. Conſerua roſ. præſertim vitriolata ; Cynosbati condit. vitriolat. additis ſpeciebus Aromatici Roſati Gabr.

In ventriculi pariter & concoctionis infirmitate valdè prodeſt *conſerua Roſ.* inditis aliquot *piperis* granis per medium diſſectis, non contuſis, deglutita. Sic enim, vbi calida ſimul hepatis & frigida ventriculi intemperies coniuncta, quod literatis inprimis accideri quotidiana teſtatur obſeruatio ; ſtomachus quidem frigidus calefiet, neque tamen hepar vnà concaleſcet; quod aliàs, ſi tritum piper adderetur, facilè fieret : nec roſaceâ conſerua calidius hepar in tantum refrigerabit, vt & noxia ſimul ventriculi ſit metuenda refrigeratio. Temperata namque conſerua Roſarum vel vtrique prodeſſe vel ſaltem neutri obeſſe ſolet. *Cubebas* prædicto modo diſſectas capitis gratia vel *Rhabarbarni RhaThracici, radicumq; Cichorij pollinem iecinoris* ergo commiſcere poteris.

Sitim extinguunt ea ipſa, quæ modò famem naturalem reproducere docuimus. Notum eſt : in quotidiano ferè vſu eſſe *Iulapium roſaceum* vel ſimplex vel compoſitum ex admixta *tinctura Roſ. vel ſucco Citr. aut Granat.*

Sequens Iulapium Ceraſo-Roſaceum valdè gratum eſt :

Rec. *aq. Roſ.* ℥ *iiij.*
ſucc. Ceraſ. acid. ℥ *iij.*
Pom. ac. ℥ *ij.*
ſacchar. ℥ *v.*
aq. fontan. ℥ *ix.*

Coquantur parùm pro Iulepo, vel ad conſiſtentiam ſyrupi, vt conſeruari & ad placitum aquæ fontanæ commiſceri poſſit.

In iis morbis, qui lubricam, laxam, & apertam requirunt aluum, æſtuantibus ac ſiticuloſis ægris commendat Platerus *Roſarum ſuccum* rec. vel *ſyrupum roſ*

ſimpl.

ſimpl. aquâ font. diſſolut. & bibit.

Iuuat ſæpè os colluere *aquâ roſ.* cum pauco *aceto Roſ.* & linguæ faucibuſque illinere mucilaginem ex *ſeminibus Cydon.* cum *aquâ Roſ.* factam & pauco ſucco *Limonum & Granatorum* temperatam. Alii dictam mucilaginem & oleum roſaceum linguæ illinunt.

In ardore & inflammatione ventriculi ſummoperè proſunt medicamenta roſacea; *aqua, Iul. ſyrup. tinct. conſ. Roſ. vngu. roſ. &c.* epithemata & cataplaſm. roſ.

In ardore ſtomachi, quem Sod vocant, efficaciſſimum eſt epithema refrigerans ex ſolo aceto Roſ. aquâ roſaceâ diluto, ſi pannus linteus vel cruſta panis toſta in eo intingatur & applicetur.

Vel: Rec. *aq. Roſ.* ℥ *iiij.*
acet. roſ. ℥ *ſ.*
lign. Rhod. ſubtil. pulu. ʒ *ſ.*
Miſc.

Vel ſolas recentes roſas conquaſſatas cataplaſmatis in modum impone.

Summa: Ventriculo tum purgando tum corroborando confert Roſa.

Notiſſima nobiliſſimaque eſt *Aloe Roſ. & ſpec. Arom. roſ. Gabr.* vt de aliis artificialibus nil dicam compoſitionibus.

Poſt paſtum in ventriculi debilitate & concoctionis vitioſitate quidam ſaccharo roſato tabulato vtuntur, alii conſerua roſarum.

Topica gaſtrica roſas & roſacea frequentiſſimè recipiunt medicamina. Solent communiſſimè *cruſtam panis* parùm toſtam *vino generoſo* vel *Maluatico* madefacere puluereṁque Roſarum, *nuc. muſc. Maſtich.* & *Garyoph.* inſpergere ſicque infirmo applicare ventriculo.

Vomitum violentiorem ac præternaturalem ſiſtunt quoque Roſacea; vt ſyrup. *è roſ. ſicc. rob Cynosbat.* conſerua *Roſarum* vitriolata, *tinctura Roſ. ſaccharum* roſatum tabulatum, *vinum Rhodites, vinum Granatorum* infuſionis roſarum rub. *Aromaticum* roſatum & *Roſata nouella.*

Puluerem ex *roſis, Cinamomo, Maſtiche, terra ſigillata, ſeminibus Cydoniorum & ſemin. roſ.* valdè laudant.

Alii ſolis è *Roſis* vel recentibus vel exiccatis in *aqua* vel *vino rub.* maceratis cataplaſmata conficiunt, quæ nauſeam, vomitum & lienteriam ſiſtunt, calentemque ſtomachum & præcordia mitigant.

Placenta poſt *aquæ roſ.* deſtillationem in fundo *cucurbitæ* reſidua, aſperſa *aquâ, aceto & ſpiritu roſarum* vel *vino rubro* maximo cum fructu applicatur.

Vtiliſſimum eſt & euporiſtum ſequens remedium. Recipe *cruſtam panis* parùm toſtam, *in aceto roſaceo* maceratam & à nimio madore debitâ preſſurâ liberatam, *puluere roſarum, Maſtic. & Garyoph.* conſperſam, tenuiſſimo linteo ne diffluat, ſed coniuncta maneat obuolutam, applicetur ventriculi regioni: vel contunde & aſperſo *roſarum* & *Succini nucisq; muſcatæ puluere* cataplaſmatis in modum impone.

Poſſent ſacculi ex *ſyndone, rub.* parati *puluere roſarum* repleri & in *aqua acetoq; Roſ.* macerati ventriculo imponi.

Poma acida, Cydonia, Granata, Aurantia, Citria, additis *roſis in aqua roſ.* cocta, contuſa & impoſita mirè iuuant.

Commodum eſt & epithema *ex aq. Roſ.℥ iiij. acet. roſ. ℥ ij. ſpirit. roſ.ʒ j. ſ. pulu. roſ. rub.ʒ j. camph. gran. j.*

Comitiſſa quædam laudat laminam Eboris iuſtæ magnitudinis in aqua & acet. roſ. maceratam, poſtea ventriculo appoſitam.

Iuſculum *ex aqua & acet. Roſ.* addito *oui vitello* & pauco *ſale*, nullo butyro, paratum, vomitum certò ſiſtere didici ex nobiliſſima quadam matrona.

Valdè probant aliàs *hordeatum* cum *aqua roſ. aceto roſaceo & ſaccharo* paratum.

Quibus omnibus fruſtrà tentatis in neceſſitatis caſu certiſſimam aſſequitur operationem Laudanum roſaceum ad grana ij. vel iij. vel per ſe vel ex aqua Roſ. exhibitum atque etiam ventriculo illitum.

Ab acerbiſſimis ſi prouenerit venenis vomitio, præſtat

ſtat *oleum roſaceum* commune deglutire.

Si aſſumptis medicamentis purgantibus ex nauſea vomitus metuitur, roſarum & roſaceorum fragrantiâ ſuccurrendum, aquâ roſaceâ facies conſpergenda, os eluendum, collum faſciâ aceto roſaceo madidâ cingendum, ventriculus ſupradictis roſaceis topicis firmandus.

Singultientibus, vt & vomiturientibus conuenit uſculum *aceto roſ.* temperatum, addito *oui vitello.*

Conducit quoq; fotus cum ſpongia *aceto roſaceo* madefacta, præſertim ſi ab acribus, calidis bilioſis ſingulus prouenerit cauſis. Quo in caſu *placenta roſarum* (id eſt, caput mortuum ex roſarum deſtillatione reſiduum) *aceto roſ.* conſperſa ventriculo vtiliter applicetur, vel ſacculus *puluere roſarum* repletus & *aceto roſ.* imbutus.

Sic & nimiam atque periculoſam ſternutationem ſiſtit odor *ol. ſtillat. vel Balſ. Roſ.* Validiùs *Rhodopium* noſtrum ſeu Laudanum roſaceum naribus impoſitum vel appoſitum.

Sudor non tam criticus quàm ſymptomaticus chronicus inutilis ac moleſtus, ſæpè vires indies magis magiſque proſternens inhibetur ſuperfluus, ſi ſpina reliquumque corpus vel *oleo* vel *vnguento Roſato-Pomato* vel *mucagine ſeminum Cydon. Tragac. vel gumm. Arab.* cum *aqua roſ.* extract. inungatur.

Linteamina *puluere Roſarum* & *ligni Rhodij* ſuffumigentur, vel *aquâ Roſ.* conſpergantur atque iterum exiccentur.

Laudant aliqui odorem *Camphoræ* in *aquâ Roſ.* diſſolutæ.

Cubiculum etiam conſpergatur *aquâ & aceto Roſ.*

Dyſenteria, (cui cognata eſt diarrhœa, lienteria, fluxus hepaticus, cœliaca paſſio & hypercatharſis ſeu ſuperpurgatio) Rhodopharmacis euincitur omnium facilimè ac feliciſſimè.

Celebriores Practici *ſyrupum roſaceum* ſolutiuum, admixto *Rhabarbari & Myrobalanorum citrinarum pul-*

uere, dant ex *aqua roſarum*. *Puluerem* alii ſubtilem *roſarum* rubrarum addunt.

Pulpam Tamarindorum cum *puluere roſarum* alii concedunt.

Magnifaciunt nonnulli *Agaricum* in *aqua Roſ.* infuſum per noctem, manè expreſſum & cum *ſyrupo vel melle roſaceo* permixtum. Equidem potenter abſtergit ventriculo ac inteſtinis adhærentem fœdum, putridum, ac mordacem mucum.

Abſtergentia clyſmata ingrediuntur tum ipſæ *roſæ* tum & *mel roſaceum*; ſiccantia verò *ſyrupus è roſis* ſiccis. Parantur & enemata ex *aqua roſarum* & *ſyrupo* vel *mell. Roſ.* vel *ex lacte*, quo in coct. *roſarum foliola & melle roſ.* addito, vrgente dolore & calore, *oleo roſ. & ſyrup. Papau. errat.* Klaproſenſyrup.

Lactis loco *cereuiſiam*, in qua *coctæ roſæ*, vel caput mortuum roſarum abſolutâ deſtillatione reſiduum quidam ſumunt.

Adſtringentes, temperantes, conſolidantes, glutinantes, ſanguiniſque fluorem ſiſtentes clyſteres vt plurimùm roſas ſiccas recipiunt & viridia roſeti folia. Cōmendat Platerus clyſteribus talibus additum Hæmatitis lapidis ſuccum rubeum attritione cum aqua roſarum paratum, duarum drachmarum circiter pondere.

Vnguentum roſaceum, quod clyſteribus Practici nonnunquam immiſcent, omittendum exiſtimo, cum vnctuoſa talia reliquorum ingredientium conſolidantium vires infringant, exulcerata inteſtina ſordidiora reddant & lædere potiùs quàm ſanare ſoleant.

Ex aſſumendis optima eſt *tinctura roſarum*, addito *ſyrupo è roſis* ſiccis.

Feliciſſimè quidam fruuntur extracto *roſarum rub.* cum *ſucco Granatorum* vel *Rib.* vel *cydon.* vel *Berberum* parato.

Felici quoque ſucceſſu datur *conſerua roſarum* cum *croco Martis, terra ſigillata, Lacte Lunæ, Cranio humano* puluериſato vel calcinato, *muſco cranij humani* & *caſſiæ ligneæ* melioris ac nobilioris portiunculâ.

Gale-

Galenus commendat citrinam Roſæ comam. Nec immeritò. Floſculi namque illi aureis apicibus in medietate roſarum reſidentes ſatis validè reſiccant & adſtringunt; & quidem ipſo Galeno teſte *lib.* 8. *de ſimpl. med. facult* potentiùs quàm ipſarum roſarum foliola, gingiuarum inſuper defluxus & alba mulierum profluuia mirificè cohibent. *Decoctum roſarum rubrarum* vel *calycum* & *roſellarum* in illis *citrinarum* ex *vino rubro* vel *lacte chalybeato* multum præſtat in omnis generis profluuiis, non citricis, additis præſertim propriis *fructibus corallinis.*

Optimum eſt *Maſtic.* ℥ß. *decoct. ex aqua roſ.*

Aqua viridium roſeti foliorum in dyſenteria ſingularis eſt.

Sunt & proficuæ emulſiones *ſeminum* frigidorum maiorum & minorum, *papaueris albi*, *pap. Rhœad. auellanarum* rubris tunicis veſtitarum, *amygdalarum* dulcium, *Traſorum*, ſeu *Dulcichini* & *ſeminum cydoniorum*, cum *aquâ roſarum* factæ.

Rob paſſulatum cum *aqua roſ.* coctione debitâque expreſſione paratum, addito vel *puluere roſ. rubr. vel conſeruâ roſarum vel ſaccharo Roſ. tabulat.* conuenientiſſimum eſt. Lenit & vitioſos ſuccos inteſtinis adhærẽſcentes eademque rodentes, abſtergit, temperat & ſenſim roborat; nec tamen intempeſtiuè coarctat aut obſtruit. Quod in Roſa valdè laudabile. Quid enim frequentius in dyſenteria quàm vel ſubitaneam conſtrictionem vel ſupremam euacuationem metuimus? Iulapium Roſarum in potu concedendum.

Oryzæ in lacte coctæ, vt & amylatis & amygdalatis pulticulis & panatellis aqua roſarum addenda. Semen roſarum variis admiſcetur medicamentis.

Eſt & efficaciſſimus fructus roſarum cum lanugine & ſeminibus ſiccatus & pulueriſatus vel conditus: vel decoctum illius bibitum.

Pro arcano habetur ſequens remedium: Recipe fructuum Roſ. exiccatorum in puluerem redactorum, pulueris placentæ roſarum poſt aquæ deſtillationem in

cucurbita reſiduæ probè ſiccat. vtriuſque ʒ j. pulu. radic. Nymph. ℈ iv. Doſis ʒ ſ. ex aquâ roſ. vel conſerua roſ. vitriolat.

Ægrè quoque communicatum ſequens ſecretum.

Pannus ſericeus vel etiam cannabinus chermeſini coloris imbuatur partibus duabus ſucci roſarum rubrarum & aceti roſacei vel tincturæ roſ. parte vnâ; in quibus aluminis ſit diſſoluta priùs portiuncula: poſteà ſiccetur: iterum iiſdem imbuatur, tertiâ vel quartâ repetitione: tandem calcinetur ſeu comburatur. Cinis ad vſum reſeruetur. Poteſt autem vel in conſerua Roſarum vel Rob Cynosb. vel aliis dyſenteriæ dicatis remediis, præſertim roſaceis, exhiberi ad ʒ ſ. vel ʒ j.

Aquam roſarum, in qua macerata vel decocta folia papaueris ſimplicis vel erratici, bibitam plurimi faciunt nobiles quædam matronæ.

Exteriùs inungendus venter oleo Roſ. omphacino, præſertim ſi in eo cocta fuerit anthera Roſea, id eſt, in medio flore flaueſcentia filamenta.

Imponenda quandoque panis cruſta toſta acetoque Roſ. imbuta, vel cum aceto & ol. roſ. in cataplaſmatis formam conquaſſata, addito puluere Roſarum rub.

Satis etiam efficacem referunt faſciam aceto roſaceo rigatam, ventrique circumligatam.

Rete caſtrati oleo roſaceo omphacino perunctum, aſperſo roſarum rubrarum puluere ventri impoſitum multum prodeſt.

Vrgente neceſſitate tandem ad Laudanum roſaceum, tanquam vnam & vnicam anchoram, confugiendum; cuius grana iij. vel iiij. ex aqua roſ. & ſyr. è Roſis ſiccis vel conſeruâ roſarum exhibenda: diſſolutaq; grana aliquot ſpiritu roſarum cum bombace vmbilico imponenda.

Teneſmo præſente aluus oleo. Roſaceo inungenda: atque etiam mucilagine ſeminum Cydon. cum aqua Roſ. extractâ vel conquaſſatis portulacæ foliis oleo roſaceo permixtis.

Lumbricos ſenſim enecat & expellit ſyr. roſ. ſolutiuus

us; validiùs electuarium è ſucco Roſarum; validiſſi-
ıè Diagridium roſ. vel Roſa mineralis.

Oleum roſaceum commune bibitum vermes ene-
at; cui ſi parùm aceti roſacei addideris, certiorem ef-
ɛctum aſſequeris. Enecantur & tincturâ ſuccoque
oſarum: & aſſumptis vermiculis illis, qui ſylueſtri-
m in roſetorum hirſutis ſpongiolis hoſpitari ſolent.
ixiuia roſacea pediculis aduerſantur.

Cachecticis & hydopicis commendandus ſuccus
.oſarum, ſyrupus roſarum ſolutiuus, compoſitus præ-
ɛrtim ex hydragogis, gummi guttæ roſatum, debitæ
urgationis gratia: ſpecies autem diarhodo Arom. roſ.
.oſata nouella, troch. de roſis conſeruaque roſarum
ɛ rob Cynosb. temperationis, correctionis & corro-
orationis ergo.

Vinum Rhodites paſſulatum cachecticis eſt amiciſ-
mum, præſertim ſi lignum Rhodium fuerit additum
ɛ radices vincetoxici, & maximè verò ſi & additum
.ha-Thracicum.

Crocus Martis roſaceus ad ſcrupulos duos ſingulis
iebus matutino tempore ex aqua roſarum vel cum
ɔec. diarhod. Cinam. & ſacchar. in forma trag. ex vi-
o roſaceo propinatus cachecticis & hydropicis me-
etur. Parandus autem Crocus roſaceus hac ratione.
imatura ferri vel chalybis maceretur in aceto roſ. a-
errimo, vel in tinctura roſarum valdè vitriolata, do-
ec vel tota, vel maior illius pars in rubiginem redacta
ideatur; quæ colligenda, exiccanda & ad vſum re-
ondenda. Tutiſſimè præ reliquis omnibus Martis
rocis ſumi poteſt. Vel etiam immerſo in acerrimum
cetum roſaceum ferro exudans ferrugo colligatur.

Crocus Martis Roſaceus.

Neque verò propter qualẽ qualẽ refrigerandi atque
dſtringendi vim reformidanda roſacea medicamina.
Ion enim, vt vulgò quidem opinantur, à frigidiore
ɛmper hepatis intemperie proficiſcitur hydrops, imò
b eiuſdem aliarumque partium inflammatione potiùs
onnunquam, tantæ ſcilicet ſalſedinis ac ſubſequentis
tis parente; præterea tam congruè temperata roſa

eſt, vt nimis neque refrigeret neque calefaciat, & nec adſtringat nec relaxet nimiùm.

Cachexiæ cognatus icterus iiſdem curatur Rhodopharmacis purgantibus; ſyrupo, ſucco, electuario, Diagridio ſeu hepate roſarum & Aloe roſatâ: alterantibus quoque, vt conſeruâ roſarum, ſpiritu roſarum, ſpec. arom. & Diarhod. &c.

Albicans ſubſtantia excrementorum gallinaceorum conſeruæ roſarum admixta præſentaneum eſt ictericorum remedium, contenti nitri ratione, quod & idem purum præſtat. Citrinas ſeu luteas natas roſas ictericis haud parùm conducere referunt.

Scorbuto laborantibus roſacea tum purgantia tum alterantia tum roborantia medicamenta prodeſſe, ratio ſuadet, experientia teſtatur, & ii comprobant Medici, qui Septentrionalibus in locis, quibus teter ille potiſſimum graſſatur morbus, exercent praxin. Conuenit iis, vt & ſpleneticis, *ſyrupus roſarum* ſolutiuus, *ſuccus & conſerua roſ. ſpecies diarhod.* & *puluis roſarum*, qui tum ſolus ad drachmam exhibitis purgat, tum potentiùs id præſtat, ſi *florum Violarum, radicis Ialapæ, foliorum ſenæ & Cremoris Tartari pollinem* addideris. Erumpentes vere *ſylueſtris Roſæ* ſummitates cum *aceto roſ.* acetarii loco ſumptæ ſpleneticis ſunt proficuæ: coqui poſſunt etiam in *iure carnium*, vel cum *aliis herbis, Boragine, Spinachia, &c.* Vnguentum ex *oleo roſarum*, *vitello ov. & ſaccharo* Saturni compoſitum valdè iuuat ſpleneticos.

Inflammatis in nephritide renibus inungunt Practici circa lumbos è regione vel *oleum roſ.* vel *oxyrrhodinũ*, vel *vngu, roſ.* Propinant ægro emulſiones cum ſtillatitio Roſarum liquore factas, vt & Iul. Roſ.

In calculo, ſi omninò purgandum, præferunt *ſyrupum Roſarum* ac *Violarum*, & abſterſionis ergo *mel roſaceum*. Extollunt fructum *Cynosb.* conditum atque etiam coctum; propterea calculoſa *roſarum ſemina* in *puluerem* trita, ex *aqua roſarum* ſylueſtrium aſſumpta, nec non ipſas roſeti *ſpinas ſpongiolasq;*.

Plurimùm prodeſt *Tartarus vitriolatus* cum *Iulepo roſa-*

ſarum exhibitus atque etiam *Cremor Tartari* ſucco
ſarum recentium multoties nutritus ſeu, vti loquun-
r, inſuccatus.

Secretum efficaciſſimum in nephritide hoc eſt;

Rec. *pulu. ſpongiol. roſ. ſylueſt.*
herb. virg. aur. ana ℨ j.
fruct. Cynosb. exicc.
ſemin. Roſ. ana ℨ ſ.
violar. ℨ j ſ.

Fiat puluis. *Doſis.* ℨ j. *ex vino albo.*

Spiritus Roſarum nephriticis aliis medicamentis vti-
er admiſcetur. Efficacior autem eſt *ſpiritus* è maturis
quodammodo ſubacidis *Roſarum baccis* ſeu fructibus
bicundis ... cum *acinis ſiue granis* probè conquaſſa-
s, ſuperfuſo prius, ſi placet, *Roſarum ſpiritu*, vel additis
ltem *roſis* per æſtatem infuſis ac digeſtis, & pauco
rmento per veſicam vt ſpiritus ceraſorum eductus.
enibus inflammatis medetur, obſtructas vias expe-
t, vrinam ciet, calculum & arenulas propellit.

Spongiola, quam Canirubi ſupercreſcentiam & la-
ginoſum muſcum vocat Mareſcottus, Ferdinandi I.
uſitaniæ Regis archiater *in Compend. Med.* maximam
abet efficaciam in vrinæ difficultate & calculo. De
ha ſpongiola hæc ſcribit Dædonæus: Fuchſius ſpon-
olas & capitula ſylueſtris roſæ contra calculum & v-
næ difficultates valere affirmat, ſi in puluerem trita
hibeantur. Prodeſſe autem poſſunt non vt diuretica
t calculum atterentia, ſed veluti alia quædam ad-
ringentia, debiles renes confirmantia; quæ calculo-
s non rarò vtiliora ſunt quàm multa alia, præſertim
alidiora diuretica. Nam talium diureticorum fre-
uentiore aut nimio vſu & renes multùm debilitari &
epè ſupercalefieri contigit, & calculos non modò non
omminui, atteri aut expelli, ſed copioſiores & durio-
es frequenter generari. Quod enim in ſanguine te-
ue, aqueum & ſeroſum eſt, ſegregant: quod verò craſ-
us, cogunt ac indurari diuretica fortiora faciunt: & ſi-
iliter etiam alia minùs potentia, frequentiore vſu;

veluti

veluti Galenus *lib. 5. de ſimpl. med. facult.* edocet. Quidam ſpongiolis præferunt vermiculos in iiſdem habitantes, repertos: quos inſuper ſcrophulas conſumere & ventris lumbricos enecare tradunt.

Theophraſtus Paracelſus ex *capilloſis* ſylueſtris *Roſa glomis* arcanum elaborauit ad calculum expellendum celebratiſſimum, nuſpiam tamen deſcriptum. Ioannes Hartmannus, Chymicorum noſtro ſeculo facile princeps, alter Paracelſus, ſequentem communicauit deſcriptionem:

Rec. copioſam quantitatem piloſarum illarum *ſpongiolarum* menſe Maio vel Iunio collectarum & inciſarum, remotis vermiculis & aliis inſectis in interioribus cauitatibus reperibilibus; per fermentationem cum *aqua & fermento* communi putrefiat. Exindè *ſpiritus & aqua* per veſicam eliciantur. Ex capite mortuo *ſal* extrahatur, qui purificatus cum ſpiritu illo coniungatur, & aliquandiu digerendo maceretur; tandem cum *argilla* miſceatur, & conuenienti factâ deſtillatione ſpiritus vnâ cum ſale eliciatur & maiori receptaculo colligatur, donec omnis ſal ſimul tranſierit. Reſiduum exprimatur & expreſſum per retortam igne arenæ, in fine nequaquam fortiore, ne empyreuma redoleat, deſtilletur in modum arcani, ſimili ratione aliis ex vegetabilib. eliciendi. Guttæ iiij. vj. ix. vel xij. in conuenientibus liquoribus exhibitæ & ſæpiùs datæ, calculum inſenſibiliter atterunt atque expellunt. Aliâs ſi puluis ſaltem illorum globulorum in vino maceretur & illius exhibeatur hauſtulus aliquoties, idem, ſed remiſſiùs, efficies. Proba: credes experientiæ.

In ſummo neceſsitatis caſu atrociſſimis vrgentibus cruciatibus, ſuccumbente fermè cum viriculis vniuerſâ naturâ, ad narcotica confugiunt Medici: quibus vel inducias ſaltem obtineant, nimiùm ſæuiente morbo. Platerus purgantibus eadem etiam nonnunquam admiſcet. Tutius eſſet Rhodopium noſtrum.

Sequens remedium in renum exulceratione præſentaneum eſt:

Rec.

Rec. *conſeru. roſ.* ℥ ij.
pulu. ſemin. hyper. ℥ ſ.
anther. roſ. ʒ j.

Miſc. Doſis ʒ ij. vel iij. per aliquot dies, præmiſſis ræmittendis vniuerſalibus. Inueteratas feliciter pernat renum & aliarum partium internarum exulceranes.

Colica, quæ calculo ſæpè maritata extremum ægris initatur periculum, roſaceis tum ſimplicibus tum mpoſitis etiam debellari ſolet medicamentis, exters & internis; biliosa præſertim, & ab inteſtinorum flammatione vel alia calida cauſa ſuſcitata fotaq;.

Aromaticum Roſatum Gabrielis vt ventriculo, ita vniuerſo ventri atque ipſis inteſtinis, quæ nil aliud ıàm appendix ſiue cauſa quaſi quædam ſunt ventriıli, robur addit.

Clyſteribus incoquendi flores roſei, indendum mel ſaceum & in inteſtinorũ inflammatione oleum roſ. xhibendus loco vehementiorum purgantium ſyrus Roſ. ſolut.

Rodericus à Fonſeca, prælustris medicus, Profeſſor im Patauinus primarius, Præceptor meus, in conſilio ıodam euporiſtum quidem ſed maximi momenti ſeetum propoſuit ad compeſcendos colicos cruciatus; ıos cum atrocibus calculi doloribus plurimùm conenire tam certum eſt quàm incerta ſæpè vtriuſque gnotio. Solum autem ſylueſtribus roſetis adhærentium *ſpongiolarum puluerem* ad dimidiam vel inteam etiam drachmam propinat ex *vino generoſo*. Si *luerem* exiccatorum vel in cinerem calcinatorum *ticulorum equinorum* vel *ceruinorum* addideris, pontiſſimum ac præſentiſsimum colici doloris anodyım habebis. In extremis autem atque intolerabiliıs cruciatibus, ad *Laudanum roſaceum*; tanquam ſaam anchoram, confugiendum; quod non omiſſis æmittendis tempeſtiuè prudenterque conceſſum ınquam te fallet. Exhiberi poteſt ad grana ij. iij. vel j. in forma pilularum, vel ex conſerua roſarum vel a-

qua

qua ſpirituque Roſ. additis olei roſ. ſtillatitii pau- guttulis.

Oleo amygdalarum dulcium; ſeminum lini atque liis ſimilibus vſitatis prætulerim oleum roſarum co- pletum dictum: quod & biliosorum ſiſtet ferociam inteſtinorum extinguet inflammationem & colii coniunctum plerunq; renum vel ardorem vel dolorem mitigabit, ipſaque inteſtina lubrica reddet atque acrium feruentium humorum tyrannide tuebitur, p- ſertim ſi vel ſyrupum roſarum ſolutiuum vel mel ro- ceum admiſcueris abſterſionis & promotionis grati Quæ mixtura per os tam ſuperiùs quàm inferiùs a- commodari poteſt.

Dolentes hæmorrhoides mulcentur *oleo roſarum* *vnguento roſ.* vel linimento, quod *ex ol.roſ. & vitell.* o- mixtis inuicem paratur, addito *croco*: vel ex *oleo roſ.* *pulpâ pomorum coct.* admixtis *verbaſci floribus* contuſi is

In dolore vterino, qui menſes in procinctu conſti- tutos præcedere, partum verò ſubſequi ſolet, ſeque remedium omni precio precioſius eſt:

Rec. *pulv. ſpongiol. Roſ. ſylueſt.* ℈ ſ.
mandibul. cum dentibus Truttæ piſcis ℈ j.
extract. caſtor.
croc. ana gr. j.
aqu. Cinam. ʒ ſ.
ſpir. roſ. ℈ j.
aqu. Matricariæ ℥ i ſ.

Miſc. Quibus ſi Rhodopii noſtri granum vnum v- alterum admiſcueris, efficaciam remedii miraberis.

Menſtruorum tam alborum quàm rubeorum dicto- fluxus iis ipſis ferè ſiſtitur rhodopharmacis, quibus n- rium hæmorrhagiam ac dyſenteriam compeſci decl- claratum.

Mulierculæ frequenter vtuntur *decocto locuſtarum* ſeu recentium *roſeti ſummitatum, calycum roſaceorum,* *ſeminum roſ.* atque etiam *fructuum Cynosb.*

Confert *aqua peculi roſarum* & viridantium *roſeti* fo- liorum.

Com-

Competit & *conſerua roſ.* præſertim antiqua vel violata, & in albo fluxu conſerua *roſ. albarum* vel *vn-ʒium* cæterarum : cui *puluis* tenuiſſimus *nucleorum* u *acinorum lanuginoſorum* , id eſt *ſeminum fructuum ynosb.* addi poteſt.

Item *morſelli ex roſarum* rubrarum *puluere* cum *ſaccha- cocto* parati.

Regio lumborum, renum & pubis *oleo roſ. omphacino* el *vnguento roſ* inungenda.

Pubes pudendaque *decocto roſarum rubrarum* & *Ba-uſtiorum, addito aceto roſ.* ſi validius remedium , atque iam pauco *alumine* , ſi validiſsimum expetis, foenda.

Suffitum *decocti roſarum & ligni Rhodij ex aqua & a-to roſarum* in vteri ſinum admiſſo calido vapore cōendant expertæ mulieres.

In albo fluxu remedium eſt *puluis ſtaminum capilla-orum Roſarum* luteorumque in his apicum, cum *con-rua roſarum* albarum ſumptus: quibus *puluerem lanu-noſi ſeminis* addere poteris : vel, quod arcani loco recent mulieres nonnullæ ;

Rec. *pul. roſ. alb.*
Potentillæ ſiue Argent. ana. ℥ *ſ.*
rad. Nymph. alb.
Anther. Roſ. ana ℈ *ſ.*
aqu. Roſ. ℥ *iij. Miſc.* Detur pro vno hauſto.

Vel : Rec. *pulu fruct. Cynosb.*
ſemin. Roſ. ana ℥ *ſ.*

Dentur cum vino auſtero : ex mente Matthioli.

Quæ in matricis hæmorrhagia proſunt , ea enorem quoque perſanant hæmorrhoidum fluxum.

In ſuppreſsione menſium purgantia quædam, vt roſaa, efficaciora ſæpè ſunt quàm ipſa ſpecifica dica-. Præterquam enim quòd vias aperiunt, fluxurumque nguinem præparant, infirmiorem ſimul vim expulicem ſtimulant. Quo in caſu præcellens eſt *Aloe ro-ta* , præſertim additâ *fæculâ radicis Ireos & Bryo-æ.*

Exhi-

Exhibendus etiam *ſuccus & ſyrupus roſ.* ſolutiuus qui virgunculis menſes nondum expertis, febri albæ ſeu virgineæ obnoxiis, & cachecticis, acceptiſſimus, & Rhodomeli.

Quæ ſimiliter & in defectu naturalis purgationis poſt partum ſeu lochialium purgamentorum conducunt. Mirandum autem, Roſam contrariis omnino morbis, ſuperfluitati & ſuppreſsioni monſtruorum mederi. Cauſa eſt, quòd heterogeneis conſtet partibus calidis, tenuibus aperientibus, & frigidis, craſsis, conſtringentibus atque occludentibus: ex quibus varia parari poſſunt medicamina. Et chalybeata remedia modò recludunt, modò occludunt: id quod & acidulæ faciunt aliaque plurima: quorum nonnulla vel conſtringendo corroborandoque aperiunt, atque purgant.

In conceptionis defectu à venarum vterinarum impuritate commendant authores purgantia roſacea, *ſyrupum roſ.*ſolut. *Elect. è ſucc. roſ. Conſeruam roſarum laxatiuam, &c.*

Corroborantia facultatemque retentricem confirmantia ac proindè conceptum iuuantia plerunque etiam recipiunt roſas, vti & emplaſtra vterina.

Ad præcauendum abortum ſummoperè ſibi commendatam habeant mulieres *conſeruam roſarum* cum *ſucco vel puluere granorum Chermes & Miuâ Cydoniorum* mixtam: vt,

Rec. *conſeru. Roſ.* ℥ *iij.*
ſucci granor. Chermes ʒ *ij.*
Vel *pulueris gran. eorundem* ʒ j.
Miu. cydon. ℈ *ij.*

Miſc. De qua mixtura ſæpè portiunculam deglutiat fæmina.

Gonorrhœam ſanat *puluis* tum ipſarum *Roſarum* tum præſertim *ſeminum* earum & *antheræ* dictæ aureæ, ſeu *citrinorum roſei floris* filamentorum. Remedium euporiſtum Matthioli:

Rec.

Rec. *pulu. ſemin. roſ.*
fruct. Cynosb. exicc. ana ℥ ſ.

Detur cum *vino rub.*

Ipſa quinimò lanugo, quâ ſemina circundata, peculiariter in hoc affectu commendatur.

Inſignis etiam eſt *conſerua roſarum* albarum; præſerim *ſi puluis radicum Nymph. Succini, & Maſtic. vel Olibani* addatur.

Vel: Rec. *aq. Roſ. ℥ iij. ſ.*
ſem. frigid. maior. ana ʒ j.
Fiat emulſio ſ. a.
add. mucilag. cydon. cum aq. Roſ. ℥ ſ.
Iulep. Roſ. ℥ iij.
Sacchari Saturn. gr. iiij.

Miſc.

Satyriaſis ſeu Priapiſmus Rhodopharmacis etiam cedit. Quapropter acetariis vtendum ex *aceto Roſaceo, foliis Portulacæ*, &c. paratis.

Exhibenda *aqua roſ. Iulep. roſ. Tinct. roſ.*

Genitalia foueantur *oxyrrhodino*, addito *Camphoræ* pauxillo: vel inungantur vnguento *roſ. Camphorato.*

Lectus conſpergatur *foliis roſarum* recentium.

In diabete mictioneq; calida & cruenta ea ferè conferunt roſacea, quæ in variis hæmorrhagiis ac profluuiis prodeſſe iam docuimus. Habent enim magnam inter ſe & morbi & cauſæ morbificæ & ſymptomata cognationem atque analogiam; vt ſæpiſſimè vnius remedia ex alterius curatione facili negotio cognoſci queant.

Ab exhibitis cantharidibus ardor vrinæ ſanguinolentaque ſi ſequatur mictio, ſtatim danda roſacea lenientia atque temperantia; ne ab extremo vrinæ ardore vaſorum emulgentium oſcula reſerentur fluxuſque periculoſus excitetur. Quo in caſu præcellit *oleum roſ.* commune bibitum, vel *mucilago ſeminum cydon.* cum *aq. roſ.* vel cum eadem facta frigidorum ſeminum emulſio; vt & ſuperiùs dictum.

In hernia, vt & prolapſu podicis vel vteri fomenta-

tiones ex *decocto Roſarum rub.* præſertim inapertarum, ex *vino rubro* ſtyptico commendantur. Poſſunt ſacculi *foliis roſarum* conciſis impleri.

Experimentum ad herniam nobiliſſimi Roderici Fonſecæ:

Rec. *roſ. rub. q. v.*

Imponantur vaſi argillac.

Quibus benè compreſſis ſuperfund. *oleum commune*, ſed antiquiſſimum:

Cooperiantur veſicâ vel chartâ:

Exponantur ſolaribus radiis & aeri nocturno, non illuni, à menſe Maio vſque ad Septemb.

Deindè extrahantur *roſæ* & contundantur: adde *Terebinthinæ lib.* 1. *ceræ nouæ q. ſ.* Fiat l. a. vngu. vel emplaſtrum loco affecto imponendum.

In vteri profocatione ſiue ſtrangulatione applicata ſecretioribus & abſtruſioribus locis *aqua, vel ſpiritus, vel ol. ſtill. Roſ. cum Moſcho vel Ciuetta* valdè prodeſt; niſi turgeſcentibus retentis corruptis menſibus atque ſemine verendum ſit, ne iiſdem excitato appetitu venereo, & titillatione ſtimulato atque intumeſcente vtero, commotiſque potiùs quàm remotis vitioſis humoribus & hinc ſuſcitatis vaporibus grauiſſima oboriantur ſymptomata. Quo in caſu præmittenda vniuerſalia remouendaque cauſa morbifica; & vel ab illis omninò abſtinendum; vel refrigerantia Veneremque compeſcentia addenda, vt *roſacea, camphora & Saturni ſaccharum*; vel odorata illa non ipſis pudendis imponenda, ſed inguinibus apponenda. Vel, conſilio Plateri in *aqua roſ.* bulliant *Styrax, Benzoinum, Moſchus, vel trochiſci Galliæ moſchatæ, lignumq; Rhodium*, & vapor per infundibulum rectè admittatur: cauendo, ne ſubterfugiens ille ad caput aſcendat, atque ideò ſimul fœtida, vt caſtoreum, &c. naribus admouendo. Neque verò; quod in praxi diligenter obſeruatum Medicis conſiderandum relinquo; vteri præfocatione laborantibus perpetuò graueolentia prodeſſe, ſuaueolentia verò obeſſe ſolent. Illa enim, à ſuppreſſione menſium

vel

vel retentione corrupti ſeminis ſi oborta ſuffocatio, plus incommodi quàm commodi nonnunquam adferre, teſtatur experientia. Quibus equidem in caſibus ſpiritus, quos reſtaurare deberent, teterrimo perturbant odore; caputque, cum quo maximum vterus habet conſenſum, haud parùm afficiunt, atque adeò conſequenter & ipſum vterum: qui cùm à principalioribus partibus remotior, naturâ, ſtructurâ ſituque pluribus infirmitatibus & incommodis obnoxius facilè vel aduerſo frigore afficiatur, vel aliis morbis affligatur; virium per ſe egenus atque alienæ opis indigus, fugâ ſibi conſulens ad ſuperiora verſus ipſum viuifici caloris fontem vergit, in auxilium vocans principalia corporis membra, cerebrum, cor, & hepar; quibuſcum ratione neruorum, arteriarum ac venarum participat. Quæ cùm ad vterum non deſcendant, nec deſideratum tempeſtiuè tranſmittant ſubſidium, adſcendere ſolet ipſe quantum poteſt, adiumentum quærens & refectionem caloremque conuenientem. Quæ beneficia cùm à fœtidis haud obtineat; fit vt eadem refugiat, ab iiſdem inimicis repulſa; ſuaueolentia verò ſummo deſiderio, licet non ſine damno, appetat, & magno impetu ſurſum moueatur, compatientibus intermediis quoque partibus. Hinc blando congruoq; fotus calore, & ſuaueolentibus immediatè refectus remediis acquieſcit.

In arthritide ſeu podagra, calidâ præſertim, multiplicem afferunt Rhodopharmaca fructum. Artubus enim ac neruis neruoſiſque partibus amiciſſima Roſa. Quare clyſmata, ſi quibus opus, recipiant *mel roſaceum*, vel *elect. è ſucc. roſ.* vel *Al. roſ.*

Purgationis gratia *ſyrupus* detur *roſaceus* ſolutiuus: vel *Diagridium* exhibeatur *roſatum*: vt & *gummi Gottæ roſatum*, quod optatiſſimum in hoc caſu. Commendant alii electuarium è *ſucco roſar.*

Si vomitu validiore antecedentem arthritidis cauſam, magnam nempè in ventriculo viciniſque partibus

collecti fluctuantiſque vitioſi humoris copiam, per ſuperiora pariter ac inferiora expurgare volumus, danda Roſa vitæ ſeu mineralis, de qua ſuperiùs.

Si lento potiùs quàm violento modo motuq; detrahere peccantem materiam voluerimus, pilulis Roſaloeticis contenti erimus: quarum varius vſus pro varietate circumſtantiarum: attamen tutiſſimus.

Alterationis & corroborationis gratia, in calida præſertim arthritide, concedenda conſerua roſar. vitriolata, quæ hoc in caſu mirè iuuat. Propinant & Practici *Iul.roſ.* cum *tincturâ Roſ.* mixt.

Applicandis externis frequenter immiſcentur *flores roſarum, viridia roſeti folia, ſpongiolæ roſarum ſylueſt. & ol. roſ.*

Commendat Crato *vinum rubrum* cum *oleo roſ.* miſtum.

Acetum roſaceum in principio podagricorum dolorum affecto loco applicatum aliqui valdè laudarunt, teſte Platero.

Commodius in progreſſu videtur oxyrrhodinum.

Vel: Rec. *ol. roſ.*
acet. roſ. ana ℥ ij.
Bol. Armen. ℥ ij.
lign. Rhod. ſubtiliſs. pulu. ʒ j.
Miſc.

Vel: Rec. *ol. roſ.* ℥ iij.
medull. pomor. dulc. coct. ℥ j.
Vitell. ov. iij.
Croc. gr. vj.
Miſc.

Vel fiat mixtura ex *lacte capr. & ol. roſ.*

Sequens topicum anodynum antipodagricum eſt inæſtimabile.

Rec. *ſpir. roſ.*
vini ana ℥ ij.
In quibus diſſolv.
Camphoræ ℈ j.
Rhodopij ʒ j.

Sacch.

Sacch. Saturn. ℥ ſ.
Add. *Croc. gr. ij.*
lign. Rhod. in ſubtiliſſ. puluerem redacti vel eius extracti ℥ ſ.

Quâ mixturâ madefiant panni & calidiuſculè applicentur, cauendo, ne illi in ipſo affecto loco reſiccentur. Poteſt & loco panni panis medulla ſumi.

Capiti, quod ratione defluxionum, tam internarum quàm externarum, catarrhorum & per conſequens etiam arthritidis fons & ſcaturigo, inſpergendus puluis roſarum rub. præſertim vbi dolor ipſum occuparit cranium: quod accidere ſolet in craniagrâ, vt ita dicam, ſeu caluariagrá; ſuturis ſeu ſerraturis, fugis, galacticis poris dictis aliiſque caluariæ ſymphyſibus & epiphyſibus perioſtii ratione arthritica quandoque paſſione pertentatis.

Eryſipelas, quod & propter roſeum, quo cutis tingi videtur, ruborem Roſa nominatur ab aliis, Germ. **Die Ros**/roſaceis tractandum tum purgantibus tum alterantibus. Curandi ratio petenda ex ſuperius traditis in febrium cura.

Pannus ſucco roſarum recente tinctus & reſiccatus eryſipelatoſis locis impoſitus feliciſſimum ſortitur ſucceſſum. Vel: Lithargyrium reſolve in aceto roſaceo acerrimo. Solutionem dulcem potiùs quam accidam factam cum petiis applica, ſed in principio, in nobilioribus non exiſtente partibus eryſipelate, ne ad interiora repulſus calor & humor morbificus graviſſima ſuſcitent ſymptomata. A centro namque potius ad circumferentiam, ab interioribus ad exteriora promovendus calor eryſipelaticus, qui non tam contrariis frigidis extinguitur repulſus, quàm ſimilibus calidis evincitur provocatus atque eductus: quod & in ambuſtione diligenter animadvertendum.

Præſtaret itaque *contuſas recentes roſas* vel *ſiccas lacte coctas* vel *ſuccum roſarum Croco* permixtum imponere: vel *aquam & ſpiritum roſ.* cum *Nitro & Camphora.*

 Sunt

Sunt qui *oleum vel vnguentum roſaceum* admixtâ *Camphora* inungunt. Sed vnctuoſis multoties exacerbari eryſipelata, peritorum nemo negare poteſt.

Quidam cataplaſma ex *roſis rubris* & *ſpiritu vini* partibus eryſipelatoſis feliciter applicant. Ditiores *loco vini* ardentis commodiùs ipſum *roſarum ſpiritum* ſumerent, additâ *Camphoræ & Saturnini ſacchari* portione.

Remedium Eryſipelaticum celeberrimũ, anodynũ.

♃. *aqu.roſ.* ℥iiij.
Spermiolæ Paracelſi ʒj.
Sacch.Saturn. ℈j.
*Op.pur.gr.*iii.
*vel Rhodop.gr.*v.
*Croc gr.*iiii.

Miſc.

Vel: ♃. *emulſ.ſem.pap.alb.cum aq.Roſ.* ℥iiij.
*Croc.gran.*vj.
Sacch.Saturn. ℈ii.

Miſc.

Practici permiſcent *oleum roſ. cum lacte muliebri* vel *vino rubro*, præſertim roſaceo.

Roſaceum oleum, inquit Platerus *in prax.* cum *vini generoſi* æquali menſura ſi permiſceatur, in eoque fervente panni duplicati immergantur & denuò expreſſi tibiæ affectæ obvolvantur, dolorem admodum compeſcit ac ſiſtit.

Lac aureum feliciſſimo ſucceſſu ſæpè fuit adhibitum: quod nil aliud eſt quam mixtura *olei roſacei & lixivij* vel ſimplicis, vel è *capite* mortuo *Roſarum* poſt aquæ deſtillationem reſiduo, calcinatione in cinerem redacto, parati.

Remedium in Eryſipelate mirificum:

♃. *Ceruſſ.*
Alum.
Vitriol.alb.ana ℥iiii.
Bol.Arm. ℥ß.
Croc. ℥i.

In

In pulverem redacta coquantur in dimidia *menſura aq.Roſ.vſque* ad plenariam reſiccationem. De reſidua materia recipe parũ: diſſolve in aqua Roſ.intinctaq; linteamina affecto loco impone.

Vt reliquiæ humoris Eryſipelatiferi reſolvantur parsq; affecta roboretur, ne tam facilè de novo in eundem recidat affectum, vtiliſſimum eſt, locum illum aquâ vel decocto Roſarum frequenter abluere, præſertim faciem.

Ambuſtis locis inungunt vel intinctis linteis imponunt Chirurgi linimentum ex *albumine ovi* conquaſſato vnâ cum *oleo Roſ.* & *mucilagine ſeminum Cydon.* cum *aqua roſarum* extractâ paratum.

Quidam ex *aqua lotura calcis* cum *oleo roſ.* agitata epithema faciunt ambuſtis locis imponendum.

Alii *ſalem Nitri* cum *ol.roſ.* applicant.

Alii *fimum ovillum, gallinaceum*, vel *columbinum* cum *oleo roſaceo* mixtum adhibent.

Nec contemnenda ſola *mucilago ſeminum cydon.* cum *aqua vel ſpiritu roſ.* facta.

Imò pura aqua roſarum puſtularum prohibet exortum. Optima eſt *aqua roſarum cum ſaccharo Saturni:* vt,

♃. *aq roſ.* ℥iiii.
ſpir.roſ. ʒi.
ſacch.Saturn. ʒß.

Miſc.

Spiritus Roſarum impoſitus ambuſta feliciſſimè perſanat. Cuius loco ſumi poſſet infuſio roſarum in ſpiritu vini. Si Camphoram addideris, præſentaneum habebis medicamen.

Eſchara maturatur *oleo roſ. & vitello ovi*, permixtis.

Inter principalia tranmatica & helcotica. Roſa quoque recenſetur: quæ propterea quamplurima cataplaſmata, vnguenta, cerata, emplaſtra, balſama ſolet ingredi. Traumatica quoq; & helcotica ſunt viridia roſeti folia vel contuſa, vel in ſuccum, aliis permiſcendum reſoluta.

Solo *vino rubro*, præſertim *infuſionis roſarum* vel *viridantium foliolorum* & *oleo roſaceo* vulnera curaris non levia, mixtis illis calidis intincto linteo vulneri impoſito.

Sunt qui *balſamum* parant *ex Rhabarbaro & oleo roſ.* Illud autem in hoc infundunt, additis, *lign. Rhod. Thure*, *Maſtic. Opopanac. Benz. & Camph. parum*: poſtea decoquendo & ad vſum colando. Alii *ſolos rubrarum roſarum calyces* in *vini ſpiritu* & *oleo Terebinthinæ* infundunt.

In vulnere capitis cum fractura ſuperiùs excellentiſſimum propoſui remedium.

Commendantur aliâs in levioribus vulnuſculis & vlcuſculis decoctum & ſtillatitius liquor roſarum.

Ipſa Roſa frequentiſſimè potiones ingreditur traumaticas.

In vulneribus & vlceribus, tenues ichores, à nervoſis partibus læſis manantes, Gliedt Waſſer / profundentibus ſaluberrima eſt *placenta roſarum* in cucurbitæ fundo poſt deſtillationem reſidua, in *vino & oleo roſ.* pro cataplaſmate decocta & impoſita.

In vlcere cruris ac tibiæ cum eryſipelate *vnguentum Roſ. cum Terebinthina & vitellis ovorum* convenit: quod præſtantius, *ſi ſpermiolã vel Saturni ſaccharũ* addideris.

Roſarum folia contuſa & *cum aceto roſ.* mixta gangrænoſis opitulantur genitalibus.

In cancri curatione vſitatiſſima ſunt rhodopharmaca, vt quæ ſanguinem, qui in vlcere illo vitioſiſſimus, corruptus & malignus, purificent ac emendent, exuſtos humores parteſq; præcalidas refrigerent nobilioraq; corroborent membra. Quibus de cauſis *ſyrupus roſarum ſolutivus* exhibetur, & *electuarium è ſucco roſ.* Succus ipſe variis admiſcetur medicamentis. Potui datur *Iul. roſ.* Commendatur *conſerva roſ. ſaccharumq́; roſatum* tabulatum. Conceditur *Cynosb. condit.* Requiritur *oleum Roſ.*

Paratur mixtura *ex aqua roſarum & Mercurio* ſublimato ad auferendam putridam in cancroſo vel Gallico vlcere ſubſtantiam.

Vt in

Vt in cancri;ita & herpetis,ſcabiei,impetiginis,pſoræ,lepræ,luis Venereæ,curatione inſignis Rhodopharmacorum eſt vſus : adeò vt atrociſſimi illi affectus his ſolis & *pulvere ſerpentino* vel *trochiſcis de viperis* ſæpè perſanari queant.

Frequentiſſimus ſit vſus ſucci & ſyrupi roſarum helleborati atq; inſuper *trochiſcorum de viperis ex conſerva roſarum*. Mirabitur non minùs ipſe medicus ac æger efficaciam: præſertim ſi accedat balneum *ex roſis, roſeti foliis, Veronica, & Nicotiana* paratum. Loco florum ſumi poſſent placentæ roſarum poſt deſtillationem reſiduæ. Quo conſilio deploratum aliquando reſtitui. Veram eſſentialem & efficacem mumiam viperinam continẽt trochiſci illi. Neq; eſt quod quis metuat, ne venenis tantùm vt contrarium venenum oppoſita, vel vt ſimile ſibi virus proliciens, exhibita mumia viperina ſanguinem & nobiliores partes magis inficiat, venenet atque corrumpat. Quod enim in plantis id & in animalibus, ac præſertim ſerpentibus, obſervatur; in diverſis ſcilicet eiuſdem ſubiecti partibus latere tum venenum tum antidotum ſeu medicamentum. Vbi virus, ibi & virtus. Non enim in vniuerſum venenata vipera eſt, non caro, non lingua, non ſpina dorſi, non ipſum cor; ſed caput, dentes cum adnatis gingiuæ veſiculis veneno tumidis, & ipſa veſicula fellea. Halitus quoque venenatus : vndè fit vt cùm dentibus partem aliquam feriunt ac vulnerant viperæ, viroſus vaporoſus halitus, quem ex aſpera potiſſimùm arteriola, cui affixa lingula, ſpirant feruidum ac penetrantem, læſo confeſtim inſinuetur loco grauiterque graſſetur : quanquam & vulnuſculo gingiuarum veſiculis contentum ſubtilius venenum immitti quandoque non negarim. Ex *floribus vel lacte Sulphuris* cum *oleo roſ. vel vnguento Pomato-Roſato* mixtis, additis paucis *olei roſarum ſtillatii guttis* linimẽtum paratur vtiliſſimum pariter ac elegantiſſimum in ſcabie. Quod magis refrigerabit, ſi *ſaccharum Saturni* addideris, magiſque ſiccabit, ſi *lac Lunæ* admiſcueris.

Milites ex tempore linimentum parant contra ſcabiem ex *puluere pyrio ſeu tormentario* & *oleo vel vnguento roſarum.*

Eſt & in ſcabie aliiſque eiuſmodi cutaneis affectibus præſtantiſſimum remedium *lac virginale* ſeu *virgineum* dictum ex *Lithargyro &c.* cum *aceto roſarum albarum* & *aqua roſarum* paratum.

Summa: fœdis omnibus externarum partium maliis mirè medentur roſacea remedia. Refert Antonius Mizaldus, puellam lichene & cancroſâ ſcabie laborantem ac fœdis cutis vitiis turpatam cùm ſeſe deſperatione quaſi conficeret, remedio ex Myrrha & ſucco roſarum parato protinùs conualuiſſe. Et Aſpaſia venuſtiſſima Cyri atque etiam Artaxerxis concubina fœdo facie tenus deformata tubere & acerbiſſimo confecta luctu Roſarum auxilio à ſerpente cancro liberata fuit; adeò vt roſeum planè reciperet vultum, admirabilis omnibus & incomparabilis tum formæ pulchritudine tum animi nobilitate puella, volens nolens à laſciuo proſtituta tyranno, teſte Æliano *lib.12.var.Hiſt.c.1.*

Abraſionibus cutis, intertriginibus & fiſſuris communiter accommodantur *oleum & vnguentum Roſ.* vel *mucilago gummi Tragac. cum aq.roſ.extract.* Vel linimentum fit *ex oleo & melle roſarum, vel ex vnguento pomat.* & *melle roſ.* Si *lac.Sulphuris* aut *lac Lunæ* addideris, efficacius experiere medicamen.

Roſæ ſubtiliſſimum in pollinem tritæ puerulorum genitalibus ab vrinæ acrimonia excalfactis & fortè læſis aſperſæ vtiles ſunt: præſertim ſi Ceruſſa præparata vel lapis calaminaris præparatus addatur.

Paronychia perſanatur, ſi in *acetum roſaceum* vel *ſuccum roſarum* calefactum in principio ſtatim digitus immergatur. Apponuntur & *furfures aceto roſ.* irrigati vel in eo frixi.

Roſarum rubrarum placenta, inquit Platerus *in Praxi*, poſt extillatam aquam in fundo cucurbitæ remanens in *vino rubro*, addito ſimul, *aceto*, cocta Chirurgorum

hoc

c in caſu eſt remedium. Cuius placentæ loco roſæ ni ſicq; præparari poſſunt ad abarcendas omnis ge- is inflammationes: quas aliâs mixtura *ex aq.roſ.acet. & ol.roſ.* euincere licet.

Aliquando defenſiuum paratur è *terra ſigillata* vel *bo- l rm.* ſubtiliſſimè tritâ, & ſubactâ, ſi applicari, vel dilu- ſi inungi debet, cum *aceto roſ. & albumine oui* con- aſſato, addito plerunque *oleo roſaceo.*

Laudant Itali embrochas ſuas ex *oleo roſ.* maximè *phacino*, oborta ex caſu ab alto inflammatione.

In omni ferè phlegmone requiritur vel *ol. vel vngu.* Solent enim Chirurgi frequenter inflammatis locis *um roſarum* cum *ouo crudo* conquaſſatum inungere, l additis in principio repellentibus eadem iiſdem ap- care: qui ſi digerere volunt, *ex oleo roſarũ & ouiuitello*, ditâ *ceruſsâ* præparatâ linimentum conficiunt. *Spiri- s roſarum* ab inflammatione partes feliciſſimè tum eſeruat tum liberat, vel illitus vel applicatus. Id quod *ſpiritus vini*, quo in roſæ maceratæ, præſtat.

Digeſtionis quoque gratia *placentas illas roſarum* vel ſos *flores in lixiuio* coquunt *oleumq; Chamomillæ* addũt hirurgi ad reſoluendam phlogoſin: quod medica- en & furunculis competit, addito præſertim *melle ſ. vitello ou. & pauco Croco.*

Confert inſuper & contuſis conquaſſatiſque parti- s *ſpiritus roſarum, decoctum roſ & ol.roſ.* illitum, inſper- poſtea *puluere* ſubtiliſſimo *roſarum*; vel impoſito *ca- plaſmate ex balſamo vaccino occidentali & oleo Roſ.* Ma- illarum item ac genitalium partium tumores inflam- ationeſque ſedat fomentum ex *decocto Roſ. & Lil.*

Vitioſa mamillarum moles atque incrementum in- ibetur *decocto vel aceto roſarum*, quo ſæpius illæ fo- endæ.

Nimiam corporis craſſitiem, carnoſitatem & pin- uedinem præter alia minuit vſus frequens aceti roſa- ei tam in alimentis quàm medicamentis. Quo in caſu ummoperè prodeſſet *tinctura roſarum & conſerua roſa-*

rum

rum vitriolata. Verùm diuturna requiritur continua[illegible] Nulla enim hîc locum habet ſubitanea mutatio, imminutio: quæ periculoſiſſima. Corpus autem *ſi*[illegible] *& ſyrupo roſarum* ſæpiùs eſt purgandum.

Sugillatis medetur *oleum roſ.* in quo ſal coxerit.

Puluis aculeorum ſeu ſpinarum roſeti cum puluere l[illegible] *guæ vulpis* exiccat, & *melle roſaceo atque axungia lepor*[illegible] mixtus, tela, ſpicula, veſparum aculeos, oſſium ſq[illegible] mas aliaque talia corpori infixa potenter euocat & [illegible] trahit.

Idem præſtat *radix ſylueſtris roſæ* contuſa & impoſi[illegible]

Mirabilis Roſæ reſuſcitatio ac reſurrectio.

Coronidis loco mirabilem ac memorabilem de R[illegible] ſæ reſurrectione & formæ pariter ac figuræ ex pulu[illegible] in vitro repræſentatione hiſtoriam hûc referre plac[illegible] ex Ioſepho Quercetano *in defenſ. contr. Anon. c.* 23. M[illegible] gni nominis vir, inquit, Polonus, apud Cracouie[illegible] medicus, vſque adeò eleganter & Philoſophicè app[illegible] rare norat cinerem ex omnibus plantæ cuiuſuis par[illegible] bus, idque cum omnibus tincturis ác impreſſioni[illegible] omnium plantæ partium, earumque vſque adeò ſ[illegible] ſpiritus conſeruare, vt plures quam triginta eiuſm[illegible] artificiosè ex cineribus paratas plantas eaſque diuer[illegible] haberet vaſculis ſuis vitreis contentas, Hermetico [illegible] gillo obſignatis, quæ titulum plantæ ac proprietatis [illegible] ius inſcriptum haberent; ita vt ſi quis rogaret ſibi R[illegible] ſam aut Calendulam demonſtrari, tunc cinerem illi[illegible] plantæ arriperet, cuius ſpecimen eſſet editurus: vt [illegible] nempè Roſam tibi monſtrari cuperes, vaſculum Ro[illegible] titulo inſignitum exhiberet: ex cuius vaſis fundo, l[illegible] cernæ igni admoto aliquantum incaleſcens tenuiſ[illegible] mus ac impalpabilis ille cinis ex ſe apertæ Roſæ ſpec[illegible] emitteret, quam ſenſim creſcere, vegetari, ac forma[illegible] penitùs caulis, foliorum, tandemque geminæ flori[illegible] roſæ vmbram ac figuram exprimere, apertis oculis i[illegible] tueri liceret, vt nihil elegantius quàm ex puluiſculo i[illegible] lo vmbratilis roſa apertiſſima conſpici poſſet, omnib[illegible] vſquequaque ſuis partibus abſoluta: vt planè corp[illegible]

n diceres, quæ ſpirituali tantùm ideâ, reuera tamen
ituali eſſentiâ dotata ſeſe conſpiciendam præberet:
nihil aliud reſtaret, quàm congruæ terræ mandari,
olidius corpus aſſumeret. Hæc autem vmbratilis fi-
a, vaſe ab igne remoto rurſus in ſuos cineres rela-
atur, ſuumque chaos euaneſcendo ſenſim repete-
non ſine reſuſcitationis & regenerationis ad alterã
m imagine. Similis eſt hiſtoria, quam idem Quer-
nus recenſet *lib.2. Peſt. Alex.c.5. de vrtica reſuſcitata.*
c abſimilis, cuius mentionem facit Libauius *in Syn-*
r. arcan. Chym. l.1. c.22. Ieremias enim Cornarius,
iater Brandeburgicus Culmbachii cùm anno Chri-
1608. menſe Iun. aquam quandam ſtillatitiam in vi-
aſſeruaſſet; menſe Nouembri in vitri eius fundo
ntula creuit, cuius icon & deſcriptio apud Libauiũ
ere eſt. Simile quid obſeruauit Dn. Frey, Doctor
dicus Weiſenburgicus celeberrimus in Tulipa. Et
rt quidam, ſeſe in deſtillatione ſecundinæ Micro-
micæ varia hominum ſeu iſangelorum capita pau-
m emergentia atque iterum euaneſcentia in vitro
ſpexiſſe. Fides ſit penes lectorem. Ioannes Freita-
s reſuſcitationes eas Chymicas Philoſophicis im-
nat rationibus *in ſuis Noctibus Medicis, cap.64.* Cu-
argumentis clariſſimus Sennertus experientiam at-
αὐτοψίαν variorum autorum præfert. Ego hìc ſuc-
ctam admirabilis illius operis deſcriptionem ab in-
i Chymico communicatam tantoperè rogatus non
ſum non & aliis communicare.

Recipe *ſalem Roſarum* tum fixum tum volatilem, *ſpi-*
s item aereos & phlegma: (debito modo omnia præ-
ata) ſolue, coagula, & ſuperfuſo ſtillatitio vel ipſa-
h *Roſarum* vel *roris Maialis liquore* in vaſe idoneo
bè clauſo Roſa beneficio caloris cinerum vel alte-
s aptioris ſpirituali quaſi quodam & vmbratili cor-
e non ſecundùm figuram, tantùm ſed & calorem
chrè repræſentabitur; iterumque deficiente iuſtâ &
monicâ caloris temperie vel præcellente frigore

ceu

ceu ſpectrum, ſpiritus, aut vmbra, fugax euaneſcet.

Tandem, quod primùm inculcare debuiſſem, obſ[...] uandum in vſu Rhodopharmacorum ; impedime[...] neſcio quæ feliciore nonnunquam & ægrum & me[...] cum defraudare ſucceſſu; nimirùm quòd illa vel inte[...] peſtiuè accommodentur , negligentiùs conſidera[...] circumſtantiis atque indicantibus, nec habitâ ratio[...] cui quid, quantum, quale, quando, quomodo, qua[...] diu, quoties, conueniat; vel quòd viliores vtiliorib[...] minùs odoræ & exoletæ fragrantioribus , ignobilio[...] nobiliorib. ſubſtituantur roſis ; vel quod roſacea co[...] poſita remedia non rectè præparentur; vel quod leg[...] mus eorundem vſus multis modis ac mediis aliis int[...] rumpatur, vel infeliciter non minùs quàm factuosè [...] ſtidioſèq; contemnatur.

Epilogus ad beneuolum lectorem.

HAbes ita, beneuole Lector, Rhodologiam meam [...] à digniſſimis viris deſideratam indignam ; ſpin[...] ſo, fateor, ſed & frugifero, ſpero, labore abſolutam. P[...] nes te iudicium. Quâ in opellâ non niſi bonam inte[...] tionem meam, optimum propoſitum, ad Diuinæ cu[...] primis & Cæſareæ Maieſtatis gloriam, tum & proxi[...] commodum, nullius incommodum, directum no[...] qui vnus omnia nouit. Neque tamen, vereor, dee[...] varii generis detractores, ſubtiles, craſſi, inſcii, inui[...] iniqui, impudentes, imprudentes, maleuoli, maledi[...] malefici , qui non aliter ac Roſis cantharides & ſca[...] bei, bonis infenſi atque infeſti , dexterrimè etiam ſc[...] pta, dicta, facta, ſiniſtrè interpretabuntur : vt eſt h[...] dierno die maior ferè mortalium ingenioſitas qu[...] ingenuitas. Itané pro libitu , pro liuore , pro feruo[...] quiſque malè ſentiat de me, qui non niſi benè de om[...] bus? Quid agam? Innocentiam impatientiæ præfera[...] Ringentes ad ſatietatem latrent canes: mordaces ex[...] ceant dentes ſuos : obſcuritate clari tenebriones atq[...]

tu[...]

rbines ad placitum ſomnient, per me licet. Moueant, btundant, liment, & ſerratis rubiginoſis rixis proſcinant quicquid, quando, quantum velint: eandem iisum ſerram non reciprocabo. Sed vnicum eum, quod terim optimo iure peto. Scilicet, ſi diuerſiſsimis atue aduerſiſsimis iudiciis obnoxio mihi inuidiam dulcamarum illud candidorum animorum obſoniū) e ſpernere quidem, ſperare ſaltem, liceat, & modeſtiſmè ſubridere. Vel enim riſu vel commiſeratione poùs quam ſeriâ correctione digni echinati illi ſycohantæ, qui ſingulari impudentiæ dono præditi vinoſsimi ac ventoſiſsimi nugigeruli bilingues, inſolenſsimâ inuidiâ inebriati, priuatis in conuenticulis & iſpotationibus potiùs quàm diſputationibus, imò & s nonnuquam iocis, quæ ab omni contumeliæ & faltatis ſubtilitate, ſatyricorumque iaculorum iniuriâ bera eſſe deberent, ea effutiunt aculeata nugamenta plusquam Poetica figmenta, quibus mens virtutis udioſa nauſeare cogitur. Scabiem nempè ſuam ſanis tiam affricare vel ſaltem affingere friuolis ſatagunt bſidiis, nec niſi in craſsâ impudentiâ ſubtiles ſunt; boum malum, & malum bonum dicunt: turbido neſcio 10 ſpiritu cuncta tum confundunt tum inuertunt: in uibus ego Roſarum vigorem meritò deſiderarim, inarum rigorem plus ſatis deprehenderim, nunquam tis reprehenderim: iiſdemq; ridiculis irriſoribus onia meliora reſipiſcentibus, putidos argutiarum ſuaim fructus in ſolita ſtoliditate perſeuerantibus exoarim. Atque vtinam Momorum feruor, ne dicam fur, febrilis ſaltem imitaretur paroxyſmi naturam, qui on ſolùm aliquantiſper recedere, ſed & tandem omimodâ ἀπυρεξίᾳ diſcedere ſolet. Neque verò me vel mnis erroris expertem vel vllius perfectionis capacē dicarim. Addere plura tam facilè poterunt alii, quàm cilè ea ego prætergreſſus ſum; qui nolim alieno cebro meum infarcire cranium, nec mutuatitio penillo alienis coloribus proprias ornare chartas. Sua ci-

tatis

tatis autoribus verba nominatim tribuo : cætera ſoli DEO me debeo. Retractare, quæ fortaſsis ego imperfectiùs pertractaui, nemini vetitum. Sed viderint, ne tricis ſe ſuis proſtituerint audaculi atque inſcii scioli, glocitantibus ſimiles gallinis, quæ multum clamoris quidem edunt, ſemper parturiunt, attamen aut nunquam pariunt aut ovo pulloue molliorem potiùs quàm meliorem materiam emittunt. Multi, ſed & ſtulti, ſunt qui vel cunctos vel nullos approbant ſcriptores, etiam bonos; ſcripta interim, quibus fructuoſiſsimis inane caput latrantemque fortè ventrem ſaturant, & cupiunt & capiunt & carpunt. Ego epidemiâ hodierno die non laboro ſcribendi lienteriâ fœdâque diarrhæâ. Scio, & me ipſum ſæpè moneo, me in communi ignorantiæ noſodochio decumbere, nec magis nec minùs ac alios hominem eſſe, nec tamen ex eorum claſſe, qui ne quidem inter Roſam & Ruſcum diſtinguere aut Lilium à Lolio diſcernere norunt: fateor, errare me non ſolùm poſſe, ſed & debere. Scripta mea ſi non omninò nulla, neque tamen etiam omninò vel multa vel magna, ſed ad ſummum modica fortaſsis eſſe; ab ingenio certè modico profecta, ac proindè nullam animi elationem oſtendere poſſe, niſi virtute infimis; liuore, ruditate, faſtu ac peruerſitate ſummis arbitris: qui non palàm, ſed ex inſidiis atque aliquando etiam ſub lacerato fictitiæ amicitiæ vel perſonatæ potiùs inimicitiæ pallio carpunt aliorum monumenta; clara tenebris obſcurant, obſcura ſua fucis colorant. Quorum pars magna balatronum per alienæ gloriæ ſtragem, per marcida floridorum nominum cadauera gradum ad neſcio quē cuius ſortis vigorem ſtruere, per immeritorum vulnera ſauciatam ſuam reſarcire famam exulceratamque ſanare tum ſcientiam tum conſcientiam, per aliorum tabem intumeſcere, diſcupit. Adeò ineffabilis nonnullorum malitia, inenarrabilis malitiæ ſubtilitas, ſubtilitatis varietas, varietatis incommoditas; vt faciliùs ſæpè ſolâ patientiâ & ἀναισθησίᾳ quàm vllo vindictæ gene-

genere humanitùs vel vinci vel vitari queat. Ita varia
atque inſipida ſua cum faſtidioſi blaterones deglutien-
da nobis obtrudāt quotidiè condimenta, eorum plura
candido concoquere nos decet cerebro quàm ſtoma-
cho. ſimplex enim in ventre, multiplex in capite ven-
triculus, à natura ob id ſapientiſsimè conceſſus. Inte-
rim inſolentes illæ beſtiæ quum innoxium roſetum
caninis ſuis mordere dentibus conabuntur, incauto
furore in aculeos impingent, ac liuore tumidas iuſtâ
pœnâ ſauciabunt gingiuas. Atque vt ſcorpioli minu-
tiores, quaſi modò geniti, ventretenus adhuc ſubcan-
didi, rubellis forficulis ridiculi, aculeatam non minùs
ac maiores appendicem habent, ſed inualidam & nulli
quàm proximam: ac licet directione multum nocitu-
ram, effectione tamen innoxiam: nondum enim pene-
trare, nondum virus inſinuare queunt: ita minorum
gentium Critici, clinici nouelli, Philoſophiæ hirqui-
talli, ridiculi deriſores, caudulâ neruo deſtitutâ, ſcili-
cet pungente, ſed minùs penetrante vaniloquentiâ no-
cere nobis non tam poſſunt quàm volunt: vt, dum nos
ledere conantur, nos iiſcum ludere cogamur. Cæterùm
Argentinæ iam & in Italia Rhodologiam iſtam medi-
tatus petentibus eam bonis viris denegare ampliùs nec
volui nec potui: præſertim cùm viderem, omnium
præſtantiſsimum florem à nemine ex profeſſo plenè ac
planè deſcriptum. Tuum erit, beneuole lector, Rhodo-
logicum hoc opuſculum eo, quo à me conſcriptum a-
nimo ſuſcipere. Certum enimuerò, literatorum inge-
nia, niſi aurea omninò, amaracidarum aduerſitatum;
turbulenta quas hæc tempora, tota Bellonæ dicata,
pariunt, acerbitate corroſa, rubigine quadam obduci.
Vale, & opuſculi menda ipſemet emenda: ſimulque
conſidera, quàm humanum ſit, in aliquo ſaltem errare;
quàm plus quàm diuinum, omnibus in omnibus & ſa-
tisfacere & complacere: tantum abeſt, vt ab vno omnia
perfici poſsint.

Gratias Tibi, VNITRINE DEVS, cui ſoli omnipotenti Saluatori ac Seruatori omnis gloria in æternum.

Im

In Rhodologiam Ioan. Caroli Rosenbergi.

HVc illuſtris ades, cohors Sophorum,
Ordo totius innouator Orbis:
Cui tantam tituli crucis Roſatæ
Atq; inſignia promouent ſaliuam:
Vos, inquam, Roſeæ domus ſodales,
Pleni numine, præſcii futuri,
Queis tingens lapis, Alchymiſticaq;
Diuinum artis opus leue eſt parergon:
Huc huc, æquanimes adeſte Myſtæ,
Autoriq; ſuo libelluloq;
De virtutibus edito Roſarum
Grates, quas meruit referte, proq;
Veſtri nominis ampliatione
E Roſis, Violis, Calendulâq;
Sertum fingite, mollibusq; doctum
Circumcingite verticem corollis.
Seu vos torrida Feſſa, vel Marocchi
Cœlum contegat, aut ſilens erêmus,
Seu vago pede peruoletis vrbes,
Et pallatia fumiuendulorum,
Rhenumq;, Ararimq; Tiberimq;,
Exoſive diem, quietiores
Sedes quæritis horridis in antris,

Huc deflectite ſinguli, Rhodori
Velantes roſeis caput corollis.
Seu vobis labor eſt inuſitatas
Plebi condere formulas loquendi;
Siue deniq; peruicace tacti
Afflatu violentioris ignis,
Mentem corrigitis ſacra tabellæ:
Huc adeſte quot eſtis vniuerſi,
Et doctum roſeis mei Rhodori
Circumcingite verticem corollis.
Fallor! nullus adeſt, & Entheatam
Summa obliuio, ferreusq; Auerni
Somnus corripuit ſodalitatem:
Ergò, abite quot eſtis vniuerſi
Fratres, auriferum Tagum daturi,
Sed mendaciloqui crumenimulgi,
Sed melancholici, inuidi, hiſtriones,
Sed non viſibiles tenebriones;
Ite præcipites ad antra, veſtrâ
Cum famâ, & renouatione mundi,
Scriptisq; omnibus iſtius farinæ.
At verò tibi, cui ſalubrioris
Doctrinæ radius, Rhodore, fulſit,
Cui verè roſeum nouem ſorores
Herbarumq; DEVS dedêre nomen:
Quis non accinat, oſculumq; figat?
Quis non ſertula præbeat, decoris
E Roſis, Violis, Calendulæq;?
Aut quis tam vacui ſiet cerebri
Qui Laurum neget implicare fronti,

Nec

Nec non purpureas comis corollas?
Tanto acumine mentis explicanti.
Naturam & varium genus roſarum,
Et quæcunq; manus vetuſtiorum
De Roſa medico notauit vſu,
Et quæcunq; etiam recentiores
Dictarunt Chymici foci labores;
Cur non gratuler intumis medullis?
Cur non oſculer extumis labellis?
Cur non tempora floribus nouellis
Bellulisq; comas premam roſellis?
Cur non ingenuum mei Rhodori
Exornem roſeis caput corollis?

Tranſmittebat amoris ergò

Samuel Cloſſæus, Med. D.
apud Medicamentricos.

FINIS.

Errata typographica benevolus ſic corrigat lector.

IN Rhodol.p.1.lin.20.pharmacopœorum. l. 20. Panacea. ll. 28. Pharmacopœia.p.2.l.15. admixtum, l. 35. reprobanda.p.3.l.36.Theodori.p.4.l.5.tyronibus.p.5.l.18.panaceam. p.9.l.29.euitetur.p.11.l.19.veris. l. penult. propinquitas. p.12.l.10.ocelle.l.31.auctarii.p.13.l.13.imitabilis.p.14.ll. 15. deleatur poſterius comma, l.19.tum.p.15.l.14.Cytherea p.16.l.6.cùm.p.19.l.15.Valentiniani.p.20.l.14.monte.p.21. l.5.Velſerum.p.22.l.12.Hîc.p.35.l.17.luceſcere.p.40.l.34. ob.p.43.l.10. Veteris.p.44.l.31.cœleſtis.p.53.l.33.editioremq; p.56.l.8.ab.p.57.l.32.incipit.p.59.l.3.S.S.p.62.l.2.accede. p.62.l.24.roſetũ.p.63.l.31. In.p.65.l.14.æternûm.p.66 l.31. ſqualidaq;.p.69.l.7.Immortalis.p.71.l.14.ſcarabeos.p.74. l.9.proditionumq;.p.76.l.24.incitentur.p.80.l.22.mandataq;.p.84.l.28.indicium.p.87.l.32.corruptibiles.p.91.l.17. purpureos.p.102.l.22.montis p.103.l.19.beneficiis.p. 106. l.9.allia.p.106.l.34.ſcarabeis.p.110.l.12. deprehendunt, in aliis reprehendunt.l.16.fucis.p.112.l.14.patientiâ & p. 113.l.30.denegat.p.117.l.5.mortales.p.126.l.4.occalleſcens. p.132.l.33.ipſis.p.138.l.22.vigilem.p.41.l.32.exlegem.p. 142.l.15.quàm p.143.l.30.promanans.p.148.l.23.interruptio.p.153.l.18.principio. p. 157.l.16. marmoreum.p. 162.l.9.Francicum.p.163.l.25.ſuppeditat.p. 167.p. 173. l.13.Cytherea.p.185.l.35. diſſimilares.p.190.l.20. Corallina.p.196.l.17.ipſa.p.199.l.31.calathi.p.203.l.22.detectaq; p.214.l.39.dem.p.223.l.2.Salinas.p.231.l.14. nephritica. p.237.l.34. Myrtin.p.238.l.2.flor.p.242.l.29.pretioſa.p. 243 l.35.impediatur.p.248.l.12.hac.p.252.l.10.collapſas. p.255.l.36.cathartica.p.57.l.8.fuerint.p.263.l.17.evacuant.p.269.l.11.conſumunt.p.270.l.5.firmatis.p.273 l.30. Recipiantur.p.275.l.3.prolicias.p.284.l.29.rob.296.l.14. ſalinum.l.19.filtrato. Reliqua facilè corrigere poterit lecto benevolus: quem nec admodum offendet vnus vel alter terminus minùs Ciceronianus, vetuſtiſcens, & barbariem redolens. Veterum enim Artis Medicæ procerum nonnulli, qu ſua nobis ſucceſſoribus & diſcipulis commendarunt, vt rerum ita & doctrinarum efficaciæ potiùs quàm eleganti ſtuduerunt.